Adianthos ſemper debet propinari recens niſi fueri cauſa reſtringendi & in omni tempore inuenitur recens, ſed in cau. reſtringendi debet propinari ſiccus, & quod dicitur hic de adianthos idem cenſendum eſt de aliis herbis capillaribus. Author pan.

Arthemeſia maioris eſt efficaciæ viridis quã ſicca, debes tamen colligi in menſe Iunij vt notat Sa. & ſic per annum poteſt ſeruari. pla.

Agrimonia debet colligi in menſe Iunij, vt notat Saladi.

Abrotanum debet colligi in menſe iunio, Saladi.

B Balſamita Berbena
Betonica Branca vrſina
Borrago Bugloſſa
Bleta Burſa paſtoris.

Betonicæ folia competunt vſui medicinæ viridia magis quàm ſicca. Platear. Dicit tamen Saladinus quòd in Aprili & Iunio debet colligi.

Ex Branca vrſina folia viridia ſemper ponenda ſunt in vnguentis & nunquam ſicca. Plat.

Burſa paſtoris colligitur in Aprili. Sala.

Centinodia Cicorea C
Cardo benedictus
Cauda equina
Craſſula vtraque
Centaurea minor
Capillus veneris Ceterac
Centonica Cameleonta
Calamentum Camedreos
Camepitheos Creta marina
Cotula fœtida Cuſcuta
Celidonia Corigiola
Calendula Cimerubi
Cimbalaria
Conſolida triplex
Cucumer aſininus Caulis.

Cicorea viridis magnæ eſt efficaciæ. Sicca verò paucæ aut nullius. Poteſt tamen per annum ſeruari. Platearius.

Cardo benedictus ſimul debet colligi cum floribus Author pandectarum.

Craſſula vtraque debet poni in medicinis recens, quia ſiccæ nullius ſont efficaciæ. Pla.

Ex centaurea minori radix non confert vſui medecinæ. Gal. vij. ſimplicium pharmacorum. Idem dio. Idem Sera. Et dicit Meſue quòd melior pars plantæ eius ſunt flores & ſemina. Debet autem colligi in principio æſtatis. Meſue, ſcilicet in Iunio. Saladinus.

De capillo veneris & de ceterac: vide in adianthos, quia de eis videtur idem iudicium: quia ſunt capillaria.

Calamentum montanum debet colligi cum flores produxit: & per annum poteſt ſeruari. Platearius.

Camedreos in fine veris: cũ flores producit debet colligi: ſcilicet in

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 26 sur 459

Iunio. Et debent ſimiliter colligi herba cum floribus abiectis radicibus. Qui in vmbra ſiccatus per tres annos in multa efficacia ſeruatur. Platea.

Camepiteos debet colligi in Iunio, vt notat Sala. ſed melius cũ ſemen eius eſt maturum: vt notat autor pandectarum. Et ſeruatur per tres annos. Platearius.

Cotula fœtida & cotula odorifera: ambæ ſimul debent colligi cum floribus. Autor Pandectarũ.

D Daucus.

Daucus ſimul debet colligi cum floribus, cum flores producit abiectis radicibus & in vmbroſo loco ſiccari. Per annum poteſt ſeruari: ſed ſingulis annis renouetur. Plat.

E Eupatorium Eufraſia
Endiuia domeſtica
Endiuia agreſtis.
Epatica terreſtris
Epatica aquatica Edera tereſtris
Edera arborea. Epithimus.

Eupatorium viride maioris eſt efficaciæ quàm ſiccum. Platea. Dicit tamen Meſue quòd melius tempus collectionis eius eſt finis veris. Et dicit Salidinus quòd in Iunio.

Eufraſia debet colligi in menſe Iunij.

Omnes endiuiæ ſpecies ſiccæ paucæ aut nullius ſunt efficaciæ: ideo debent propinari recentes: imò etiam debent ablui: quia virtus earum ſuperficietenus eſt: debent propinari nouellæ non antiquæ. Auicen. ij. can. c. j.

Epithimus debet colligi in Iunio. Sal.

Fumus terræ Flammula
F Fragaria Filix.

Fumus terræ viridis debet poni in medicinis, & accipitur ille cuius flos eſt violaceus & non ille cuius eſt albidus, cine ricius aut pallidus. Seli. ag. c. ſterig. & dicit Meſue quòd melius tẽpus collectionis eius eſt principium veris. Et dicit Saladi. quòd tempus ſuæ collectionis eſt in medio Martij: quod verum eſt pro ſucco eius: aut pro ſyrupo faciẽdo: quoniam pro conſeruatione eius debet colligi toties quoties ſi poſſit reperiri: alias pro conſeruatione eius colligatur vt notatum eſt numquam enim ſiccus eſt tantæ efficaciæ ſicut recens, vt notat Pla.

Flammula viridis magnæ eſt efficaciæ: ſicca paucæ vel nullius. Platearius.

Gariofilata Gallitricum. G

Gariofilata recens maioris eſt efficaciæ quàm ſicca. ſicca tamen per annum poteſt ſeruari. Pla.

Iuſquiamus Iſopus. I

Ex Iuſquiamo niger eſt mortalis. Rufus verò & albus ſatis vſui medicinæ conueniunt. Platea. Dicit tamen Serap. autoritate dio. quòd niger & rufus ambo diſconueniunt vſui medicinæ: ſed ſolum albus. Herba ſolùm apponẽda eſt in vnguentis & emplaſtris: & recens eſt magis conueniens. Debet tamen colligi in Maio. vt notat Sala.

Iſopus in æſtate cũ flores producit debet colligi ſcilicet in Iunio: vt notat Sala. & in vmbroſo loco non fumoſo debet ſuſpendi & ſiccari. Folia & flores ſimul abiectis ſtipitibus debent poni in medicina: per annum ſeruatur: ſed ſingulis annis renouetur. Platea.

Kalendula.

Lactuca

L Lactuca Laurus.
Lapacium acutum
Lapacium rotundum
Lapaciolum. Lentigo aquæ.
Lingua ceruina.
Lingua auis.
Lappa maior. Lappa minor
Lilium.

Folia lauri ſiccata in vmbroſo loco non multum fumoſo ſeruantur per annum.

M Mandragora Malua.
Maiorana Meliſſa
Morella Mercurialis
Marubium. Millefolium
Matricaria Mirtus.

Mandragora recens magis eſt conueniens vſui medicinæ quam ſicca.

Maiorana colligitur in æſtate cũ floribus & in vmbroſo loco ſiccatur, & per annum ſeruatur. Platearius.

Melliſſa viridis & ſicca magnæ eſt efficaciæ, debet autem prius exiccari ad Solem poſtea in vmbra: & ſic per annum poteſt ſeruari. Platea.

Marubium in vmbroſo loco ſuſpenſa per annum ſeruatur in multa efficacia. Platea.

Millefolium debet colligi in Iunio, vt notat Saladinus.

Mirti folia quantò ſunt recentiora: tantò conuenientiora. Platearius.

N Naſturcium. Nenufar.

Nauſturcij herba viridis maioris eſt efficaciæ quam ſicca: imo ſicca paucæ aut nullius eſt efficaciæ. Platearius.

O Origanum. Oculi populi
Oſmunda Os mundi regalis.
Ozimum gariofilatum.

Origanum hortenſæ debet poni in medicinis. Colligitur tempore productionis florũ ſcilicet in mẽſe Iunij, vt notat Sala ſimul cum floribus & foliis abiectis ſtipitibus, & in vmbra ſuſpenditur & exiccatur: & ſic per annum ſeruatur: ſed ſingulis annis renouetur. Platea.

Oculi populi debent colligi in menſe Aprilis, vt notat Saladinus.

P Polium Pulegium
Policaria Portulaca.
Paritaria Pimpinella
Praſſium Plãtago vtraque
Premula veris Pes colũbinus.

Polium debet colligi, cum flores producit ſcilicet in menſe Iunij: vt notat Sala. Et per annum ſeruatur. Platearius.

Pulegium, collegitur tempore productionis florum ſcilicet in Iulio: vt notat Sala. Et ſimul cum floribus abiectis ſtipitibus in medicina ponitur, & per annum ſeruatur. Plat. Expolicaria folia magis competunt vſui medicinæ, & ſimul debent colligi cum ſtipitibus: in medicinis tamen debent poni ſine ſtipitibus: & per annum ſeruantur. Platea.

Portulaca viridis magnæ eſt efficaciæ, ſicca vero paucæ aut nullius. Pla. Et ſuccus eius eſt illud quod in ea eſt magis vltimæ operationis. Auicenna.

Paritaria viridis magnæ eſt efficacię ſicca verò paucę aut nullius. Platearius.

Praſſiũ per annũ poteſt ſeruari. Plateat. Debet autem colligi in Iunio: vt notat Sala.

Q Quinque folia.

Quinque folia herba debet colligi in Iunio.

Ruta Ribes

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 28 sur 459

R Roſmarinus.

Ruta per annum ſeruatur. Plat. Roſmarinus per annū poteſt ſeruari. plate. Debet autem colligi in Iunio: vt notat Sala.

S

Saluia.	Semperuiua
Serpilum	Scabioſa
Scolopendria.	Saturegia.
Sticados	Sauina.

Saluia viridis & ſicca cōpetit vſui medicinæ: debet autē colligi in Maio: vt notat Sala. & deſiccari in vmbroſo loco & ſic per annum poteſt ſeruari. Platearius.

a Tēpus collectionis herbarum.

Semperuiua viridis debet poni in medicinis: quia exiccata nullius eſt efficaciæ. Pla.

Ex ſerpillo follia & flores competunt vſui medicinæ: debet autē colligi ſimul cum floribus tempore quo floreſcit & per annum poteſt ſeruari. Pla.

Scabioſa. viridis magnæ eſt efficaciæ: ſicca vero paucæ aut nullius. Platearius.

Saturagia debet colligi, cum flores producit ſcilicet in Iunio: vt notat Sala. & in vmbra deſiccari, ſeruatur autem per annum. Plat.

b Modus exiccationis et repoſitionis herbarum.

Scolopendria colligitur in menſe Aprilis, vt notat Sala. & ſimiliter in menſe Septemb. Item.

T

Thamariſcus	Trifolium
Tetrahit	Thimus
Tapſus barbatus.	

c Tēpus durationis herbarum.

Tetrahit viridis magnæ eſt efficaciæ: ſicca autē nullius aut pauce. Thymus colligitur in Iunio. Saladinus. *mno in fine Septembry*

Thapſus barbatus viridis magnæ eſt efficaciæ: ſiccus autem paucæ aut nullius. Pla.

V

Violaria	Vſnea
Virga paſtoris	Vrtica
Vermicularis.	

Violaria recēs debet poni in medicinis. Vſnea propriè non eſt herba ſed ab lanugo quedā que veſtit arbores granatorum. Aut. pande. Ex virga paſtoris folia viridia & ſicca competunt vſui medicinæ: viridia tamen ſunt maioris efficaciæ. Pla.

Ypericon. Ypericon debet colligi in Iunio & cum radicibus Sal. Y

a Circa herbas aliqua habet Apothecarius notare ſicut & circa radices: ſcilicet tempus collectionis earum modum repoſitionis, & tempus ſuæ durationis. De primo notandū quod herbæ debent colligi poſt quam earum folia incipiunt habere quantitatem quam debent & remanent ſecundū formam: ſcilicet antequam ipſorum color alteretur & frangantur nedum quod cadant & attrita ſint. Auicen. ij. can. ca. de collectione medicinarum & ipſarum conſeruatione. Idem Albucraſis in libro ſuo qui dicitur ſeruitor. *b* De ſecundo ſcilicet de modo exiccationis & repoſitionis earum: notetur modus exiccandi radices prænotatus in cap. de radicibus quoniā eſt idem modus exiccationis ambarū. *c* De tertio: ſcilicet de tēpore durationis earū notetur quod ſupra dictum eſt de radicibus quia ſimiliter debilitātur poſt duos aut tres annos. Auicena ij. can.

Notetur etiam ſicut dictum eſt de radicibus quòd nunquam ſunt reponēdę niſi ſint debito mōdo & cōgruo tēpore exiccatæ: alioquin putreſcerent. Et cauēdum eſt etiā ne reponantur ad fumum vel ad ſolem, aut in loco humido vel pluuerudento: quia putreſcerent & virtutem amitterent

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 29 sur 459

De floribus quibus debet esse munitus Apothecarius & de tempore suæ collectionis: modo repositionis & tẽpore suæ durationis in virtute & efficacia. CAP. V.

A Isti sunt flores quibus debet esse munitus Apothecarius per ordinem literarũ minoris alphabeti.

Absinthij Anthos
Allij syluestris Agnicasti.

Tempus collectionis florum absinthij est principiũ æstatis. Mes.

Flores anthos collecti & exiccati parum ad solem per annum seruantur. Platearius.

Flores alij siluestris debent colligi in fine veris, & in vmbra siccari, & suspendi. Pla.

Flos agnicasti. dicitur agnus castus simpliciter, in vere & autumno debet colligi. per annum seruatur & non vltra.

B Borrago Bugloſſa
Balaustia.

Borrago & bugloſſa debent colligi in mense Aprili. Sala.

Balaustia debet colligi in iunio. Sala. & per duos annos potest seruari in multa efficacia. Plat.

C Camomilla Cameleonta
Capparis Caprifolij
Cuscuca Crocus.

Camomilla debet colligi in vere. s. in Maio, vt notat. Sala. & simul debent reponi folia & flores. Sera. li. ag cap. Beboing.

Flores capparis debent colligi cum adhuc sunt tuberosi & non dilarentur: quia quãdo dilatati sunt non valent. accipiuntur & cum sale & aceto cõdiuntur, & ita seruantur.

Possunt autem seruari per vnũ annum aut per duos. Pla.

Cuscuta id est podagra lini: rasca lini quæ circa linũ adhæret, cũ floribus debet colligi in Maio in vel Iulio: & per duos annos potest seruari. Platearius.

Epithimum. E

De epithimo dicit Mesue quòd melior pars plantæ eius sunt extremitates eius rosæ, quæ sunt sicut flores: & dicit Platearius quòd debet colligi cum flores producit.

Genesta Genestula. G

Flos genestæ debet colligi in mẽse Maio: vt notat Sala.

Keyri. K

Keyri debet colligi in mense Aprilis vt notat Saladinus.

Lambrusca. L

Lambrusca seu flos vitis agrestis debet colligi cum vitis agrestis incipit florere: & debet exiccari in vmbra, & in testa reponi. Dio. in cap. Ementium.

Myrtus Malua. M

De flore myrti dicit Plate. quòd quanto sunt eius flores recentiores, tanto meliores. Nequeunt enim diu seruari.

Flos maluę debet colligi in Maio. Saladinus.

Nenufar. N

Nenufar in mense Iulij aut Septembri debet colligi & per duos annos in multa efficacia potest seruari: & melior est qui in regionibus calidis quàm in frigidioribus reperitur. hæc omnia Platea.

Oleander. O

Rosa Rosmarinus. R

Rosæ siccæ & recentes ponuntur in medicinis. Quidam colligũt rosas post maturitatem: sed sic

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 30 sur 459

non diu ſeruantur, ſed debent colligi dum non habent omnino folia extenſa & in menſe Maij. Sa. & cum aliquantulum ſunt rubeæ. Si verò pallidæ ſunt aut nigræ nõ debent poni in medicinis: quia ſignum eſt quòd ſunt conſumptæ vetuſtate aut ante tẽpus collectæ. Collectę verò ſicut dictum eſt, debent aliquantulum deſiccari ad ſolem, & ſic per biennium poſſunt ſeruari. Pla. idem. Meſ. idem Bul. in ſerui.

a Tẽpus collectionis florum.

Roriſmarini flores debent colligi in Menſe April. Sala. & aliquãtulum debent ad ſolem ſiccari: & ſic per annum ſeruantur. Plate.

S Squinantum — Salicis
Sambucus — Sticade vtraque

De ſquinanto attende quôd in capitibus ramulorum eius inueniuntur ſpicæ piloſæ: & illi pili ſunt flores & per decem annos ſeruantur in multa efficacia. Serap. lib ag. ca. Acher.

b Modus exiccationis roſarum.

Attende ꝙ ſi inueniatur in ſquinanto quoddam durum ſicut lignum circa ſtipitem, illud debet abiici, & non poni in medicinis. Autor pandectarum.

Sticade colligi debet tempore productionis florum, ſcilicet in menſe Iunij. vtrunque autem ſcilicet citrinum & arabicum per annum ſeruatur. Pla.

T Thamariſcus.

V Viola.

Viola debet colligi à mẽſe Ianuarij vſque ad menſem Martium incluſiue. Saladinus. Et licet dicat Bul. in ſerui. quôd debent colligi in menſe Aprilis quãdo ſunt in fine bonitatis & maturitatis, opinio tamen Sala. melior eſt. vnde dicit Meſu. quod melior eſt ex primis quam non inuenit calor reſoluens virtutem atque eam diſſipans. Per biennium ſeruatur: ſed melius eſt vt in omni anno renouetur. Plat.

Sicut ſupra notandum eſt de radicibus & herbis: ita ſimiliter cenſendũ eſt de floribus. Debet enim notare apothecarius tria circa radices & herbas. ſili. tẽpus ſuæ collectionis: modum repoſitionis: & tempus ſuæ durationis. *a* De primo. ſili de tẽpore collectionis florum. Notandum quòd flores debent colligi poſt ipſorum apetionem integram & ante extenuationem & caſum. Auic. in ij. can. c. de collectione medicinarũ & ipſarum conſeruatione. Ab hac tamen regula excipiuntur roſæ quæ debẽt colligi ante earum apertionem integrã: vt ſupra notẽdũ eſt. *b* De ſecundo. ſ. de modo exiccationis & repoſitionis eorũ notandũ quôd omnes flores debẽt exiccari ſicut exiccantur roſæ. Modus vero exiccationis roſarum ſcribitur a. Bulcraſi in libro ſuo de preparatione medicinarum qui dicitur Seruitor: ſic. Accipe roſas cum fuerint in medietate ſuæ apertionis: neque adhuc ſint folia earum egreſſa a camerula ſua & expone ſoli cum tota ſua camerula in fine menſis April. eadem die qua collectæ fuerint. Nam ſi reſeruarẽtur vſque ad mane maximè coaceruatæ in vnum diminuerentur multũ in ſuo odore & rubore, & cum deſiccas reuolue eas cum manuſæpe in die. Et quando marceſcent & fuerint prope de ſiccationem auſer folia earum a camerulis ſuis, & ſerua folia repoſita, & ſi non poſſint exponi ſoli eadem die qua colligũtur, oportet quod ponãtur in

loco vẽtoſo in quo non ſit humiditas, & ſequẽti die quàm cito poteris ponantur in ſole donec compleatur earum exiccatio, & repone in vaſe terreo & ſtringatur os eius, vt odor & color remaneant in eis. Debent autem exſiccari vſque ad conſumptionem decimæ partis. ita quòd ex decem libris roſarum & aliorum florum mundatorum & viridium non remaneat niſi libra vna poſtquam exiccatæ ſunt. *c* De tertio. ſ. de tempore durationis florum in virtute & efficacia notandum quod minori tempore ſeruantur, quam radices aut herbæ propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtãtiæ, dempta camomilla, quę ſicut multum patitur de decoctione propter fortem eius commixtionem, ita etiam multo tempore ſeruatur in ſua efficacia. Notandũ vltra quod ſicut ſupradictũ eſt de radicibus cibus & herbis, ita cẽſendum eſt de floribus quôd nunquã ſunt reponẽdi niſi ſint debito modo & tempore congruo exiccati: alioquin putreſcerẽt. Cauendum eſt etiam ne reponantur ad fumũ vel ad ſolem: aut in loco humido vel puluerulento: quoniam putreſcerent & virtutem amitterẽt.

De aquis à prædictis radicibus herbis & floribus diſtillatis: modo ſuæ repoſitionis & tempore durationis earum.

CAP. VI.

A Staæ ſunt aquæ diſtilatæ quibus debet eſſe munitus apothecarius in botheca ſua ſecundum ordinem literarum minoris Alphabeti.

Abſinthij	Acetoſæ	
Arthemeſiæ	Apij	
Abrotani	Anguriæ	
Alkekengi		
Boraginis	Bethonicæ	B
Berbenæ.		
Cicoreæ	Capillorum ven.	C
Calamenti.		
Conſolidæ triplices ſcilicet maioris minoris & mediæ.		
Cuſcutæ	Cretæ marinæ	
Corticum fabarũ	Chelidoniæ	
Centonici	Curcurbitæ.	
Endiuiæ	Enulæ campanæ	E
Epaticæ	Eufraſiæ.	
Feniculi.		F
Geneſtæ ſcilicet florum.		G
Graminis	Gallitrici	
Lupuli.		L
Mentæ	Melliſſæ	M
Millefolij	Maioranæ	
Roſarum	Roriſmarini	R
Rutæ.		
Sauinæ	Solatri	S
Sparagi	Scabioſæ	
Violarum	Vitis	V

c *Tẽpus durationis florum.*

Vitiis quæ cadit ex vite: cum abſcinditur in vere. *a* Circa iſtas aquas habet tria notare apothecarius vt dictũ eſt de aliis. ſ. tempus diſtillationis ſeu conueniens ad diſtillandum: modum repoſitionis earum, & tempus ſuæ durationis.

a *Tẽpus diſtilendi aquas.*

Pro declaratione quorum notat Saladinus in ſuo compendio ad aromatarios quòd omnes aquæ diſtilatæ quæ ſunt ex herbis debẽt fieri in vere. ſ. a me dietate Martij vſque ad totum menſem Maij incluſiue. Nos verò dicamus ſaluo meliori iudicio quòd omnes aquę diſtillatæ ſiue ſint ex herbis, ſiue ex radicibus, ſiue ex floribus, debent fieri in tempore quo radices

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 32 sur 459

herbæ, aut flores, ſunt in maiori efficacia & non ſemper in vere, vt voluit Sala. imo quæ fiunt ex radicibus debent fieri in autumno, quod eſt tempus conueniens collectionis radicum, & quæ fiunt ex floribus debẽt fieri in vere, & qui fiunt ex herbis debent fieri tempore quo folia herbarum habẽt quãtitatem conuenientem quam debent & remanent ſecundum formam ſuam. ſ. antequam color foliorum alteretur, & antequam folia alterentur & cadent vt ſupra notatum eſt in loco ſuo.

a Modus repoſitionis aquarum diſtilla.

a Notandum ſecundo vt videatur modus repoſitionis aquarum diſtillatarum cõueniens: quod omnes aquæ diſtillatæ poſtquam factæ fuerint debẽt reponi ad ſolem & ibi ſtare ſaltem diebus quindecim vt purificentur à fumo: ſed ſi vis vt nullo modo ſapiẽt fumum, diſtilla eas in duplici vaſe ponẽdo alembicum in balneo mariæ.

b Tẽpus durationi aquarũ diſtillatarũ.

b De tertio ſcilicet de tempore durationis aquarum, notetur quòd vix per annum poſſunt permanere in efficacia & virtute propter raritatem ſubſtantiæ vaporoſæ, ex qua ſunt ideo omni anno debent renouari.

De ſeminibus quibus debet eſſe munitus apothecarius.

CAP. VII.

A Ista ſunt ſemina quibus debet eſſe munitus apothecarius.

Alteæ	Agnicaſti
Abrotani	Atriplicis
Alkekingi	Apij
Aniſi	Agneti
Ameos	Anthera
Arilli	Acetoſæ

Anacardi.

Semen agnicaſti viridis eſt magis conueniens quàm ſiccus, propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ: eſt enim ſubtiliſſimæ ſubſtantiæ. Galenus vj. ſimplicium pharmacorum. Per annum tamen poteſt ſeruari & non plus, ſicut & flos eius. dicit tamen Saladi. quòd debet colligi in menſe Septembri.

Semen aniſi debet colligi in mẽſe Iunij. Saladi. & per tres annos poteſt ſeruari Platearius.

Anetum debet colligi in vere cũ ipſa herba, & dicit Saladi. quòd in Maio, & debet in ipſa herba ſeruari & per triennium ſeruatur in multa efficacia. Melius tamen eſt vt omni anno innouetur. Pla.

Anthera debet colligi in Iulio, vt notat Saladinus.

Anacardi ſemen per triginta annos poteſt ſeruari in multa efficacia, niſi ponatur in loco nimis humido. Platearius.

Berberis	Bruſci
Bardane	Bacchæ lauri.

B

Semen berberis per ſex annos poteſt ſeruari in multa efficacia. Platearius.

Cucumeris	Cucurbitæ
Citruili	Coriandri
Caulium	Carthami
Citoniorum	Cimini
Cicutæ	Coti
Citri	Cretani
Carui	Centonicæ.

C

Semina cucumeris cucurbitę melonum & citrulli, dicit Saladi. debent colligi in Iulio, quod nõ poſſet habere verum in hac noſtra regione in qua propter ſui frigiditatem tarde matureſcũt fructus iſti:

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 33 sur 459

imò tardantur vsque ad finem Augusti & Septembris: ideo tardius nos horũ semina colligimus. Ideo hic habeatur regula: quia tẽpus collectionis medicinaũ quæ sumuntur ex plantis scripto perfecte mandari non potest, cũ quædam tardius & quædam tempestiuius matureſcant secundum diuersitatem regionum & quædam in quibusdam regionibus bis in anno: quòd in his semper modus consuetus & tempora conuenientia secundum consuetudinem regionis debent obseruari. Attende tamen specialiter circa modũ collectionis seminum cucumeris & cucurbitæ: quòd fructus eorum post maturationem eorum debẽt colligi & suspẽdi cum seminibus vt substantia deſiccetur: postea propter glutinositatem vel viscositatem abluantur semina in aqua & siccentur in sole, & in loco sicco seruentur ne propter humiditatem multam corrumpantur: & per tres annos seruantur. Pla. Nõ tamen credo saluâ platearij reuerentia: quòd tanto tempore possint seruari, scilicet ranceſcunt & alterãtur à virtute eorum propria & medulæ fructuum, & seminum rancidæ est venenum. Auicen. iiij. cano. ideo melius est quòd omni anno innouentur.

Semen coriandri debet colligi in Iulio. Sala. & per duos annos potest seruari in multa efficacia. Platearius.

Semen cimini debet colligi in mense Iunij. Saladinus. Et per quinque annos potest seruari. Pla.

Semen carui debet colligi in Iulio. Sala. & per quinque annos seruatur in multa efficatia. Plat.

Semen cicutę debet colligi in mẽse Iulij. Saladinus.

Semen centonicæ debet colligi in mense Septembris. Saladinus.

Dauci. Semen dauci per annum potest seruari: sed debet quolibet anno renouari. Platearius. D

Endiuiæ. E

Erucæ Ederæ.

Semen Endiuiæ debet colligi in Iulio Saladinus.

Semen Erucæ debet colligi in Iulio. Saladinus.

Fraxini Fumi terræ

Fœniculi Fenu græci. F

Melius tempus collectionis seminis fumi terræ est finis veris. Mesue.

Semen fœniculi in fine autumni colligitur scilicet in mense Septẽbris: vt notat Saladinus, quia tunc maturum est & in multa efficacia & per tres annos seruatur. Pla.

Semen fœnugræci debet colligi in Iulio. Saladinus.

Gith. Geneſtæ.

Semen geneſtæ debet colligi in Iulio. G

Iuniperij Iusquiami.

Semen Iuniperij in vere coligitur. Pla. Sed dicit Sala. & forte melius: quòd mẽse Nouembris: quia tunc maturum est, & per duos annos seruatur in multa efficacia. Platearius. I

Semen iusquiami propriè dicitur iusquiamus, herba verò cassillago. Pla. Ex iusquiamo albũ magis cõpetit vsui medicinæ: & post illud rufum. Nigrũ verò est mortale. Idem Platearius, & idem etiã dicit Serapio. lib. ag. cap. berig. debet vero colligi semen in Iulio. Saladinus.

Kermes K

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 34 sur 459

Leuiſtici Lactucæ
Lini ſemen.
Lupinos dulces & amaros.
Lenticulæ.

a *Modus propinandi ſemen Pſilij.*

a Leuiſticus debet colligi in Iulio. Sala. & per tres annos ſeruatur. Platea.

Lactuca herba vſui ciborum cõpetit magis: ſemen verò vſui medicinæ. Platearius. Debet verò colligi ſemẽ lactucæ in Iulio. Saladinus.

M Melonum Melliloti
Maluæ Mirti
Milij
Milij ſolis.

De ſemine Melonum dictum eſt in litera C.

Semen Melliloti cum ipſius corticibus debet colligi, & ita in medicinis debet poni: colligitur autem in menſe Aprilis, & ad ſolem deſiccatur. Saladinus, & ſic per biennĩ potest ſeruari. Platearius.

Milium ſolis per decem annos poteſt ſeruari. Platearius.

Et debet colligi in Iunio. Saladinus.

N Nigella Naſturcium.

Semen Nigellæ per decem annos ſeruatur. Pla.

Semẽ naſturcij per quinque annos ſeruatur in multa efficacia. Pla.

O Ozimum

Semẽ Ozimi collectum per tres annos poteſt ſeruari in multa efficacia. Platea.

P Pſilij
Papaueris
Portulacæ
Plantaginis
Peoniæ
Paſtinacæ agreſtis
Petroſelini
Petromacedonici.

a Semen Pſilij nunquã debet propinari, niſi cum cautella: quia cõtritum nũquam debet propinari. Deoccultat enim eius contritio ſubſtantiam medularem eius vlceratiuam & excoriatiuam. Meſu.

Aut ergo eius tantũ debet propinari muſcilago, aut debet conquaſſari groſſo modo, & ſolus cortex exterior debet propinari: eiiciendo ſubſtantiam medularem, & in hoc attendendũ eſt, vbi tamẽ ad dureretur aut toſtaretur poſſet tamen ſimul propinari cum ſubſtantia ſua medulari: quia per virtutem ignis reſoluerentur partes igneæ & ſubtiles, quæ ſunt in ſubſtantia medulari eius: quæ reddebant ipſam excoriatiuam & vlceratiuam propter quàm cauſam debet totari vt virtus ignis vſque ad profundũ penetret. Vnde & fortaſſis propter hanc cauſam dicit Bulcraſis in ſeruit. quòd ſemen Pſilij debet plus aſſari cæteris ſeminibus. Debet autem colligi in æſtate & per decem annos ſeruatur. Platea.

Semen Papapaueris per decem annos ſeruatur. Plateari.

Semen Portulacæ debet colligi in Iulio.

Semen Plantaginis debet colligi in Iulio. Saladinus.

Petromacedonicum, dicitur Petroſelinum agreſte. Amborum ſcilicet Petroſelini, & petromacedonici ſemina debent colligi in Iulio. Saladinus. Et ambo per annũ ſeruantur. Platea.

Rutæ domeſticæ. R
Rutę agreſtis quę piganũ dicitur.
Riſum.

Semina vtriuſque Rutæ debent colligi

colligi in Iulio. Saladinus, & per quinque annos ſeruantur. Platea.

S Sizeleos.

Staphiſagriæ

Sinapis Scariolæ

Sumach Sparagi.

Semen Sizeleos ſimul cum herba debet poni in medicinis: & per tres annos ſeruatur. Platearius Debet tamen colligi in Iulio. Saladinus. Ex Staphiſagria ſolum ſemẽ vſui medicinæ competit & per quinque annos ſeruatur. Platearius? & debet colligi in Iulio. Saladinus.

Semen Synapis debet colligi in Iulio. Saladi. Et quinque annis ſeruatur. Platea. Semen Scariolæ debet colligi in Iulio. Sala

Semen ſparagi per annum ſeruatur. Platearius.

Grana ſumach per quatuor annos

T ſeruanteur. Platea.

V Thamariſci

Vrticæ.

De fructibus quibus debet eſſe munitus Apothecarius & de tempore collectionis modo repoſitionis: & tempore ſuæ durationis.

CAP. VIII.

A EStructus quibus debet eſſe munitus Apothecarius, ſunt iſti.

Amigdalę amaræ

Amygdalæ dulces

Auelanæ

Arangiæ.

Cubebæ

C Citranguli.

Cubebæ per decem annos ſer-

D uantur. Platea.

E Dactylus.

Ficus citrinæ

Ficus nigræ.

Granata Galle G

Granata ſuſpenſa per annum ſeruantur. Platearius.

I

L

M Iuiube.

Limones.

Mandragora.

Fructus Mandragore debet colligi in menſe Nouembris. Saladinus.

N Nux cypreſſi.

O Oliuæ conditæ.

P Pruna Perſica

Paſſulæ

Piſtacea.

Pruna per annum ſeruantur. Platearius.

Paſſulæ per duos annos ſeruantur. Platearius.

S Ex piſtaceis ſubſtantia interior ponitur in medicinis.

Sebeſten.

Circa ſemina & fructus aliqua ſimiliter habet notare Apothecarius, vt dictum eſt de radicibus & aliis. Nos verò iſta notanda de fructibus ſimiliter & ſeminibus, vſque ad hoc capitulum de fructibus poſtpoſuimus ſimul de ipſis tractando & nihil in capitulo de ſeminibus determinauimus.

Seminum enim & fructuum eſt eadem regula. Nos tamen de ipſis diſtincta fecimus capitula propter diuerſum modum loquẽdi apud Apothecarios noſtros: eorum enim aliquorum fructus appellant & aliquos ſemina etiam inderdum impropriè vt alkekengi ſemen propriè non debet dici ſemen: & ſemen iunini perij propriè magis diceretur fructus.

a Notandum ergo primo circa tempus collectionis ſeminum &

a *Tempus collectionis ſeminum & fructuum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 36 sur 459

fructuum quod semina sunt colligenda postquàm ipsorum terminus finitur, & exiccatur ab eis cruditas & aquositas. Sed fructus sunt colligendi postquàm finitur complementum eorum, & antequam sint preparati ad cadendum. Hæc regula data est ab Auicenna, loco sæpius allegato, scilicet in ij. lib. canon. capit. de collectione medicinarum & ipsarum conseruatione.

a Modus repositionis seminum.

a Notandum secundo circa modum repositionis seminum, vt supra dictum est, de radicibus, herbis & floribus: quòd nunquàm debent reponi nisi conuenienti tempore & debito modo exiccata, ita similiter nec semina aut fructus.

b Modus exiccandi semina.

b Modus autem exiccandi semina facile potest extrahi ex dictis Busc. in seruito cap. de modo extrahendi corda siue medulas, a seminibus: satis ad principium capituli vbi sic dicit. Accipe ex cartamo & per carthamum, debet intelligi omne semen & purga a superfluitatibus eius: & si habet aliquam humiditatem oportet quod desiccetur in sole. Omnia ergo semina debent priusquam reponantur purgari & mundari à superfluitatibus suis. Quod communiter fit euentando cum flabello & cum paruo baculo: in fine cuius ponitur modicum ceræ: sic enim mundãtur semina à lapilis & aliis superfluitatibus & immundiciis sibi admixtis, quia cum impingitur baculus ille sic ceratus contra lapillum aut alias superfluitates: tales lapilli & superfluitates adherent cerę: & sic faciliter tolluntur. Iste est modus satis vsitatus apud Apothecarios nostros qui satis videtur rationi conformis. Et post talem purgationem & mundificationem si semina sint adhuc humida debent exiccari in sole. Et dicit Saladinus in compendio suo ad aromatarios quod si non radiarit sol: sed sit dies nebulosa, quòd talia semina debent exiccari ad ignem lentum & a longè. Et debẽt talia semina cum exiccãtur sæpius reuolui cum manu, vt melius exiccentur.

c Tempus durationis seminum & fructuũ

c Notandum tertiò circa tempus durationis seminum & fructuum: quod vt plurimum debilitantur post duos aut tres annos sicut herbæ & radices: imo vix pertranseunt annum quin rauce-scant.

Et vix inueniuntur fructus qui possunt per annum seruari quin putrescant.

immediate post viridia fructus ponenda

De Corticibus quibus debet esse munitus Apothecarius.

CAP. IX.

ISti sunt Cortices quibus debet esse munitus Apothecarius.

Arangiæ, Apij. A
Bugiæ. B
Citri Capparis. C

Attende hic circa istos cortices de intentione Bulcrasis in seruitore: quod arangia & citrum illa die qua colliguntur ab arbore debent excorticari sic. Primo tergantur suauiter cum mantili mundo postea excorientur cum cultello acutę aciei paulatim & leniter ne accipiatur ex carne cum cortice. Et dicit Auicen. in v. cano. in confe-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 37 sur 459

ctione citrorum cõditorum:quod ſcindantur in longum & in quatuor partes, ſic enim melius & facilius mundabitur cortez à carne. Scribit vltra Bulcraſis in ſeruitore, quod debent accipi ab arangis & citris quæ ſunt magnæ acetoſitatatis intrinſecus : quia Cortices eorum ſunt magis odoriferi. Et dicit Auicenna loco ſupra allegato ſcilicet in v. canonis, cap. de citro condito:quod debent eſſe media matura equalis ſuperficiei & longua.

Capparis ſolo cortice radicis vtimur quæ in principio veris debet colligi: vt notat Pla. Vult tamen Saladinus & credo quod melius quò in Septembri. Debent autem ſuſpendi in vmbra & in Sole ſiccari. Siccatus autem per ſex annos poteſt ſeruari in multa efficacia. Platearius.

Cortices granatorum.

Cortices granatorum debent colligi in tempore maturitatis fructuum & per duos annos poſſunt ſeruari. Platea.

E Ebulus.

Ex ebulo præcipuæ cortex radicis competit vſui medicinæ. In vere coligitur : & ad ſolem ſiccatur, & per annum ſeruatur. Platearius.

Fraxinus Fæniculus.

F Ex fraxino & fæniculo ſola radice vtimur. Et vult Platea. quòd fœniculus debet colligi in principio veris. Sed Sal. vult quod debet colligi in menſe Auguſto & credo quòd melius. Et dicit Platea. quòd per dimidiũ annum ſeruatur duntaxat. Apothecarij tamen noſtri ſeruant per annum, caueant ne ſit error.

M Mandragoræ.

Morus.

Ex mandragora : alia maſculus alia fœmina. Indifferenter vtiſque vtimur in medicina præcipuè tamen cortice radicis quæ collecta in menſe Auguſto : vt notat Saladinus per tres annos multa in efficacia ſeruatur. Platearius.

Ex moro ſolo cortice medio vtimur.

Papaueris. P

Piſidę. Pineæ.

Petroſelini.

Ex radice Petroſelini ſolo cortice eius vtimur in medicinis. Et debet colligi in menſe Auguſto: vt notat Saladinus : & mundari à ſuperfluitatibus ſuis extrinſecis. Bulcraſis in ſeruitore.

Rafani. R

Rafanus debet mundari à corde, quia ſolo cortice eius vtimur. Et eſt radix per excellentiam recens eſt melior ſicco. Siccus tamen per annum poteſt ſeruari. Platearius.

Sambuci Sumach. S

De ſemine ſumach dicit Galenus. viij. ſimplicium pharmacorũ cap. proprio quod melius quod eſt in tota arbore eſt cortex grani eius.

De Sumach dictum eſt in ſeminibus.

Thuris. T

Circa iſtos cortices tria debet notare Apothecarius vt de predictis dictum eſt, ſcilicet tempus collectionis corticum modum repoſitionis & tempus durationis earum.

a De primo notandum eſt quod cortices quę ſumuntur ex radicibus debent colligi eodem tempore ſicut ipſe radices. a *De tempore collectionis corticum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 38 sur 459

Et quæ ſunt ex ſeminibus aut fructibus debent colligi eodem tempore ſicut ſemina & fructus à quibus ſunt.

a *Modus repoſitionis corticum.*

a De ſecundo: ſcilicet de modo repoſitionis conſimiliter dicendum eſt quod eodem modo debent reponi & ſiccari ſicut illa à quibus ſumuntur vt cortices radi? cum ſicut ipſæ radices & cortices ſeminum & fructuum ſicut ſemina & fructus: & ſic de aliis.

b *Tempus durationis corticum.*

b De tertio etiam ſcilicet de tempore ſuæ durationis, conſimiliter dicendum eſt quod tanto & conſimili tempore durant cortices ſicut illa à quibus ſumuntur vt plurimum, tamen interdum cortices fructuum hortalium vt arangie citri & etiam granatorum ſolent diutius & melius cõſeruari ſeorſum à fructu propter exiccationem humiditatis ſuperfluæ quam fructus ipſi.

gummi naturalia ſunt c *Tempus collectionis gummorũ.*

De gummis, quibus debet eſſe munitus apothecarius.

CAP. X.

ISti ſunt gummi quibus debet eſſe munitus Apothecarius.

Aſa fœtida.

Amoniacum.

Aſa aromatica.

Aſa ideo dicitur fetida: quia maxaximè feret & quanto fetidior tanto melior. In æſtiuo tempore colligitur diu abſque corruptione conſeruatur, & debet ſeruari in

B loco mediocriter ſicco. Pla.

Bdellium iudaicum.

Bdellium de mecha.

C Colophonia.

Dragagantum. D

Dragagatum per xl. annos ſeruatur. Pla.

Gluten Galbanum. G

Gummi ederę. Gummi cedri.

Gummi elenni

Gummi arabici

Gummi amygdalarum.

Gummi ceraſorum.

Gummi ederæ debet colligi in Maio. Sala.

Karabe. Lacca. K

Myrrha, Maſtix, Manna thuris. L

Oppoponacum. M

Oppoponacum diu poteſt ſeruari abſque corruptione, imò vix aut nunquam corrumpitur. Pla. O

Pix Pix liquida. P

Reſina. R

Serapium Storax rubea

Storax liquida.

Storax calamita per x. annos poteſt ſeruari. Pla. S

Terebentina per centum annos poteſt ſeruari. Platea. T

Vernix. V

c Circa gummos tria debet notare apotheca. vt de prędictis dictum eſt. De primo ſ. de tempore collectionis gummorum notat Aui. ij. can. c. ſepius allegato quod tempus collectionis gummorum eſt poſt congelationem eorum & exiccationem pręparatam pulueriſationi. Et hoc notato patet qualiter debent gummi deſiccari. quia debent ſiccari in arboribus ex ſe ad ſolem non enim debent colligi niſi poſt exiccationem. Aliqui tamen gummi exiccantur ad ignem artificialiter: vt potiſſimæ ſunt ſpecies reſinę. Et tunc talis ſpecies dicitur reſina carpinata, & illa quæ non ſic exiccatur dicitur raſa.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 39 sur 459

a Modus autem exiccandi tales gummos deſcribitur à Sera. li. ag. ca. Atronig. ſiue hatin, authorita te dio. in vaſe magno & amplo ponuntur libro ix. prædictorum gummorum & aquæ pluuialis lib. xviij. & coquuntur bene ſuper prunas & mouentur ſemper cum continuatione, & coquuntur donec deſiccentur deſiccatione forti, & fiant facile frangibiles, ita quod frangãtur cum digitis, deinde reponantur in vaſe fictili, & tales gummi cum primum adhuc ſunt humide debent plus decoqui quam qui exiccate ſunt in arboribus, quia debent decoqui tribus diebus & noctibus, & quæ ſiccæ ſunt ſufficit quod decoquantur die vna tota a mane vſque ad veſperam. Et poſtea tales gummi debent colari ſic enim albificantur. b De tertio ſcilicet de tempore durationis gummorum dicit Auicena in ij. can ca. ſepius allegato: quod vt plurimum virtus gummorum debilitatur poſt tres annos veruntamen prolongatur ſpacium durationis eorum ſecundum ipſorum bonitatem. Cum autem recens deficit fortis proculdubio ſtet duplum veteris debilis loco eius in omni re. Auicen. loco allegato.

De ſuccis ſiccis quibus debet eſſe munitus apothecarius.

CAP. XI.

SVcci omnes artificiales ſunt: ideo proprie eorum determinatio ad ſecundum librum ſpectat: ibique cum dei auxilio illorum ponemus deſcriptionem & modum faciendi: quia tamen ſolent ab apothecariis noſtris inter ſimplicia numerari: & etiam quia eorum compoſitio eſt multum ſimplex ſicut de aquis diſtillatis: ideo hic ſubiungemus capitulum de his quibus debet eſſe munitus apothecarius cum aliis ſupradictis circunſtantiis: ſcilicet tempore collectionis plantarum ex quibus fiunt: de modo repoſitionis: & tẽpore ſuæ durationis. Iſti ſunt ergo ſucci ſicci quibus debet eſſe munitus apothecarius. Et notãter dixi ſicci ad differentiã rob. & diuerſitatum vinorum de quibus in ſecundo ſumus determinaturi.

a *Exiccatio gummorũ.*

Acatia
Abſinthij ſuccus. A

Acatia quando fit ex fructu maturo perfecta maturatione ita quod iam acquiſiuit dulcedinem eſt color eius nigrior & clarior, & non eſt ſtipticus propter ſuam dulcedinem. Sed quando fit ex fructu non perfectè maturo erit color eius decliuis rubedini magis & ſtipticitas eius erit maior. Eligatur igitur talis acatia & quæ eſt magis odorifera, Bul. in ſerui.

b *Tempus durationis gũmorum.*

Succus abſinthij debet fieri in vere Meſuæ.

Berberis. B

Succus Berberis debet fieri quando ſemina Berberis ſunt bene matura. Bul. in ſeruito.

Caprifolij. Centauræ C
Chelidoniæ.
Cucumeris aſinini.

Succus caprifolij qui litium dicitur, per quinque annos ſeruatur. Platearius.

Succus centaureæ fit quando centaurea eſt recẽs & tenera. Bul.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 40 sur 459

a *Tempus collectionis ſuccorum.*

in ſeruito. & dicit Meſue quod in principio æſtatis.

Succus Chelidoniæ fit in completa maturitate huius herbæ: quod agnoſcitur cum incipiunt apparere ſemina.

Succus Cucumeris aſinini fit poſt completam fructus maturitatem. Bul. in ſeruito. Et dicit Meſue quòd melius tempus operationis ſucci eius eſt finis æſtatis, & ſubdit quod fructus eius incompletæ maturitatis malus eſt.

E Eupatorij.

Succus.Eupatorij fit in fine veris. Meſue. Et dicit Bul.in ſerui. quod in menſe Maij.

F Fumiterræ.

Succus Fumiterræ fit in principio veris.Meſue.

L Liquiritiæ

Succus liquiritiæ debet fieri in Iunio.Sa.

Mandragoræ.

M Memitæ.

Mabatematicon.

Succus Mendragoræ fit dum radices ſunt teneræ & recentes.

Memita non eſt Chelidonia vt quidam putant: ſed quid ſit vide in tertio huius propter diuerſitatē horum ſuccorum.

Mabatematicon exponitur cōmuniter quod eſt ſuccus caulis agreſtis : ſed de hoc vide in tertio lib.Et ſiccatus per duos annos ſeruatur.Platearius.

Opium.

O Opium per viginti annos ſeruatur & vix corrumpitur.Pla.

Circa iſtos ſuccos habet tria notare Apothecarius : vt de aliis ſupradictum eſt,ſcilicet tempus collectionis:modum excicationis, & tempus durationis eorum.

a De primo dicit Bul. in ſeruito. quod ſucci plantarum ex folijs & ramis earum exprimantur dum ſunt adhuc teneræ. Et Saladinus dicit quòd in vere. Sed ego credo ſalua reuerentia horum virorum quòd melius eſt extrahere ſuccos plantarum, ſiue radicum, ſiue foliorum & herbarum, & fructuum tempore conuenientiori ad colligendum huiuſmoſdi plantas vt Succi qui ſunt ex radicibus tempore conuenientiori ad colligendū radices : & ſucci qui ſunt ex foliis & herbis tempore conuenienti ad colligendum herbas & folia de quibus ſupradictum eſt ſuis locis. Et licet in vere herbæ omnes incipiant virere & abundent in humiditate maiori:talis tamen humiditas cruda eſt:&nimio humore dominante in eis : quaſi infatili ætate plantæ tales imbecilles viribus exiſtunt . Debent ergo extrahi earum ſucci cum plenæ ſunt maturate : exceptis paucis vt dictum eſt de acacia & ſimilibus quando queritur maior ſtipticitas.Et ad authoritatem authorum dicendum quòd loquuntur non quidem ſimpliciter ſed vt plurimum quia vt plurimū herbæ colliguntur in vere non quidam in principio veris : ſed quaſi in fine circa principiunæſtatis vbi propter diſtantiam maiorem a principio ſui ortus plenæ ſunt maturitate. Et quod hæc ſit mens autorum clarè patet quia ſuccus. Cucumeris fit iam completa maturitate fructus:vt Meſue.Et ſuccus Eupatorij fit in fine veris.

Et ſi bene conſideres tempora conuenientia ad extrahendū Succos plantarum ab autoribus aſſi-

gnata : videbis quòd assignauerũt sibi tempora in complemento suę maturitatis antequam tamen exicentur & arrescant & viribus destituantur. Et hoc est quòd dicit Bulcrasis in seruitore : cum dicit quod succi plantarum ex foliis & ramis earum exprimi debent dum sunt adhuc teneræ. Debes enim exponere dũ sunt adhuc teneræ: id est antequam exicentur & arescant per antiquitatem : & non intelligas dum sunt adhuc teneræ ex humiditate cruda vt in principio sui ortus, sicut contingit in vere sepissimè. Debent tamen extrahi de mane ante solis ortum : quia tunc maiori abundẽt humiditate cum nondum sint a virtute solis exiccatæ.

a De secundo scilicetde modo suę exieccationis : notandum quod debent exiccari ad solem: aut per decoctionem ad ignem : sed de hoc latius videbitur in secundo huius.

b De tertio scilicet de tempore suæ durationis:attende quod tanto tempore conseruantur in efficacia sicut & plantæ a quibus extrahuntur quarum sapiunt naturam.

De mineralibus quibus debet esse munitus Apothecarius.

2. genus remediorum

CAP. XII.

METALLORVM (pecus in Domi nuga)

Mineralia quibus debet esse munitus apothecarius sunt ista.

Aurum foliatum
Argentum foliatum
Argentum viuum
Argentum viuum sublimatum
Alumen iameni,id est de pluma.
Alumen zuccarinum
Alumen commune
Aspaltum
Atramentum
Auripigmentum rubeum
Auripigmentum citrinum
Antali.
Belliculi marini B
Bolus armenus
Baurax
Batitura æris.
Calx ex lapidibus C
Calx ex testis ouorum
Calx ex marmore
Calx ex conchiliis
Climia auri
Climia argenti
Ceruſa Chimolea
Calcecumenon
Corallus vterque
Cinabrium
Corallus per.xl. annos potest seruari.Plat.
Dentali. D
Es vstum E
Erugo æris.
Ferrugo F
Fragmenta omnium lapidum, vt sunt saphyri,hyacinthi,granati, smaragdi,rubini sardinæ.
Gipsum.
Litargirium auri G
Litergirium argenti L
Lotura plumbi
Lapis vesicæ
Lapis spongiæ
Lapis conchilij
Lapis Iudaicus
Lapis hæmatites
Lapis smaragdus
Lapis hyacynthus
Lapis gagates
Lapis berillus.
Marcasita Marmor M
Magra Minium

a *Modus exiccationis succorum.*

b *Tempus durationis succorum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 42 sur 459

N Nitrum.
P Pumex
Plumbum vstum
Pomphiligos.
S Sulphur viuum
Sulphur extinctum
Sal gemma
Sal armoniacum
Spodium.

a Repositio axungiarũ anatis, anseris & gallinarum.

Sulphur per tres annos seruatur, postea actione proprij caloris in cinerem album cõuertitur. Platearius.

V Vitreolum
Vitrum combustum.

Vitreolum per decem annos seruatur. Plat.

Circa mineralia nota primò quòd mineralia debent accipi ex mineris notis & bonis: debent insuper esse munda à permixtione extranea: ita quod sit eorum substantia pura de suo genere non confracta in suo proprio colore & gustu. Auicen. in ij. can. cap. sæpius allegato.

Notandum secundò quôd mineralia omnia sunt magnæ durabilitatis præter sulphur propter paucam esse in eis humiditatem corrumpentem & partes terreas in eis dominari.

b Modus reponendi adipes in generali.

De medecinis sumptis ab Animalibus.

CAP. XIII.

3 genus remediorum vel potius primum, respectu aurxi, caloris et humidi innegenio nostris vita principium nutrimenti,

HAstæ sunt medecinæ quæ solent accipi ab animalibus, quibus debet esse munitus apothecarius.

A Axungia anseris
Axungia hirci
Axungia anatis
Axungia gallinarum
Aquæ limatiarum
Adipes animalium
Adipes vaccarum
Adipes bouis.

a Axungiæ anatis anseris & aliæ sic debent reponi. Accipe axungias earum quæ recenter fuerunt interfectæ & purga benè à pelliculis suis & pone in olla noua terrea capacitatis quòd sit dupla quantitate adipis & cooperi vas & pone in vase calidissimo, & quod dissoluitur ex adipe pone in alio vase, & fac ità assiduè ad illud secundũ quòd egredietur ex eo: donec nihil ex eo remaneat. Deinde accipe quod clarificatum fuerit & repone in loco frigido & vtere in necessitate. Vel facias sic accipe ollã nouam, & pone in ea de adipe, & hanc ollam pone intra aliam plenàm aqua & pone ambas super ignem. Et quicquid dissoluetur ex adipe clarifica in alio vase quoſq; totus soluatur & repone in loco frigido: & sunt qui quando reponunt proijciũt desuper modicum salis propter causas medico notas.

b. Istos duos modos clarificandi & reponendi axungias notauit Bulcrasis in seruitore. Adipes animalium: sic debent reponi in generali. Accipe de adipe secundum voluntatem tuam sicut est adeps hirci: vel pecudum: vel porcorum, & similium & accipe de eo quod est magis pingue: sicut est adeps caprarum: vel zirbus vẽtris: & pone in vase, & proijce super eum de aqua pluuiali frigida & frica manibus benè & purifica à sanguine eius & venis & pelliculis, & laua iterum donec mũdetur & al-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 43 sur 459

& albeſcat. Deinde pone in olla noua : cuius capacitas ſit duplex quantitate ſepi, & pone ſuper ipſum aquam, qua cooperiatur, & pone ſuper ignem paruum & leuem: & miſce donec diſſoluatur. Et cùm diſſolutus fuerit adeps, proiice in vaſe quod habeat aquam frigidam, & laua & ab ſterge ollam ſuã benè, & dimitte eam ſiccari ab aqua, & liquefac ſecũdò adipem & iterum proiice ſuper aquam frigidam: & dimitte infrigidari & fac hoc ter. Quarta verò vice diſſolue ſine aqua & proiice in vaſe quod ſit calefactũ cum aqua calida, & proiice quod clarificabitur ex adipe & proi ce ſubſtantiã ſi eſt aliquid, & repone neceſſitati.

Adeps vaccarum ſic debet reponi accipe ex ea & munda à ſua pellicula & ablue cum aqua marina & pone in mortario & tere benè, & proiice ſuper eam aquam maris dum teris & facias hoc ſæpè: tandem pone in olla fictili, & ſuper eam proiice aquam marinam qua cooperiatur, & coque tãdiu quòd conſumatur odor naturalis. Deinde appone ad omnes libras adipis ceræ. ℥. iiij. & liquæfac ſimiliter, & quandò infrigidatum fuerit accipe ſuperiorem partem eius & pone in olla noua & expone ſoli qualibet die cooperta panno vt albificetur & recedat odor eius & fœtor, & ſunt qui ponunt in vaſe paruo ſicut ſit ex cera quando dealbatur. Bulcra. in ſer.

C

Cera alba Cera rubea
Cortex oui à quo pullus fuit extractus.
Cantarides Caſtoreum
Cornu ceruinum
Cornu capræ
Cauda tremula Carnes ericij
Caro Leonis Caro Vulpis
Cancri fluuiales
Caro leporis
Coagulum leporis
Coagulum hedi
Cerebella auium.

a Cera efficitur alba artificialiter ſic: Accipe de cera quam accepiſti ab alueari: hoc eſt ceram nouam quæ declinet ad albedinem: ſi potes, & ſi non potes de cera munda & meliori & pone in olla noua cum medietate quantitatis eius ex aqua clara & munda, & pone ſuper ignem donec lique fiat cera tota & natet ſuper faciẽ aquę. Deinde accipe vas vitri cuius pars exterior ſit lenis & ma.de fac eum in aqua, & ſubmerge minus medietatis eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera quæ ſibi adhæret & dimitte infrigidare ceram illam à vaſe, quia ipſa eſt habens formam parapſidis: & fac ità donec totam ceram tali modo extraxeris. Deinde pone iſtas formas in ſole pluribus diebus & volue ſæpè ab omni parte earum donec albeſcant, & fiat cera alba ſicut ceruſa, & ſunt qui dealbant eam in tribus diebus in Iulio, quandò Sol eſt in maiori calore. Aliter ſic: Coque ceram in aquam donec nigreſcat aqua & proiice aquam illam, & pone aliam, & fac ita ſæpè donec fiat alba, & collige, & ſerua iſtos duos modos faciendi ceram notauit Bul. in ſerui.

a Modus faciendi cerã albam.

b Oportet venari cantarides in Vere & elige ex eis rubeas magnas & lenes tactu ? & caue à nigris & aſperis, & habeat venator in manu ſua forſiculas de ferro vel ligno & ponat cantarides cum iſtis

b Modus reponendi cãtaridos.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 44 sur 459

forsiculis in vase stricti orificij: deinde pone super eas oleum vetus & suspende in sole pluribus diebus, donec putrescat & vtere. Alij comburunt eas. Alij vt Dioscorides ponunt eas in vase non vitreato & cooperiunt os vasis cum panno lini & perforant fundum ollæ & ponunt orificium ollæ supra fumum aceti fortis bullientis donec cantarides moriantur, & infigunt in filo lini & seruant. Attende quòd cantaridarum fortiores sunt quæ transmutantur in diuersis coloribus & habent maculas citrinas & sunt magni corporis longæ & plenæ. Et quæ sunt vnius coloris, absque quòd transmutentur ad diuersos colores sunt debilis operationis. Hæc omnia notauit Bulcrasis in seruitore loquens de cantaridibus.

Castoreum per sex annos potest seruari in multâ efficacia: melius tamen est si possit haberi recens. Pla. Caueat medicus & apothecarius à nigro fœtido & rancido quoniam tale interficit in die vno. Auic. de venenis.

Plurimum quod administratur ex cornibus est cornu ceruinum & caprinum: nam aduruntur & administrantur, Sera. lib. ag. ca. Hau. autoritate galeni.

Cauda tremula quando administratur in medicinis debet aduri & redigi in cinerem adeò vt possit pulueriſari.

a Carnes animalium vt ericij, leonis, debent ablui cum vino calido dulci quatuor vel quinque vicibus per horam, pro qualibet vice posteà exiccari in furno leuiter & vsui reseruari. Caro tamen leporis debet simul cum pelle & ossibus: viscera remotis ad vri in furno & pulueriſari. Carnes vulpium rarò veniũt in vsum medicinæ præterquam in oleo vulpino vbi simul tota vulpes cum pelle & viscera decoquitur vsque ad separationem ossium, vt patebit in secundo huius capit. proprio de oleo vulpino.

b Cancri interdum aduruntur, vt patebit insecunda particula huius. Interdum verò non vt cùm intrant in electuariis & antidotis resumptiuis. Et tunc debent sic præparari. Oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex pedibus suis & corporibus suis & abluantur cum aqua frigida & sale bono cum cinere vicibus tribus donec mudificentur & purgentur à grauitate sui odoris: deinde coquantur in aqua ordei aut aqua lactis, à quo extractum est butyrũ. Sic enim præparati debent reponi in electuariis resumptiuis. Auicenna lib. iiij. sui can. Fen prima tractatu tertio capite de rememoratione medicinarum infrigidantium ethicos.

c Coagula animalium debent accipi ab animalibus dum sunt recẽter mortua, scilicet postquam decollaueris: & inuolue ea sale & suspende ea ad solem & serua. Bulcrasis in seruitore.

d Cerebella animalium debẽt accipi recentia & postquam euulsa fuerint à craneis suis debent sic purgari: fricando cum manu & aqua frigida & lauari bene & colari cum panno, sic enim debent reponi. Bul. in seruitore. Et sunt qui lauant & ponunt in vase duplici ad ignem donec lique fiat medulla: & colant in aliquo vase terreo

a Modus reponẽdi carnes animalium.

b Modus præparãdi cancros fluuiales.

c Repositio coagulorũ animaliũ.

d Repositio cerebellorũ animaliũ.

nouo, & qui vult reponere ſine præparatione faciat ſicut de ſepis gallinarum & anſerũ dictum eſt.

e Attende tamen particulariter circa cerebella auium, quæ ſolent adminiſtrari in medicinis coitus, quòd debent accipi ex auiculis quæ nidificant in domibus, & debent tales auiculæ venari in autũno aut in vere, & debent decollari & euelli cerebella eorum, quo facto ponantur in vaſe mundo: & purgentur à ventriculis circundantibus ea. Et pone cum eis pro omnibus decem cerebellis vitellum vnum oui recentis quod fuerit ex gallina quæ habuerit maſculum, & confice ſimul & pone in patella ſupra cinerem calidum & dimitte quouſque coaguletur & deſiccetur ab humiditate & aufer ab igne & pone in ſole vt deſiccetur medicamen, aut pone iterum ſuper ignem donec ſiccetur & vtere. Et ſunt qui faciunt hoc medicamen ſine vitellis. Et ſunt qui vtuntur ita recentibus ſicut extrahuntur à capitibus poſt decollationem. Et ſunt qui addunt cerebellis & ouis parum mellis, & coagulant ſupra ignem & ſeruant, & vtuntur. Bulcraſis in ſeruitore.

E Ebur

Epar adip. id eſt lupi.

Ebur quando ponitur in medicinis, quia non poteſt pulueriſari: ideò raditur & ponitur eius raſura.

Epar adip. debet reponi prius lotum cum vino dulci & exiccatum in furno vt dictum eſt de carnibus in litera C.

F Fel gruis

Fel leopardi

Fel aquilæ Fel tauri

Fel leporis Fel ancipitris

Fel vulturis Fel hirci

Fel teſtudinis.

e *Preparatio cerebellorũ auium quæ ſolent poni in medicinis coitus.*

a Debent accipi fella animalium dum ſunt recentia, & debes ligare os fellis & pone in olla cum aqua bullienti & dimitte ibi tanto tempore quòd poſſis facere tres paſſus & extrahe ſtatim ab aqua & deſicca in loco vmbroſo non humido & ſerua & vtere, ſed fella quibus volumus vti in medicinis oculorum oportet vt ligentur orificia eorum cum filo lini & pone in vaſe vitri, in quo poſitum eſt aliquantulum mellis, & ligetur aliud caput fili ori vaſis, & ita ſeruetur neceſſitati. Bulcraſis in ſeruit.

a *Qualiter fella animalium debẽt reponi.*

Gluten animalium G

Iſcoli I

Irici ſiue ramulæ

Ipotanus.

Lana Lepus L

Mel

Mumia Margaritæ M

Medullæ ouium cerui, vituli, vaccæ, aſini.

Non debet accipi mel hyemale, quia tale eſt malum, ſed debet accipi mel vernale aut æſtiuale. Aui. ij. can. & per centum annos ſeruatur. Plat.

b Modus præparandi medullas animalium & reponendi eas. Accipe medullas ſicut ſunt recentes, & extrahe ab oſſibus ſuis & purga fricando cum manu & pone de aqua frigida, & laua benè & cola cum panno & repone. Et ſunt etiam qui lauant ſic. Ponunt in vaſe duplici & ponunt ollam ſuper ignem, & dimittunt donec liqueſiat medulla & colant in alio vaſe.

b *Modus reponẽdi medullas animalium.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 46 sur 459

Deinde accipiunt illud colatum clarificatum: & ponunt in vaſe terreo nouo. Et qui vult reponere ſine præparatione oportet quòd faciat vt de adipibus gallinarum & anſerum. Bulcraſis in ſeruit.

O Os de corde cerui
Os ſipiæ
Os humanum & ſpecialiter de craneo, vt in epilepſia.

Os de corde cerui aliquantulum debet ſiccari ad ſolem ne putreſcat, & ſic per triginta annos ſeruatur. Platearius.

P Porceliones
Pulmo vulpis.
Pellicula interior ſtomachi gallinarum.

Pulmo vulpis debet ſcindi ſupra venas & cannam gurturis, & poſteà ablue & ſiccari vt dictum eſt de carnibus. Bartholomeus de montagnana in antidotario addito ſuis conſiliis.

c Preparatio & repoſitio pelliculæ interioris ſtomacchi gallinarum.

c Pellicula interior ſtomachi gallinarum debet ſic reponi. Accipe aquam capitelli calidã in qua infundantur ſtomachi gallinarum per horam: & poſteà ablue duabus aut tribus vicibus & infunde in vino: & fac ſicut dictum eſt de aqua: hoc eſt ablue cum vino duabus aut tribus vicibus: & iterum infunde in aqua capitelli vt ſupra. Iterum in vino abluendo ſemper modo dicto: & poſt ea ſicca in furno à quo extractus eſt panis. Sic enim debet reponi. Bartholomeus de montagnana in antidotario ſuperaddito ſuis conſiliis.

a Præparatio ſerpentum.

b Præparatio ſanguinis Hirci.

S Serum lactis
Scorpiones Scarabei
Serpentes Stincus
Splen pultrì Sanguis hirci
Sanguis hædi
Sanguis humanus
Sanguis teſtudinis
Stercus columbinum
Stercus lacertæ
Stercus ſoricis Stercus apri
Stercus infantium
Stercus canis commedentis oſſa
Stercus lupi
Sericum ſiue cera.

Serpentes debent eligi de locis ſicciſſimis & remoris ab aquis cũ dorſo nigro.

a Et debent cum virgulis minutis flagellari: & ligatis verſus caput & caudam debent ſimul caput & cauda amputari, & in vino inſtanti: & permitantur poſtea agitari ſuper terram: & quantô plus agitabitur ſerpens & plus exibit de ſanguine ſuo: tantò melius, & tunc excorientur & lauentur in aqua ſalſa calida: & poſtea cum vino puro. Sic enim præparati debent poni in medicinis. Bernar. de gorgonio in Lilio. cap. de lepra.

Ex ſtinco ſimul debent accipi renes, ſumen & cauda. Sera. lib. ag. cap. Rhul.

b De præparatione & repoſitione ſanguinis hirci: diuerſi diuerſa ſenſerunt.

Hic autem tantum deſcribam modũ præpatationis & repoſitionis eius de mẽte Alexãdri yatros: quoniã ipſum ſecuti ſunt omnes alij poſteriores. Debet ergo ſic preparari. In auguſto menſe cum incipit vna maturari accipe patellam nouã de terra figuli & mitte in eã aquam vt bulliat ad ignem vt terræ ſaporem amitat: deinde accipe hircum & recipe ſanguinem eius: nõ qui primo fluet aut poſtremo: ſed accipe medium: & cum ſe coagulauerit incides minutim in

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 47 sur 459

patella ſanguinem: & cooperi patellam lateraliter linteo ne tangatur à puluere: & pone ſub diuo, vt ad ipſum poſſit ſol peruenire vſque dum exiccatus fuerit: terræ & vſui reſerua.

Attende tamen conditiones hirci quas ſcribit ipſe alexander. Prima conditio eſt quod hircus debet eſſe annorum quatuor : ſed non plus aut minus antequam occidatur.

Secunda conditio eſt quod ſanguis ſit boni odoris : quod hircus debet prius nutriri per dies & ſeptimanas & menſes, cum foliis fæniculi : aut lauri: aut edere: aut amomi. Et Io. de tornamira in clarificatorio vult propter iſtam cauſam quòd indeſiccatione dicti ſanguinis conueniens eſſet infundere frodes huiuſmodi plantarũ. Et ipſe Alexãder admiſcebat mirhã.

a Sanguis hædi ſic debet colligi accipe animalia ſana & iugulẽtur vnumquodque eorum : & pone ſanguinem in vaſe vitreo mundo & exicca in ſolẽ & ſerua & vtere Bul in ſerui.

b Sanguis teſtudinis ſic debet colligi, accipe teſtudinem aquæ & pone eam reſupinam ſupra parapſidem & abſcinde caput eius ſubito: & dimitte egredi ſanguinem eius. Et quando coagulabitur cooperi parapſidẽ cum cribro exſetis vel ex panno lini : & expone ſoli donec deſiccetur & ſerua. Bul. in ſeruitore.

c Stercus canis debet eligi quòd ſit album , quia ſignum eſt quòd fuit ex comeſtione oſſium. Et debet colligi recens vnius diei vel duorum, & fac eum ſiccari & ſerua neceſſitati. Bulcra in ſeruitore.

d Ad recipiendum ſtercora infantium Gal. faciebat venire pueros ad domum ſuam & faciebat eos comedere panem & lupinos : & erat hoc plurimum cibus eorum: & accipiebat ſtercus eorum: & exiccabat & vtebatur: & non dabat ad commedendum lupinos pueris niſi vt ſtercus eorum non tantũ fœteret. Vbi enim dabat eis ad comedendum carnes pullorum columbarum & galinarum: ſtercus eorũ faciebat eandem operationem. Bulc. in ſeruitore.

Tela araneæ T
Tyrus & caput eius.
Venter merguli
Vngula aſini V
Vngula capratum
Vrina infantium.

e Oportet quod colligas vrinam infantium in vaſe pluribus diebus & quando colligetur ſex eius infundo reſidens , proiice ſubtile eius ſupernatans : & fac ita pluribus diebus, donec colligatur ſatis ex fæce eius: & vtere ea ita liquida ſicut eſt , & repone. Bul. in ſeruitore.

Hirundo H
Hyſſopus humida.

f Hyſſopus humida ſic debet reponi: accipe de lana ſuccida, & ſordida ſicut tondetur, & laua in vaſe aliquo quouſque colligas de pinguedine ſua ſuper natante in aqua ſatis , poſtea cola aquam , ab ea & pone pinguedinem in vaſe æneo, & pone ſuper eam aquam, & bulli pauco igne: & accipe pinguedinem illam collatam & pone in parapſide cum aqua frigida ſæpe. Et modus abluendi eſt quod miſceas ſatis cum manu, quouſque aſcendat ſpuma eius : Deinde accipe

a Repoſitio ſanguinis hædi.

b Repoſitio ſanguinis teſtudinis.

c Repoſitio ſtercoris canis.

d Repoſitio ſtercoris infantium.

e Repoſitio vrinæ infantium.

f Repoſitio hyſſopi humidæ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 48 sur 459

parum aquæ mellis & proiice ſuper illam ſpumam donec quieſcat ebulitio & collige pinguedinem illam mundam: deinde adde ſuper eam aliam aquam, & miſce donec aſcendat ſpuma eius: & proiice ſuper illam parum aquæ marinæ. Et quando quieuerit ſpuma eius collige pinguedinem eius, quæ ſuper aquam natauerit & frica cum manu. Et ſi non videris aliquid ex ſorde eius in ea, bene: ſed ſi adhæſerit, iterum laua ſecundum hanc diſciplinam: & eſt quòd proicias iterum aquam illam: & muta aquam ſæpe donec albeſcat. Et hoc opus oportet fieri in ſole calido: deinde repone & ſerua. Et ſunt qui accipiunt de illa pinguedine, & ponũt in vaſe quod ſit calefactum aqua calida: & ponunt ſuper eum pannum groſſum, & exponunt ſoli quouſque ingroſſetur pinguedo illa bene & albeſcat. Et hyſopus humida bona eſt quando non habet odorem ſanæ. Et qui ponit eã cum aqua calida in cocleari, & agitat, dealbatur & non reperitur in ea aliqua aſperitas, nec aliquid coagulatum, ſicut reperitur in illa quæ eſt adulterata cum cæra lique facta, cum pice vel ſepo. Bulcra in ſeruitore.

a A quibus animalibus medicinæ ſint ſumendæ.

b Quo tempore accipiendæ.

c Tempus durationis medicinarum animalium in generali.

a Circa has medicinas ſumptas ab animalibus debet tria notare apothecarius, vt de cęteris dictum eſt: ſili. à quibus animalibus debẽt accipi, quomodo conſeruãtur: & quanto tempore durãt. De primo nota quod medicinæ quę ſumuntur ab animalibus: debent accipi ab animalibus viuẽtibus: & quod eligantur animalia ſani ora corpora habentia, & integri ora membra: & caueatur ne illud quod aſſumitur ſit ab animalibus mortuis ab ægritudinibus eis accidentibus Auicen. loco ſæpius allegato, ſcilicet in ij. can. cap. de collectione medicinarum & ipſarum conſeruatione.

b Notandum ſecundo quòd medicinæ quæ ſumuntur ab animalibus debent accipi in tempore veris. Auicen. ibidem.

c De tertio nota quòd medicinæ oſſoſæ ſunt quaſi infinitæ durabilitatis, quia ab eis parum aut nihil reſoluitur: imò antiquiores ſunt meliores vt plurimum ſaltem vbi attendit: operatio, ex parte terreſtreitatis: imò etiam quãcumque operationem, & ſub membris oſſoſis intellige vngulas & cornua animalium. Partes verò molliores vt ſunt medulæ, axungiæ, carnes, pulmones, epata, fella, & coagula ſunt paruæ durabilitatis & raro pertranſeunt annum, imò vix durant per annum: ſed putreſcunt & fœtant. Aliquæ ſunt medię inter has, vt glutem: & tales medio modo ſe habent inter has & illas in durabilitate.

De droguis & aromatum alephanginis quibus debet eſſe munitus Apothecarius: & de electione earum, modo ſuæ repoſitionis, & tempore ſuæ durabilitatis.

CAP. XIIII.

HIc ſuper addenda ſunt duo capitulla: ſcilicet de droguis & elephanginis & de medicinis laxatiuis, ſeorſum à prædictis: quamuis in rei veritate omnes tales ſint aut ex plantis aut ex mineralibus, aut ex animalibus. Cauſa autem propter quàm hic in ſerui predicta

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 49 sur 459

duo capitula seorsum à prædictis est, quia droguæ solent esse magni precij: ratione cuius sæpissimè sophisticantur: & medecinę laxatiuæ de se sunt timendæ nisi sint tales quales esse debent. Propter ergo imminentia pericula congruũ fuit specialiter de ipsis tractare: vt prolixè magis & perfectius valerent declarari: quàm si sub globo confuso aliorum simplicium tractarentur. Et voco droguas medicinas magni precii: quę ad nos deferuntur à longinquis partibus: allephangineverò sunt species coquinæ. Istę sunt quibus debet esse munitus Apothecarius.

A Ambra. Amomum.

Ambra melior est alba: & si inueniatur gispei coloris seu grisea, adhuc est melior: nigra verò est mala Ambra diu potest seruari. Platear.us.

Eligendum est amomum recens & albumvirgas purpureas habens extensum & semine plenum, simile botruo, & ponderosum, suaue, quòd masticatum linguam remordet & vnum colorem habens nõ varium Dio. ca. de amomo.

B Balsamus.

Bombax Been albi

Been rubei.

Blactæ bisancię.

Apud auctores medicinæ inueniuntur isti termini, balsamus, xylobalsanus, opobalsamus, & carpobalsamus. Sed xylobalsamus est lignum balsami, & sunt rami arboris illius qui debent colligi recentes & exiccari: & debet eligi recens, vel quod non sit perforatum licet sit vetus: si enim sit perforatum, significat vetustate esse consumptum, debet etiam eligi quòd quando scinditur habet gumositates interius & potest seruari per duos annos, ad plus per quatuor. Opobalsamus est succus balsami ab opos quod est succus, non tamen proprie & succus, sed est lachryma siue oleum: licet aliqua species eius sit propriè succus, vt in secundo huius patebit in litera O ca. proprio de oleo balsami. Et dicitur opobalsamus per analogiam balsamus: ita quòd quando simpliciter ponitur balsamus, de opobalsamo intelligitur: vt in secunda particula huius declarabitur, cap. de analogis per se sumptis Et cognoscitur opobalsamus quãdo est bonus in quinque, vt notat Sala. scilicet in substãtia in colore, in odore, in sapore, in ardore, vt patebit in capitulo finali huius particule quòd erit de medicinis sophisticatis. Opobalsamus autem non diu seruatur, vnde Auicenna: melius ex eo est recens: grossum autẽ & vetus non habet virtutem & Sera. li. ag. ca. Iulessen. Melius ex eo est nouum fortis odoris, nihil habens acetosi, & Dio. subdit quòd debet esse gustu suaue & mordax & stypticum. Sed carpobalsamus dicitur fructus balsami à carpos quòd est fructus, vt in tertio huius declarabitur. Seruatur verò carpobalsamus ad plus per quatuor annos, postea incipit putre fieri.

Blactæ bisanciæ illæ sunt meliores quæ vergunt ad albedinem & sunt odoriferę, & quorum odor trahit aliquantulum ad odorem castorei. Ser. lib ag. ca. Ostraceorũ

Carpobalsami Cardamomi

Camphora Cinamomum.

Casia lignea Cubebæ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 50 sur 459

Calamus aromaticus.
Celtica. Crocus.

De carpobalſamo dictum eſt in littera B.

De cardamomo magis eſt eligendum cuius color ſit ſub rufus, & quòd aliquantulum habet acuminis & dulcedinẽ immixtant: & quod eſt album abiiciatur. Cum autem ponitur in medicinis debẽt proiici lapili, & debet fricari manibus vel pannis propter puluerẽ, & abiiciantur fuſtes: per decem annos ſeruatur. Pla.

Camphora niſi cum efficacia ſeruetur facilè perditur, debet autem ſeruari in vaſe marmoreo cũ pſilio aut cum ſemine lini: & ſic per xl. annos poteſt ſeruari. Auctor pande.

Cinamomum eligendum eſt quòd eſt ſubtilè & acutum habens ſaporem dulcedini, immixtum cũ multa aromaticitate, & tale dicitur cinamomum, & alethinum. Quod autem ſubalbidum aut nigrum, abiiciendum eſt. Attende quòd precipua cinamomi electio eſt per colorem: cum autem per guſtum elegitur, ſi prius guſtatum fuerit bonum, abluatur lingua cũ ſaliua vel aqua, quia bonum inficit ita guſtum, quod malum dicitur bonum. Quòd ſimiliter cenſendum eſt in omnibus acutis & linguam remordentibus: & per decem annos ſeruatur Platearius.

De caſialignea dicit de Seraꝑ. li. ag. ca. melochaa auctoritate Dio. quod tãtum duæ ſpecies eius ſunt adminiſtrandæ in medicina: ſcilicet illa que habet ſtipitẽ groſſum & corticem, cuius folia ſunt ſimilia foliis ireos, nigra & purpurea, & qui habet odorem ſimilem odori roſæ: & illa cuius color eſt ſicut color coralli & eſt ſubtilis leuis, longa, groſſi calami & pleni, & mordicans linguam cum ſtypticitate & acuitate modica bonum habens odorem participantem aliquid odoris vini. Aliæ ab iſtis duabus ſpecibus ſuut inutiles & malæ & vt cognoſcantur, ſic illas notificat. Sal. loco ſupradicto. De eis quædam eſt quæ eſt nigra, habens odorem malum, & corticem ſubtilem, & reperitur res quædam ſimilis caſiæ ligneæ. & non eſt caſialignea, & cognoſcitur per ſaporem, quoniam non eſt acuti ſaporis nec odorifera, & cortex eius eſt adherens ligno. Et reperitur ſimiliter quædam habens calamum latum, leuem, mollem, aſperum tactu, & eſt minus mala quã nunc dicta, ſed peior omnibus eſt illa quæ eſt alba & quæ eſt odoris ſimilis odori porri, non habens calamum groſſum ſed ſubtilem.

Cubebæ ſunt eligendæ que mediocriter habent acutum ſaporem cum multa aromaticitate & pauca dulcedine, & per x. annos poſſunt ſeruari. Pla.

Calamus aromaticus concauus eſt, quia quando colligitur extrahitur ab eo quoddam lignum & inde calamus dictus eſt: tamen continuus reperitur vt ſit maioris ponderis: cuius duæ ſunt ſpecies vnus in perſia reperitur qui citrinus eſt & eo non vtimur, alius in India ſubalbidus in longum perforatus non in latum, qui cum frãgitur non pulueriſatur, per tres annos ſeruatur. Platea.

Crocus vt facilius terratur debet poni inſole, cum ſiccus fuerit remoueatur & ponatur in vmbra & ſi ſol

& ſi ſol non eſt in illo tempore calefac eum cum teſta calida. Dio. & per quinque annos ſeruatur, & debet ſeruari in ſacculo de aluta. Pl.

D Doronicum.

F Folium.

Folium optimum eſt illud quod eſt leue & ſubalbidum vel nigroſum, nardi ferens odorem ſine vlla ſalſedine, ac diu multumque reſeruans, eſt enim folium integri odoris cum ſuauitate ſtypicum, & diu cum diuturno odore. Sera. lib. ag. ca. Sedis.

G Galanga.

Gariophyllous.

Galanga eſt eligenda quæ ſubrufa eſt & nodoſa & in ſui ſpecie pōderoſa habēs acutum, ſaporem & dentium conſtrictioni reſiſtens. Quæ verò ſubalbida eſt & leuis, non acutum imò ferè nullum habens ſaporem, & quæ etiam perforata eſt & facile in puluerem reſoluitur, abiicienda eſt. Platea. Garophyllus eſt duplex ſcilicet maſculus & fœmina: maſculus eſt ſicut nucleus oliuæ, ſed longior & vehementius niger. Auicen. & iſte dicitur platophyllus. i. magnus gariofillus. Lignum garyophylli adminiſtratur in medicinis ſimul cum fructu ſuo ſicut defertur ex terris Indiæ. Sera. lib. ag. ca. arnulphei. Idem dia. & meliores ſunt quorum color vergit aliquātulum ad ruborem. Debent autē colligi ex arbore ſua ſingulariter cum digitis vnus poſt alium. Sera. vbi ſupra & per ſex annos ſeruantur in multa efficacia: imò per x. abſque corruptione in locis non multum humidis ne putreſcāt nec multum ſiccis ne areſcant. Pla.

L Lapdanum. Lignum aloes.

Lapdanum eſt eligendum quod eſt ponderoſum & nigrū, & quod poteſt malaxari. Illud vero quod eſt valde nigrum: & quodcum tractatur manibus pulueriſatur, ſignificat ipſum eſſe vetuſtate conſumptum: aut nimis eſſe ſophiſticatum. Platea. De electione ligni aloes dicetur in capi. de medecinis ſophiſticatis.

Muſcus. M

Malabaſtrum. Macis.

De electione muſci dicetur in ca. de medecinis ſophiſticatis. Debet autem ſeruari muſcus in vaſe vitreo & ſpiſſo, bene cooperto & obturato cum cera: & adhuc melius ſeruatur in vaſe plombeo vt frigiditate & humiditate plumbi melius ſeruetur & non debet ſeruari cum alij aromaticis: quia tūc aromaticitatem ſuam admitteret quando autem ſuam aromaticitatem amiſit, debet poni in vaſe vitreo ore aperto, & in cloaca ſuſpēdatur, ſic enim aromaticitatē ſuā recuperabit. Platea.

Macis eligatur qui ſit ſubrufus, vel rubeus, & qui acutum habet ſaporem cum aliquantula amaritudine: niger verò & terreus & qui non habet acutum ſaporem abiiciatur, ſeruatur autem macis per decem annos. Pla.

Nux muſcata. N

Nux indica.

Eligenda eſt nux muſcata quæ plana eſt & in ſuo genere grauis: quæ cum frangitur interius non puluerizatur, & que inuenitur acuti ſaporis, & ſi iſta deſunt non eſt ponenda in medicinis. Pla. Debet colligi in tempore ſuæ maturationis: & per ſeptem annos ſeruatur. Platearius.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 52 sur 459

Nux indica cum ponitur in medicinis debent poni interiora non cortices, per annum seruatur. Platearius, & dicit Auic. quòd aqua quæ est in ipsa, est suauis: & cum non inuenitur aqua in ipsis, signũ est quòd ipsa est antiqua.

P Piper.

Piperis tres sunt species: scilicet piper longum, piper album, & piper nigrum. De pipere albo dicit Platea. quod ipsum non habemus, sed loco eius ponitur catapucia transmarina que piper non est quia grossior est quàm piper, nec acutum habet saporem. Cum verò talis catapucia transmarina ponitur in medicinis, interior substantia abiectis corticibus debet poni. Piper nigrum tempore maturitatis colligitur. Piper album satis durat: sed non habemus. Piper nigrũ seruatur per quadraginta annos & piper longum seruatur per viginta annos. Hæc ad literam dicit Platearius.

R Ribes.

S Spica nardi.

Spongia.

Sandali quantum ad tres eius species, quæ sunt albus, rubeus & citrinus.

Spuma maris.

Spica nardi est eligenda quæ est in substantia plana, in colore citrina, in odore suauis, in gustu acuta & aliquantulum subamara, habens aliquid ponticitatis: & que sit in colore rufa. Cum autem ponitur in medicinis, abiiciendum est quoddam album quod interius est, & quoddam nigrum quod exterius est circa radicem. Folia eius pura ponuntur in medicinis per decẽ annos potest seruari in loco sicco & non humido.

a Modus electionis aromaticorũ.

Spica nardi quæ nigra est & terrea, non debet poni in medicinis, hæc Plate. De spongia dicit Sera. lib. ag. cap. Affelgiabac: quôd quando prolongatur tempus suæ collectionis euanescit virtus eius, & non est conueniens vt administretur in opere nisi prius lauetur cum nitro aut borach: aut cum aqua cineris quæ distillata dicitur, id est cum lixiuio.

Tres sunt species sandalorum apud nos vsuales: scilicet albus, rubeus & citrinus, & omnes iste species per quadraginta annos seruãtur. Platearius.

Vnicornu. Zinziber V

Zedoaria. Zuccara. Z

Zinziber per bienniũ seruatur, & cum pipere melius seruatur. Platearius.

Zedoaria per decem annos seruatur. Platearius.

Zuccara per quinque annos potest seruari. Platearius.

Circa droguas & elephanginas aliqua debet notare Apothecarius. Primo debet notare modum electionis earum, & hoc signanter: quia vt plurimum sophisticãtur. Secũdo debet notare tempus suæ durationis.

De primo scilicet de electione ipsarum dantur aliquæ regulę. Prima regula attenditur ex odore & est quod omnia aromatiqua quãto magis sunt aromatica, tanto sunt meliora. *a* Secunda regula attenditur ex gustu: & est quod cum aromatica gustu eligũtur, non debẽt eligi nisi mora intercedente conuenienti inter gustationem vnius & gustationẽ alterius: quoniã prima aromatica siue pri-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 53 sur 459

mo guſtata inficiunt guſtum ſecundum ſpeciem ſuam, quare poſſet ſubſequi error in guſtu alterius, niſi mora ſufficiens intercideret, tanta ſcilicet quod in ore guſtantis nihil remanſerit de guſtu prioris aromatici: aut ſaltem debet bene lauari os cum aqua clara, & tantum, quòd remoueatur guſtus aromatici præguſtari. Hæc regula data eſt à Plateario. cap. de cinamomo, & quod habent pro experimento, quod maſticatio papyri penitus aufert guſtum aromaticorum. Et iſtas duas regulas tangit Auicen. ſub. vna regula generali in cap. ſæpius allegato de electionē medicinarum, & ipſarum conſeruatione, tangens etiam electione aromatum ex parte coloris dicens: quod quotienſcunque fuerit earum ſcilicet droguarum vel medicinarum aromaticarum color magis tinctus & ſapor magis apparens & odor, erunt fortiores in genere ſuo.

a De ſecundo ſcilicet de tempore ſuæ durationis habeatur regula, quod aromatica vt plurimum ſunt paucæ durationis, quia omnia aromatica ſunt ſubtilis ſubſtātiæ & facilis reſolutionis licet aliqua videantur excipi ab hac regula, de quibus particulariter dictum eſt, & adhuc minori tempore ſeruantur pulueriſata.

De medicinis ſolutiuis quibus debet eſſe munitus apothecarius & de ipſarum electione, modo ſuæ repoſitionis, & tempore ſuæ durationis: & de officio apothecarij circa propinationem ipſorum.

CAP. XV.

ISTud eſt ſecundum capitulum præcedentibus addendum propter cauſas dictas ex capitulo præcedenti: quamuis ſit ex genere prædictorum, & ſub eis poſſet reponi. Iſta autem ſunt ſolutiua, quibus debet eſſe munitus apothecarius.

Alœ. Agaricus.

b Ex alœ melius eſt ſuccotrinum Meſue, & eſt illud cuius aqua aſſimilatur aquę croci, & cuius odor eſt ſicut odor myrrhę. Auicen. & poſt ſuccotrinum melius in bonitate eſt perſicum. Meſue, & eſt illud quod vulgo appellatur epaticum, quod hinc inde habet foramina, vt flora venarum, vt iſtud habet obſcuram ſubſtantiam eſt enim nigrum ceu cinericium. Et poſt perſicum eſt Armenū: & poſt Arabicum, & per Arabicum intellige cabalinum quod à medicina eſt alienū: & iſtud eſt nigrū & obſcurum & feculentam habet ſubſtantiam: amariſſimā, & horribilē portendit odorem, quia valde fætidū eſt. *c* Verſificatores autē laudauerūt aloē perfectū in quinque proprietatibus: videlicet in colore, in ſapore, in odore, in ſubſtantia, & pondere. In colore quidem, vt ſit coloris citrini declinantis ad rubedinē, ita ꝙ ſit quaſi ſubrufus, & in quo ſit claritas, maximè cum in parua fruſtra frāgitur, & ſi eſt in eo, denſitas cū colore, ſicut eſt color epatis, ita quod apareat ſubnigrum & cinereum: declinauit bonitas ab illo quod eſt clarū, & oportet quòd ſit odoris boni, ita quòd non horribilis, ſicut eſt caballinum, & proprij, non extranei, aut aquiſiti ſibi per adulteriū

a *Tēpus durationis aromaticorum.*

b *De electione alœs.*

c *Alœ perfectū dicitur in quinque proprietatibus.*

Cathartica

A Aloe triplex, Succotrina Hepatica, Caballina

aloe etiam pro nigra ponitur apud Psalm. Vel pro Stacte, seu gutta Styracis liquid

qualitates seru

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 54 sur 459

Sapor

Et ſapor eius ſecũdum conueniẽtiorem modum conſiderationis eius debet ſentiri in primo guſtu dulce, declinans ad amaritudinem etiam amariſſimam, non tamẽ intenſẽ, ſicut hepaticum, vel caballinũ. Iuxta quod attende quod omne quod debet habere aliquẽ ſaporem, quanto in ſuo ſapore eſt intenſius, tanto melius excepta aloe. Nam cum ſit de naturâ rerum amararum quanto minus amarum tãto melius. Et omne quod de natura ſua eſt fœtidum, quanto fœtidius melius: excepto aloe. Author pandectarum, & ſit aloes in pondere leue: & quãto leuius tanto melius, & ſit in ſubſtantia ſua tenerũ & tenax: tenerũ quidem vt ſit habile ad frangendum. Tenax vero i. pingue & glutinoſũ vt vult dia. ita quod quando ſupra ipſum anhelatur, cito humectetur & emittat humorem. Talem electionem aloes deſcribit Me. de verbo ad verbum: quem imitatus eſt quidã verſificator ita metricè loquens: Subrufum, clarum, frãgibile, quod ſit amarum. Eſt aloes charum rerũ res vna bonarum. Et quia, vt voluit idem Meſue, vicinitate rei ad rem incolumiores vel nequiores diſpoſitiones aquiruntur in medicinis, ideo conueniens eſt reponere medicinas iuxta ſe inuicem vt melius conſeruentur, & ſecũdum modum ſecundum quem ſibi additur in melioratione, *a* Debet ergo aloe conſeruari iuxta ſpecies elephanginas, aut cum ſpeciebus elephanginis, vel iuxta bdeliũ: inde enim melioratur operatio eius, vt Meſue capitulo de aloe, poteſt autem ſeruari per viginti annos. Platearius, antiquum tamen denigrat tempus id eſt efficitur nigrum per antiquitatem.

b Agarici generatio eſt ſicut generatio fungorum, propter quod quidam eſtimauerũt quòd ſit fungus: & verum quôd ſit Meſue ex agarico alius eſt maſculus, & alius eſt fœmina. Maſculus eſt malus, & eſt ille propriè qui eſt lõgus, & niger, & grauis, & habens in confracturis ſuis ſicut filza neruorum, & eſt durus, & denſus. *c* Agaricus verò quem ſapientes laudauerũt eſt fœmina, & debet habere in ſe proprietates quinque bonas, & ſunt proprié vt ſit albus, & leuis, & velociter frãgibilis, & poroſus, & rarus valde, & vt appareat dulcis in primo guſtu eius, deinde ſuccedat amaritudo, & ſtipticitas: & melior pars totius corporis eius eſt ſuperior pars, & ſtipes eius, eſt non bonus, habens quaſi ſemitas lignis putrefacti, & corroſum ex eo eſt malum. Meſue. Et de iſtis quinque cõditionibus ita loquens quidam verſificator dicit: Res frangi præſto, pretioſus agaricus eſto: Candidus, & ſplendens, bonus in libra leue pendens, *d* Debet aut. ſeruari agaricus cum zinzibere, dauco, leuiſtico, aut pollipodio quercino, iſta enim ſunt quæ meliorant eius operationem vt Meſue ca. de agarico: & poteſt ſeruari per quinque annos in multa efficacia. Platea. & eius contritio ſubtilis, eſt venenũ magnum. Iaco. de partibus, ca. de quotidiana febre.

5 qualitates albedo, leuitas friabilitas raritas dulcedo amaritas ſtypticitas

medicamy

Bellerici. B

Meliores ex eis ſunt groſſi & ſpiſſi ponderoſi & denſi cortice. Meſ. & per quindecim annos poſſunt ſeruari. Platea.

Caſiafiſtula Coloquintida. C

a Repoſitio Aloes.

b De electione Agarici.

c Agaricus perfectus dicitur in quinque proprietatibus

d Repoſitio agarici.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 55 sur 459

Cucumer asininus.

4. Casiafistula debet eligi cum sex proprietatibus bonis. s. quòd sit arundo eius grossa, plena, splendés & multi ponderis & sit pulpa eius splendens, & pinguis. Dicit Mes. ꝙ debet sola seruari: dic t enim in cap. de electione medic narum, ꝙ est capitulum primum sui l.bri de consolatione medicinarum, q: òd singularitas casianfistulã facit bonam, & potest seruari per duos annos. Plat. *b* & debet seruari in canna sua. Et ex hoc patet communis error apo hecarium, qui vt plurimum illam extrahunt, & mundãt à granis, & pulpis, & m edullã eius decoquunt & conseruant in vasis aliis. Dicit enim Mesue capitulo proprio de casiafistulla, quòd exhausta arund ne sua conseruata in vasis pigritatur.

c Coloquintida duorum est modorum, scilicet masculus fœmina. Masculus est super quam nascitur sicut lanugo, & est grauis cum durit e & asperitate: attinẽs nigredini. Laudatur magis fœm na, & propriè habens has prorietate bonas s. vt sit coloquintida grossa & leuis: & quãtò leuior, tantò melior. & sit laxa & alba & leuis, & completæ maturitat s, & cu us pars nterior est pulposa & laxa, & lenis, & alba vehementis albedinis: verum quæ non est completa in maturitate, mala est, & cùm sigillatur ex toto germine plantæ, vt nascatur colloqu ntida vna, illa est mala & pernicios: imò est venenum & cùm in tota reg one non est nisi vna planta per se nascens, est mala: & quæ nascitur in terris fortibus & puluerulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis thermarum: hæc omnia faciũt colloquintidas minores, & sunt sim liter malæ. *d* Quæ verò nascitur in terris laxis & a enosis & liberis, est quæ eligitur. Et de electione pulpæ coloquintidę dicit quidem metrificator: Non resonans mota, per pulpem cãdida tota. Si pulp s hæret semen, si firma cohæret. Seminibus pulpa coloquintida sit sine culpa. *e* T mpus collectionis eius est autumnus & propr è dum iam citrinescit & remouetur viriditas ipsius. Mesue. *f* Medulla eius potissima est medicinæ, semen secũdario: cortex nullam habet fficaciam vel modicam. Plat. Et debet seruari in suo cortice: nam cùm extrahitur pulpa eius, tempus debilitat eam. Mesue. idẽ Auicen. nũquam autẽ debet sola seruari: quia singularitas addit illi in pern cie. Mesue cap. j. libri primi de consolatione medicinarum, sed debet seruari cum mastice, g langa, & simlibus cordialibus stomaticis & epaticis, quæ operationem eius felicitant: vt Mesue. cap propr o de coloqu ntida. Potest verò seruari per quatuor annos & plus. Pla.

g Melior pars plantę cucumeris asinini est fructus eius, & propriè cõpletus, & postea succus e us, & vltimo radix: & melior fructus eius est completus citrinus iam expoliatus à viriditate, & qui est veræ amaritudinis, & cuius succus est albus, habens sicut de pinguedine aliquid: incompletus verò est malus, & melius tempus collect onis eius est finis æstatis. Mesue. scil. in Iulio. Salad. & tempus collectionis radicis eius est fin s veris. Mes. per duos annos seruatur, postea deficit virtus eius.

a Casiafistula eligitur cũ sex proprietatibus bonis.

b Repositio casiefistulæ.

c Laudatur magis, coloquintida fœmina.

d Laudes coloquintidæ.

e Tempus collectionis coloquintidæ.

f Modus reponẽdi pulpã coloquintidæ.

g De cucumere asinino.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 56 sur 459

E Elleborus Eſula.
Eufobium Emblici.

a Elleborus niger.

a Ex elleboro niger incolumior eſt albo, imò minatur albus accidentia terroris: albus accidentia terroris: albus corporibus noſtri temporis eſt moleſtus, imò eſt ſicut venenum propriè præfocans: nigri verò vſque ad tempora noſtra virtus tolerabilis eſt licet adhuc difficile. Meſue. Quod autem ex nigro magis elicitur, propriè eſt cuius ſapor eſt acutus, mordicans guſtum, & habens colorem ſicut aſarum propriè, & quod eſt frangibile, & medium inter ſubtile & groſſum, & medium inter recentem & antiquum, & medium inter ponderoſum & leuem, imò plus leuis quam ponderoſus, & qui eſt leuis carens aſperitate, & melior pars totius plãtæ eſt radix ipſius, & melior pars radicis ſunt fuſtes, & melior pars ipſorum eſt cutis eorum. Meſue. vnde & Auicenna, & bonũ quod de eo adminiſtratur eſt, vt aſſumatur lignum paruum quod eſt apud radicem eius, & fundatur in parua aqua & excorticetur, & aſſumantur cortices illi & exiccentur in vmbra, & adminiſtretur, & melius tempus collectionis eius eſt ver & æſtas, idem Meſue. Et ſubdit quòd albus plus patitur de antiquitate quàm niger, & idem Meſue. Et debet conſeruari elleborus cum epiphymo & polypodio: confortant enim ſeſe. Meſue.

b Modus reponendi elleborum.

c Melior radix eſulæ eſt habẽs proprietates quinque.

d Repoſitio eſulæ.

e Melius euforbium.

b Ex eſula alia eſt magna, habens radices groſſas, & ſpiſſi corticis, & denſi & ponderoſi: & aliud eſt paruum, habens radices ſubtiles, & eſt tenuis corticis. Magnum eſt malum ſcindens viſcera: Paruum eſt illud quod eligitur, & melior pars plantę eſt cortex radicis eius: & lac eius eſt acutius & fortius.

c Et melior radix ipſius eſt habẽs proprietates quinque bonas: ſcilicet cuius cortex eſt ſutilior, & leuior, & facile frangitur, & eſt habens de rubedine aliquid, & ſuper quam iam præteriit medium anni. Recens menſis ſui tantùm eſt mala nigra verò eſt perniciosa, & orta in locis thermarum ſimiliter. Et melius tempus collectionis radicis ipſius eſt principium veris, & lactis eius in fine ipſius. d Debet autem ſeruari longè à ſcamonea, & ab aliis acutis & perniciosis medicinis, quia ſibi addunt in malitia: ſed debet conſeruari iuxta medicinas cordiales & epatiquas, vt ſunt daucus, macis, abſinthium: ſemen pſilij: & inuoluantur in folis lactucæ aut ſacriolæ. Meſue. Et per duos annos ſeruatur in multa efficacia: melius tamen eſt vt ſingulis annis renouetur. Platearius.

e Ex euforbio melius eſt leue frãgibile habens colorem palearem & clarum, & quod eſt vehementis acredinis. Experimentum tamen eius perguſtum eſt difficile, quoniam mordicat linguam ſubitò cum violentia multa, & durat eius mordicatio diu, & propter hoc omne quod guſtatur poſtea videtur bonum. Autor pandectarum. Eligatur etiam quod ſit odoris valde acuti, & quòd eſt recens ſuper quod iam præteriit annus. Recens verò ſui anni eſt ſicut venenum & ignis. Cognoſcitur recens quia diſſolu tur in oleo: quia antiquum fortaſſe non diſſolui-

tur. Mes. & per decem annos seruatur. Platearius.

a Debet verò conseruari ne cito seneſcat in milio, fabis vel lentibus. Mesue.

Ex emblicis meliores sunt habentes frusta grossa & densa & grauia & qui minus crescunt in ossibus & plus in carne. Rari quoque non habent spiritum. Mesue. Seruantur autem per longũ tempus. Platearius.

H Hermodactylus.

b Ex hermodactilis eligitur rotundus, cum tribus proprietatibus bonis, videlicet quòd sit albus veræ albedinis intra & extra, & quòd sit grossus & quòd sit mediocris duriciei, rarus enim leuis & laxus est debilis, rubeus autem & niger ambo mali sunt: & cuius ortus est in locis pinguibus, aut humidis est malus: propterea ꝙ addit ad eius humiditatem superfluam, & inflationem, & eligatur cuius ortus sit in vicinitate squillę, aut rafani, qua inde melioratur in conditionibus suis. Mesue. De electione verò hermodactyli sic ait quidam metrificator. Laus tibi de iure datur hermodactyle dure. Si solidus assis albi cui signa coloris. Et debet colligi in æstate, & secundum aliquos in Maio, sed credit Saladinus & melius quòd in Augusto vt cæteræ radices, & per annum potest seruari in multa efficaciâ, sed singulis annis renouetur si sit possibile. Platearius. c Debet autem seruari in vicinitate squillæ aut rafani, aut cum cimino, mastice, zinzibere, pipere longo, mentastro aut leuistico: quia inde melioratur in operationibus & conditionibus suis. Mesue.

Laureola.
Lapis lazuli
Lapis armenus.

d Laureola, id est meserion, melius est habens folia tenuia & viridia, que oritur in locis liberis in vicinitatæ plantarum speciei eius, & quando oritur ex ea vna planta in toto ambitu loci est mortalis, & quæ oritur in locis thermarum est sicut venenum, & habens parua folia & spissa est mala, & similiter aspera & crispa, & subnigra similiter.

e Debet autem seruari cum absinthio eo quòd frangit acuitatem eius & meliorat similiter conditionem eius. Mesue. fructus eius per duos annos seruatur. Platearius.

Et debet colligi in Iulio, vt notat Saladinus.

Ex lapide lazuli melior est cuius color est viridior in colore lazuli: & habet maculas aureas, & mixtus cum marcassita est non bonus & non maculatus etiã est non bonus, & similiter leuis. Mesue.

Lapis armenus ad nos non peruenit si tamen ad manus alicuius veniat debet eligi habens colorem medium inter viridem & obscurum terreum & indum, & habens macularum distinctiones virides & nigras: & qui non est in lapidis termino: imò est dissolubilis & pulueriſabilis, & qui est in tactu lenis carens asperitate. Mesue.

M Manna
Mirobalani citrini
Myrobalani Kebuli
Myrobalani indi.

Manna est ros cadens super lapi-

L

a *Repositio enforbij.*

b *Eligitur hermodactilus habens tres proprietates.*

c *Repositio Hermodactyli.*

d *Hoc nõ est verũ quia miserecõ est cognidiũ et laureola ca melea Dio.*

e *Repositio laureolæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 58 sur 459

des & ſuper quaſdam plantas. Diuerſificatur autem ſecundũ diuerſitatem rerum ſuper quas cadit, cadens enim ſuper lapides eſt ſicut guttæ paruæ quæ congelantur & ſunt ſicut ſemen: & cadens ſuper plantas ſuſcipit de virtute plantarum & eſt cum permixtione particularum plantarum, foliorum & florum. Ex ea quæ cadit ſuper lapides melior eſt, quæ eſt ſicut ſemen album: & eſt dulcis & eſt recens. Poſt iſtam verò in bonitate eſt quæ eſt ſubcitrina, fuſca verò & cineroſa & antiqua eſt non bona, & ex ea quæ cadit ſuper plantas melior eſt illa quæ eſt paucæ permixtionis cum foliis, & eſt ſubalbida & recens. Meſue. *a* Et poteſt ſeruari per annum. Pla.

a Repoſitio manna.

Sed debet ſeruari cum yſopo aut cum haſce i. com thimo: eo quòd cõfortant operationem eius. Meſ.

b Electio myrobalanorũ citrinorũ.

b Myrobalani citrini eligantur cũ quinque proprietatibus bonis: videlicet in colore vt ſint citrini multæ citrinitatis declinantes ad viriditatem & ſint in pondere graues, & denſi, & vt in confracturis ſuis inueniatur ſicut gummoſitas, & vt ſint groſſi, & ſit cortex eorum ſpiſſus, denſus, completus, & oſſa parua. Meſue. *c* Et debent ſeruari cũ abſinthio, aut ſpica, aut cum violis & paſſulis. Iſta enim ſunt quæ ipſos emendant in conditionibus ſuis. Meſue. Seruantur verò per quindecim annos. Platearius.

c Repoſitio myrobalanorum.

d Electio myrobalanorũ Kebulerũ.

d Myrobalani Kebuli eligantur cum quatuor proprietatibus, ſcilicet vt ſint groſſi & quanto groſſiores tanto meliores, & ſint ſubnigri declinantes ad rubedinem, & ſint graues in pondere citæ ſubmerſionis in aqua: & ſint habentes ſpiſſitudinem ſuorum corticum, & debẽt conſeruari cum eiuſdem rebus ſicut citrini, & ſeruantur tanto tempore ſicut & citrini, ſcilicet per quindecim annos. Pla.

e Electio myrobalanorũ Indorum.

e Myrobalani Indi eligãtur cum quinque proprietatibus videlicet vt ſint nigri & confracti, denſitatem habẽtes ſubſtãtię & ſint groſſi, & graues, carentes oſſibus quanto autem ab his elongantur proprietatibus, tanto à bonitate remoti. Meſue. & debent reponi, vt citrini. Longiori verò tempore cõſeruantur quam citrini, aut kebuli. Platea

Opponacum.

f Electio oppoponaci.

f Oppoponacum eſt gummi, & melius ex eo eſt quod eſt citrinum extra, & ſubalbidum intus, & quod eſt amarius, & quod facilè frangitur eſt quod facile diſſoluitur in aqua, & quod eſt boni odoris propriè. Meſue. *g* Et debet ſeruari cum ſtipticis rebus ſicut maſtix & ſpica & cum enula, ita enim ſignant ſibi proprietates bonas & meliorant conditionem eius. Meſ. Poteſt autem diu ſeruari ſine corruptione.

g Repoſitio oppoponaci.

Polipodium.

h Electio polipodij.

h Polipodium eſt radix plãtæ cuius ortus eſt ſuper arbores & ſuper lapides: & eam vocauit græcus filicem arborum. Quod autem naſcitur in lapidibus humiditatem habet ſuperfluam indigeſtam cauſantem ventoſitatem & ſubuerſionem & nauſeam. Vnde melius ex eo eſt arborum, & propriè quod naſcitur ſupra arborem ferentem glandes cum proprietatibus octo bonis: ſcilicet quod ſit groſum, ſolidum & nodoſum, & cuius color aliquid participat nigre-

nigredinis & rubedinis, ſed parum, & cuius color eſt ſicut color fiſtici & inquo eſt ex aromaticitate aliquid & in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtipticitate derelinquẽs in guſtu & amaritudine aliquid vltimo, & quod eſt recens. Meſue.

a Et debet ſeruari cum dauco, feniculo, aniſo, aut zinzibere. Talia enim rectificant operationem eius. Meſ. per biennium ſeruatur. Platea.

Reubarbarum.

R *b* Reubarbarum laudatur quod eſt ſub nigrum declinans ad rubedinem, & quod eſt graue cum raritate ſua, & in quo etiam in fracturis ſuis inuenitur diſgregatio ex rufo & glauco, & quod eſt croceæ tincturæ, & quod eſt recens Meſue, & quòd maſticatum tingit vt crocus. Pla.

c Debet autem conſeruari cum ſpica: quia eſt proprii iuuamenti cum ipſo. Meſue. Et per tres annos aut quatuor ſeruatur. Pla. Et præſeruatur à putrefactione & corruptione ſi ſuper liniatur ei cera & terebenthina liquefacta, aut cera ſola aut ſuperliniatur melle taberzed. aut ſepeliatur in milio aut pſilio, conſeruatur enim eſſe ipſius ſic tempore longo. Meſ.

S Serapinum Sarcocolla
Squilla Serpentaria
Scamonea. Sene

d Serapinum eſt gummi, & melius eſt cuius color eſt intra ſubrubeum & ſubalbidum, & quod habet odorem porrorum, & quod eſt facilè reſolubile in aqua: & quod eſt clarum cum ſpiſſa ſubſtantia, & quod ex eo eſt leuius eſt melius. Et quod non eſt in vehementia odoris aſſe ſcilicet fœtidę: nec habet odorem galbani: ipſum enim eſt ſic adulteratum. Meſue, debes autem ſeruari cum maſtice, & ſpica, aut cum ruta:

e Cum opus eſt vt reponatur pro paſſionibus oculorum. Et enula ſigilat ſibi proprietatem mirabilem ad ea quæ oportet. Meſue, diu ſeruatur in loco ſicco. Platea.

f Sarcocolla eſt gummi: & fortior eſt ſubcitrinus albo. Et quòd eſt amarius melius. Meſue. Et caue à redacta in puluerem, quia ſæpe ex alio puluere ſolet ſophiſticari. Platea.

g Et debet ſeruari cum zinzibere aut cordumeni: quia vigorant eius operationem. Meſue. Et diu ſeruatur ex gummoſitate quam habet. Platea.

h Squilla melior eſt habens parem, ſola enim eſt venenoſa. Adhuc melior eſt quæ ſaporem habet compoſitum ex dulcedine, & acuitate & amaritudine, & quæ ſplendorem habet in laminis ſuis & quæ naſcitur in locis liberis. Orta enim in locis thermarum aut horta ſingularis eſt mala. Attende tamen quod exteriores cortices ſiue tunicæ, ſquilæ propter nimiã caliditatem ſunt mortiferæ, & medię ſunt tẽperatę. Platearius. Ideo ipſis ſolis vtimur. Bulcraſis in ſeruitore.

i Forma deſiccandi ſquillam, accipe cepe crudum & aufer corticem exteriorem eius, & ſcinde in duas partes per longitudinem eius cum cultello facto ex ligno pini. Deinde ſepara tunicas ab inuicem & configas eas in fillo lineo, & imple filum ex fruſtis eius diſtanter: ita quòd fruſtra non tangã ſe inuicem, & ſuſpẽde in vmbra in loco

a *Repoſitio polipodis*
b *Electio reu barbari.*
c *Repoſitio reubarbari*
d *Electio ſerapini.*
e *Repoſitio ſerapini.*
f *Electio Sarcocollæ.*
g *Repoſitio Sarcocollæ.*
h *Electio Squillæ.*
i *Modus deſiccandi ſquillam.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 60 sur 459

ventoso, & dimitte donec deficentur à vento absque sole. Bulcrasis vbi supra.

a *Repositio Squillæ.*

a Et repone cum rafano: quia sibi vigorem præstat Mesue, & debet colligi in mense Martij. Saladinus.

b *Electio serpentariæ.*

b Ex serpenteria melior pars totius plantæ eius est radix, & melior radix est grossa & completa, & orta in locis liberis. Mesue, & melius tempus collectionis eius est ver, & principium æstatis. Idem Mesue, vt in mense Martij. Saladinus Radix in frustula diuisa & ad solem siccata per biennium seruatur. Platerius.

c *Repositio serpentariæ*

c Debet autem seruare cum alephanginis, & cum mastice & spica. Ista enim bene faciunt operationem eius. Mesue.

Scammonea

Scamonea melior est antiochena, & armena post hanc. Que verò fit in partibus nostris, & corasceni est mala prorsus.

d *Electio scamoneæ.*

d Mesue. Laudatur autem scamonea in quinque proprietatibus Prima est, vt sit in colore clara sicut gummi, aut subalbida aut varia. Secunda est vt si tangatur confractum eius, aqua vel saliua fiat sicut lac. Tertia est vt si tenera multæ facilitatis ad frangendum, & ad puluerisandum. Quarta est vt sit pondere leuis. Et quinta est vt sit boni odoris proprij non grauis remota verò ab his proprietatibus est non bona Mesue. Dicit Mesue, quòd seruatur per viginti annos, se dicit Serapio lib. ag. cap, Scamonea, quòd seruatur vsque ad triginta annos, vel quadraginta. Sed didicit Mesue quòd quanto antiquior tanto debilior. Debet autē seruari grossa non puluerisata neque preparata, grossa quidem aut non puluerisata, dicit Platearius quia quæ in puluerem redacta est, non tanto tempore seruatur, & non præparata vt dicit Saladinus loco supra dicto quia quando præparata est & transierit longum tēpus supra ipsam, amittit virtutem suam.

e *Repositio scamoneæ.*

e Ex quo apparet quòd non debet præparari, nisi quando opus est vsus eius, aut per modicum tempus antè. Et debet seruari cum citoniis, & aliis supradictis, quia rectificant operationem eius, & eius sæua nocumenta reprimunt vt Mesue, capite de scamonea.

f *Electio senæ.*

f Ex senæ præeligitur folliculus, deinde folia & meliora folliculus est cuius color accedit ad viriditatem & subnigredinem quandam, & in quo est de amaritudine res modica cum stipticitate, & qui est magis completus, & in quo sunt semina ampla compressa subalbidus autem non est bonus & incompletus, similiter & meliora folia sunt virida, subalbida verò & tenuia non bona, & antiquum ex eo est sine spiritu, & stipites eius sunt inutiles. Mesue.

g *Repositio senæ*

g Debet autem seruari cum zinzibere & medicinis stomaticis & cordialibus vt est mastix, spica, crocus, rosæ, & similes: quia talia meliorant operationem eius. Mesue.

Thamarindi T

Turbith.

h *Electio thamarindorum.*

h Eligantur Thamarindi cum sex proprietatibus, scilicet vt sint nigri non veræ nigredinis cum luciditate, & teneri, & mixti cum vilis qui sunt sicut radices, & sint recentes & pingues, absque desiccatione, & sint cum dulcedine ace-

toſitatis paucæ, veri, puri, non permixti. Meſue.

a Debent autem ſeruari cum confortantibus ſtomachum calidis, vt eſt ſpica macis, & maſtix, quia talia corrigunt maleficium, quòd imprimunt in ſtomachum frigidum. Meſue. Et per decem annos ſeruantur. Platearius.

b Turbith eligatur cũ proprietatibus ſeptẽ bonis, ſcilicet vt ſit album, & vacuum, arundinoſum, & gũmoſum & ſi cortex eius cinericius, & planus, & ſit recens, facile frangibile. Citrinũ verò eſt malũ & nigrum peius. Groſſum eſt non bonum & ſubtile, tenue ſimiliter eſt enim debile, & antiquum eſt malum & quod eſt criſpi corticis & habens interius dum frangitur ſicut neruos, eſt ſilueſtre: & malũ, & quòd non eſt gummoſum, eſt eſt debile, & ventris conturbatiuũ Meſue.

Cum ponitur in medicinis debet radix cortex eius exterior donec album ipſius appareat.

c Et debet ſeruari cum zinzibere, eſt enim ex magis ipſum confortantibus, & ſigilat ſibi proprietatem mirabilem. Meſue, & poteſt ſeruari per biennium. Platearius.

Circa huiuſmodi laxatiua quatuor ſunt Apothecario notanda. Primo debet notare electionẽ eorum Secundo debet notare modũ repoſitionis. Et tertio debet notare tempus durationis eorum. Et quarto & vltimo debet notare quantum eſt ex officio ſuo rectificationem illum.

d De primo ſcilicet de electione laxatiuorum, nota quòd illa laxatiua, quę ſunt potentioris virtutis, ſi ſint leuiora ſunt meliora, & quę cũque ſunt grauiora maligna ſunt etenim Scamonea & aloe leuiores quidẽ meliores, & coloquintida ſimiliter: & agaricus & ſimilia niſi ſit ex eis in quibus requiritur aggrauatio ſeu aggregatio ſubſtantiæ ſicut hermodactyli, yreos, & lapis lazuli. Hæ enim inferiora & grauiora meliora ſunt. Meſue libro de conſolatione medicinarũ intentione prima, capite primo. Similiter & medicinæ habentes humidum ſuperfluum, leuiores quidem meliores ſicut agaricus, turbith, polipodium, ſquila & ſimilia Meſue ibidem.

Et ex medicinis laxatiuis, illæ quæ faciunt operationes ſuas cõprimendo, grauiores quidem meliores, ſicut Mirobalani ſpecies, & reubarbarum abſinthium, & ſuccus eius, quę enim ex eis grauiores ſunt meliores. Meſue ibidem.

Similiter ex medicinis quibuſcunque quæcunque menſuratur pleno & vacuo grauiores quidem ſunt meliores: ſicut caſiafiſtula & thamarindi, & been, & carthamus & ſimiles Meſue ibidem.

Similite ex medicinis lambificatiuis meliores ſunt grauiores, ſicut pſilium, caſiafiſtula pruna, ſebeſten: & ſimilia, Meſue ibidem. Similiter & medicinarum quarum cunque illæ ſunt meliores quæ colliguntur in ære claro, quem quæ in turbido. Auicenna in ij. can. capi. de electione medicinarum & ipſarum conſeruatione.

Similiter & medicinarum quarũcunque ſilueſtres ſunt domeſticis fortiores & minoris quãtitatis ſecundum plurimum. Auicenna ibidem. Ab his ergo cauẽdum eſt medicinis ſi ſint fortes ex natura

a *Repoſitio thamarindorum.*

b *Electio turbith.*

c *Repoſitio turbith.*

d *Electio laxatiuorum*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 62 sur 459

ſua & malignæ: vt a turbith ſilueſtri & ſic de aliis. Similiter & medicinæ omnes quarum color eſt magis tinctus, & ſapor magis apparens: & odor erunt fortiores in genere ſuo. Auicen. ibidem, excipitur tamen aloe. Nam cum ſit de natura rerum habentium amaritudinem, quanto minus amarum tanto melius. Et cum ſit de natura rerum fætidarum, quanto minus fætidum tanto melius, vt ſupra notatum eſt. Similiter etiam & in locis terræ liberæ acquiritur proprietas plantis talis qualem merentur ſecundum genus ſuum. Et in terra non libera declinant ad latus exceſſus eius. Vnde res humido abundantes ſuperfluo in locis ortæ ſiccioribus meliores & ſicciores in locis ortæ ſiccioribus deteriores: etenim hermodactilus in locis natus humidis malus eſt, & ſimiliter turbith, & agaricus, & dicitur quòd mezerion in locis thermarum malus eſt & venenoſus, & ſimiliter cucumer aſininus, & coloquintida, & dicitur quòd ſcamonea coraſceni eſt mala, & antiochena bona, & credo quod diſpoſitio loci vel aſpectus regulãtium ſimiliter nõ eſt hic & ibi. Meſ. ibi.

a Modus cõſeruandi laxatiua.

a De ſecundo ſcilicet de modo conſeruationis earum ſpecialiter dictũ eſt in capitulis propriis. Sed generaliter habe pro regula quòd ſemper debent iuxta ſeinuicem cõſeruari medicinæ quæcunque adiuuant ſeſe: & ſeſe meliorant in conditionibus, & operationibus ſuis: vt dictum eſt de intentione Meſue cum loquebamur de modo repoſitionis aloes. Et per oppoſitum nunquã debet ſimul conſeruari medicinæ quæcunque ſibi addunt in malitia: vt ſunt duæ medicinæ laxatiuæ acutæ: cuius ob cauſam voluit Meſue quòd eſula debet ſeruari longè a ſcamonea, & ab aliis acutis, & pernicioſis medicinis: quia dicit ipſe ſibi addunt in malitia. Ex quo textu ſufficiens elicitur generalis regula, quòd nũquam malicia quæ eſt ex pernicioſis & acutis debet cõſeruari prope aliã ſimiliter pernicioſam, acutam quæ ſibi addat in medicina.

b Tempus durationis laxatiuorum

b De tertio ſcilicet de tempore ſuæ durationis: notandum primo, quòd medicinæ laxatiuæ quę herbæ ſunt: debilitantur poſt duos aut tres annos: niſi ſint de illis quę excipiuntur ſicut duo elebori qui longiori tempore manent. Auicenna, loco ſupra allegato. Similiter ex medicinis quæcũque ſunt amare quanto antiquiores tanto meliores: ſpirat enim per antiquitatem ſuperficies in eis inflammabilis. Similiter omnes medicinę, quę ſtipticæ ſunt quanto ſunt iuniores tanto meliores, & omnes mediocres dulces ſunt meliores, & ſimiliter inſipidę: quia omnes medicinę humidæ recentes ſuo humido ſuperfluo cauſant inflationem & ventoſitatem. Et omnes medicinę ſalſæ antiquiores ſunt ſeroſæ, & iuniores ſunt conturbatiuæ, & cauſant ſubuerſiionem & vomitũ mediocres ergo ſunt meliores. Meſue vbi ſupra. Similiter etiam omnes medicinæ habentes virtutem debilẽ: & quę ſunt debilis texturæ. Et quę virtutẽ habent facile reſolubilem aut poſitam in ſuperficie quę ſunt recentiores ſunt meliores. Etenim antiquarum earum virtutes reſoluit tẽpus. In cotrariis verò eſt è contra. Meſue ibidem.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 63 sur 459

b De quarto ſcilicet de rectificatione laxatiuorum , notandum quod nunquam debet dari aliqua medicina laxatiua , aut componi etiam quantuncunque benigna fuerit niſi prius rectificata fuerit modo decenti. Vnde Meſ. vbi ſupra. Tua intereſt malignarum atq; incoluminum medicinarum apud te habere differentias. Nam ſunt & malignarum quædã genere ſuper quibus de effrenitate non ambigitur ſicut meſerion & euforbiũ, & in generibus pluribus ſunt ſicut turbith nigrum & agaricus niger& coloquintida ſingularis in planta ſua,&ſcamonea de contrata coraſceni , a quibus elongari oportet , niſi forſitan congruant ex eis quędam in magnis cauſis: & tunc ſuper eis præſumendum eſt cum timore& cautela poſt fractionem tamen malitiæ ſuæ vltimam ſi poſſibile eſt vel ſaltem quam melius fieri poteſt, & ſequitur in litera. Et plurimi ſtolidorum quidam & precipue ſilueſtres & noui præſumunt ſuper eis nondum conſolatis non vtentes prouiſione , & ignorantes quòd ſunt venenum pernicioſum, & ignorantes leſionem quam faciũt poſſidere membra quæ ſunt mineræ virtutum cum ipſis virtutibus. Et iterum ſubdens ait ex auctoritate ſua. Inquit Meſue. Non tantum has fugere oportet, verum & omnes etiam ſi elegantiores ſint , niſi obſeruentur conditiones & modi correctionum & rectificationum earum quos ipſe,ſe dicturum aſſerit in ſequentibus. Ex hoc patet quod in hoc quaſi omnes apothecarij errant cum conficiunt pilulas cochias raſis,& alia multa antidota:in quorum deſcriptionibus non eſt expreſſa collectio ſolutiuorum niſi prius laxatiua corrigãtur quam ipſa componant.Medici enim confidentes de doctrina & ſciẽtia apothecariorum interdum talia ordinant antidota non exprimendo correctionem talem credentes quòd debeant ab Apothecariis confici correcta : quod de cetero venit notandum ab ipſis Apothecariis.

b *Modus rectificandi laxatiua.*

Laxatiuorum igitur ſupraſcriptorum tales ſunt correctiones de mente authorum.

Alœ. Agaricus. A

Alœ corrigitur per ablutionem, vt in ſecunda particula huius.

Agaricus corrigitur per eius trociſcationem: vt in ſecundo huius in litera. T. capitulo de troſcis de agarico.

B

Bellerici.

Bellerici corriguntur per eorum infuſionem in lacte dulci mutando lac mane & ſero per triduũ poſtea exiccando in vmbra& vento. Meſue.

Caſiafiſtula. Colloquintida, Cucumer aſininus. C

Caſiafiſtula non indiget correctione niſi in his qui habent ventrem lubricum:in quo caſu propinatur cum maſtice aut cum myrobalanis.Meſue.

Coloquintida corrigitur per trociſcationem,vt in ſecundo huius in litera. T.cap. de trociſcis de coloquintida.

Cucumer aſininus corrigitur ſi poſt operationem eius accipit infirmus de aqua ordei mellita : aut de vino aut oleum. Expellunt enim iſta nocumentum eius a corpore.Meſue.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 64 sur 459

E Emblici. Elleborus
Esula Euforbium

Emblici corriguntur vt bellerici: & generaliter omnes species myrobalanorum. Elleborus non debet dari in substātia: sed solū virtus eius infusa in aliquo vt in mīna aut melle vel in aliquo syrupo ex quo fiūt cōfectiones. Postea bonū est addere in talibus de epithimo vel de polipodio & sale indo j. zuccaro candi, quia talia confortant sese in virtute. Mesue.

Esula sic corrigitur si infundatur in lacte dulci vel acetoso & remoueatur lac multoties, & exiccetur. Mesue. de intentione iudei.

Euforbiū sic corrigitur. Accipiantur parua frustra eius & inuoluantur in oleo amygdalino: & tunc sepeliantur in frustulis citri: & deinde inuoluantur pasta & decoquantur. Mesue.

L Lapis lazuli Lapis armenus.
Laureola.

Lapis lazuli corrigitur per ablutionem vt in secunda particula huius cap. de ablutionibus.

Lapis armenus corrigitur per eius ablutionem vt in secunda particula huius dicetur. ca. de ablutionibus.

Laureola corrigitur sic. Infundantur folia eius in aceto die vna & exiccentur. Mesue & subdit quod si in prædicto aceto coquātur aut infundantur citronia au maciana, aut berberis erit melius. Et subdit quod ex hoc sigilatur bonitas almeserion ad hoc quod oportet.

M Myrobalani Manna.

Myrobalani omnes corriguntur vt bellerici Manna non indiget correctione. Mesue.

O Oppoponacum.

Oppoponacum corrigitur vt serapinum.

Polipodium P

Polipodium corrigitur si cum aqua casei propinetur aut iure galli antiquæ addendo sibi modicum dauci, anisi feniculi aut zinziberis. Mesue.

Reubarbarum. R

Reubarbarum si detur in emendationem oppillationum, corrigitur, si detur cum spica & modico vini albi. Mesue. Serapinum. S

Sarcocolla. Serpentaria.
Scamonea. Senæ. Squilla.

Serapinum corrigitur per eius trociscationem vt in ij: huius in li. T. ca. de trociscis de serapino.

Sarcocolla sic debet corrigi pro collyriis infunde in lacte asinæ per v. dies infundendo quotidie lac super eam. Vigorat autem etiam operationem eius zinziber & cordumeni. Mesue. nunquam sola accipitur: sed semper cum aliis medicinis Bul. in ser. Scamo. sic corrigitur. Accipe mala dulcia & diuide in duas partes & pone illas partes extensas in fundo vnius ollæ quātitatæ grossitudinis vnius digiti & expone scamoneam supra frustra malorum vel super ipsam carnem malorum tritorum, & facias vnū lectum ex humoni carne & alium ex scamonea sic gradatim faciendo donec olla sit semiplena. Deinde prepara iterum alliā ollam secū dū eandē formā cum malis & scamonea & ita ponas iij. vel iiij. ollas secundum voluntatem tuā & pone ollam super ollā & luta orificium ollæ cum fundo alterius cum pasta & cooperi superiorem ollam cum coopertorio, & oppilla bene cum pasta etiam, & pone

in medio furni calidi & dimitte nocte vna vſque mane , & aperi furnum & ollas & extrahe ſcamoneam : & ſi inueneris mala quæ ſunt ſub ſcammonea & circuncirca ſicca & combuſta tunc, ea vtendum eſt & non alias. Et ſunt aliqui ex medicis , vt Meſue, qui admiſcent cum aniſo & ſemine apij & dauco , & liniunt ante ſcamoneam cum oleo amygdalarũ dulcium aut cum oleo violato , aut cum muſcilagine pſilij & aſſant in malo mundato a granis aut incithonio & melius & vtuntur, & iſte modus faciendi conuenientior eſt inter omnes modos: & ſatis vſitatus. Vel colligitur per trociſcationem eius , vt in ij. huius in litera T. c. proprio de trociſcis ſcamonę.

Senę corrigitur ſi propinetur cum iure galli: & ſi huiuſmodi iuris quantitas magna, aut cum ſero caprino & ſpica , deinde bulliat bullitione vna aut puluis eius cum lacte dulci & ſimiliter debet eam eius lactis quantitas multa. Alij infundunt in muſto albo & propinant poſt tres menſes huiuſmodi muſtum. Meſue.

Squilla corrigitur per eius aſſationem : vt in ſecunda particula huius cap. de aduſtionibus. Serpentaria corigitur ſic mundetur radix eius & lauetur in vino, deinde coque in rob : aut in melle addendo piperis, cinamoni, zinziberis, macis gariophilorum , repone & propina vbi oportet. Meſue.

T Thamarindi. Turbith

Thamarindi ledunt ſtomachum frigidum : ſed corriguntur admiſcẽdo cum calidis quæ ſtomachum frigidum habeant confortare de quibus nuper dictum eſt in iſto capitulo cum loquebamur de modo repoſitionis thamarindorum. Turbith corrigitur ſic. In primis abluatur cortex eius donec ipſius album appareat & admiſceatur ei zinziber ſigillat enim ſibi proprietatem mirabilem. Meſue ſcilicet medium ponderis eius & zuccaris ſimiliter. Corrigitur etiam per trociſcationẽ, vt in ij. huius in litera. T. cap. de trociſcis de turbith. Habe pro regula generali quod maſtix & ſpica ſunt ex rectificantibus communibus emendantibus quecunque ex acuitate medicinarum timentur. Meſue. in cap. de Euforbio.

De vaſis in quibus debent reponi prædictæ medicinæ.

CAP. XVI.

CVm Apothecarius muniuit bothecã ſuam ſimplicibus prædictis : debet illa reponere in locis debitis & vaſis ad hoc conuenientibus ſecundum modum qui ſequitur. Generaliter omnia aromatica ad aromatizandum debẽt reponi in vaſis aureis aut argenteis deauratis, aut in vaſis de porcelionibus, aut in vitro. Camphora tamen debet ſeruari in vaſe lapideo de marmore aut in alio vaſe ſibi appropriato ad conſeruationem ipſius : vt ſupra notatum eſt in cap. de droguis & alephanginis. Et crocus debet ſeruari in ſaculo de aluta vt ibidem dictum eſt. Et omnes pulueres debent reponi in vaſe terreo ſtricti orifici , & oppiletur os eius cum cera, ne reſol-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 66 sur 459

uatur & minuatur virtus eorum. Et omnes res humidæ ſicut ſunt ſucci & gummæ humidæ & confectiones liquidæ ac electuaria liquida & ſimilia: oportet eſſe in vaſis groſſis de vitro vel de terra vitreata, vel de argento vel cornu & ſimilibus. Sed medicinæ molles quæ ſunt conuenientes medicinis oculi debent reponi in vaſis eneis. Sed vnguenta in quibus reponitur pix, & akitram: & pinguedines, & cerebella, & omnem pingue: oportet reponere in vaſis factis ex ſtanno. Et olea debent reponi in vaſis vitreis & os vaſorum debet ſtringi ne putreant & feteant, & omne acetoſum quod debet ſeruari oportet reponi in vaſe linito cera vel piſce. Et oportet reponere in vaſe vitreo omne vinum quod habet ſubſtantiã equalem: quod eſt ſignum ſuper durabilitate eius: & ſuper prohibitione ſuæ coruptionis. Et omne vinum cuius ſubſtãtia eſt inequalis quod eſt ſignum ſuper corruptione eius facili: & quod non poſſet diu ſeruari, oportet quod reponatur in vaſe terreo vt terra exiccet humiditatem eius ſuperfluam quæ eſt cauſa ſuæ corruptionis. Hæc notauit de verbo ad verbum. Bulcra. in ſeruitore quod etiam facit Sa. in ſuo compendio ad aromatarios.

De medicinis ſophiſticatis & quomodo ſophiſticantur, & de modo cognoſcendi.

CAP. XVII.

POST prædictis ſimplicibus habet apothecarius bothecam ſuam ſufficienter munitam ſupereſt vt illam reuideat & noſcat ſi ſua ſimplicia bona ſint aut aliqua ex eis mala & ſophiſticata. Deus enim omnium exemplar cũ primum mũdum creauit, peracto opere aſpexit quæ fecerat, & vidit quod omnia erant bona & tunc in die ſeptimo quieuit. Geneſ. j. Sic enim debet facere apothecarius, munita botheca ſua debet videre ſi omnia ſint bene & decenter ordinata & ſi etiam omnia ſint bona. Quo facto poterit quieſcere ab opere expectando lucrum futurum in Dei nomine.

Dictum eſt autem ſupra cap. primo quod apothecarius debet eſſe ſciens & expertus.

Sciens videlicet in cognoſcendo, vt ſciat eligere bonas amalis & ſophiſticatis. Vt ergo ſciat ſophiſticatas cognoſcere vt abiiciat & non eis vtatur: his noſtris ſcriptis poterit ſcire. Medicinæ quæ communiter ſophiſticantur ſunt iſtæ.

Aloe.	Acatia.	A
Ambra	Amomum.	
Aſafetida	Algalia.	
Aſpaltum.		

Sophiſtæ lauant aloen lotione qua partes eius immundę & groſſæ ſeparentur. Deinde lauant in aqua maris & pauco croco lotionibus pluribus, deinde permittũt exiccari, acquirentes ei per hoc luciditatem & colorem citrinum & odorem bonum: verum odor deoccultat eius fallaciam. Meſu. ca. proprio de aloe.

Acatia adulteratur cum ſucco prunellorum. In hoc tamen non eſt error magnus: carentes enim alio fructu ex quo fit vera acatia: vtimur pro acatia ſuccis prunellorum agreſtium Auicen. in 11. can.

Ambra

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 67 sur 459

Ambra adulteratur cum puluere ligni aloes, & ſtorace, calamita & lapdano reſolutis: addito muſco ſoluto in aqua roſarum appoſita ambra in maiori quantitate. Cognoſcitur vero ſophiſticata quia poteſt malaxari ſicut cera, vera autem Ambra non poteſt malaxari. Platea.

Amomum adulteratur cũ planta quæ dicitur amonides eo quod ſimulatur amomo: niſi quia nõ habet odorem eius nec tale ſemen. Si vis non don decipi ab hac vel à ſimilibus : caue a planta quæ eſt nimis iuuenis & elige eam cuius rami egrediuntur ab vna radice. Serap. lib. ag. cap. Hameme.

Aſafetida adulteratur dum viridis eſt ſuccus cum ſerapino & farina fabarum, quòd facilè comprehenditur guſtu odore & viſu. Dio. cap. Silphium.

Algalia adulteratur vt muſcus. Auicen. Pandectarum-De adulteratione muſci. vide in cap. Meſue.

Aſpaltum adulteratur cum pice mixta. Dia. cap. Aſpaltum.

B Balſamus.
Bdellium.

Balſamus quia charus eſt multis modis ſophiſticatur. Quidam pro eo vendunt terebenthinam, & quidam cum terebenthina miſcent parum oppobalſami , & ita habet odorem eius.
Alij accipiunt ſuccum foliorum citri: & miſcent terebenthinæ addito croco orientali.

Alij verò admiſcent oleum nardinum terebenthinæ.

a Cognoſcitur autem verus balſamus in quinque vt notat Sala. ſcilicet in colore, in odore, in ſapore, in ardore & in pondere. In colore, quia eſt liquor aliqualiter ſimilis oleo ſed eſt groſſior & viſcoſior ad aliqualem rubedinem tendens. In odore: quia eſt odoris aliqualiter rancidi non placabilis. In ſapore, quia habet ſaporem pinguedinis gallinæ antiquæ non recentis : & ardet in gutture acſi eſſet oleum forte & forte antiquum. In ardore, quia ſi in oculis ponatur vna gutta de eo , tantum ardorem in oculo generat acſi lixiuiũ forte eſſet in oculo per ſpacium vnius horæ : & vltra apparet quod oculus velit exire, ſed dimittit viſum in eodem ſtatu, in quo reperit quando ponitur in oculo. In pondere cognoſcitur quia ſi vna gutta ponatur de eo in cyatho pleno aqua nõ ſpargitur ſicut oleum in aqua imò conglutinatur & condenſatur ad modum vnius perlæ rotundæ: & immediatè petit fundum. Et vltra cum cuſpide potes ipſam guttã ab ipſa aqua retrahere : quia adhærebit cuſpidi ipſius cultelli : & extrahitur tota gutta integra ab aqua illa. Aliæ etiam probationes plures ſolent à doctoribus ſcribi. Quidam dicũt quòd ſi ponatur in puncto ſtili & accendatur, ardet: ſcili. iſta probatio non eſt ſufficiens , quia ita ſimiliter ardet terebenthina. Alij dicunt quòd ſi gutta balſami ponatur in lacte quod lac coagulabitur & gutta ad fundum deſcendit. Sed ſimiliter iſta probatio non eſt ſufficiens , quia multa ſunt alia coagulantia lac. Alij dicunt quòd ſi pannus ſubtiliſſimus madefactus oppobalſamo & ablutus: ſi in nulla ſui parte remaneat infectus: purus eſt oppobalſamus. Alij dicunt quòd ſi in vaſe eneo vel argenteo

a Conditiones quibus cognoſcitur balſamus.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 68 sur 459

mundissimo aqua pleno ponatur oppobalsamus, illud purum est quod congregabitur ad partem, vt argentum viuum. Et si aliquid gummi fuerit: separabitur ad aliā partem vasis. Alij dicunt quod si inficiatur pannus oppobalsamo, & postea abluatur in aliquo vase reperitur oppobalsamus in eodē pondere sicut prius. Alij dicunt quòd oppobalsamum purum ponderat in duplo vel in triplo plusquàm terebenthina. Si verò non plus aut solum parum plus: constat esse sophisticatum. Alij dicunt quòd si parum oppobalsami ponatur in palato: cerebrum ita calefacit quod videtur incendi.

Bdellium adulteratur quando gummi sibi admiscitur: sed non habet talem amaritudinem, qualem habet non adulteratum. Et cum fit fumigium cum eo non habet odorem bonum. Serap. li. ag, ca. Melealyend.

C Castoreum Costus
Crocus Camphora
Casialignea.

Aliqui sic adulterāt castoreum. Accipiunt pellem in qua fuit castoreum purum & implent sanguine & neruis & addunt puluerem castorei, vt habeat odorem castorei. Alij ponunt terram & sanguinē. Alij faciunt melius. Accipiunt sanguinem & neruos castorei: & addunt modicum piperis vt sit acuti saporis. Eligatur igitur castoreum mediocriter acutum habens saporem, quia si multum acutum habet saporem, & sit quasi terreum sophisticatum est: & non habet neruos intrincatos. Bonum autem castoreum habet saporem acutum glutinosum & odorem multum horribilem: & neruos intricatos adhærentes pelliculis & ad alteram extremitatum comentes.

Costus adulteratur cum radice enulæ sicca quando admiscetur, & maximè enulæ quæ est ex terris, quæ dicuntur cumeharta. Sed cognitio eius est facilis. Nam enula non mordicat linguam sicut costus: nec odor eius est adeo fortis: & exuberans sicut odor costi. Sera. li. ag. ca. Hosta.

Crocus adulteratur admixta secum magnere vel spuma argenti vel molipdena, id est plumbum vstum. Dia. ca. de croco.

Camphora maximè adulteratur in eius compositione & admixtione alterius succi: & ita efficitur dupla vel tripla in quantitate camphoræ. Sophisticatur enim ex admixtione vernicis quæ sibi similatur in odore & substantia. Sed discernitur, quia vernix solidam habet substantiam & difficilè frāgitur. Camphora verò facilè frangitur, & si manibus tractetur cito puluerisatur. Plat.

Casialignea adulteratur per admixtionem corticis capparis. Platearius.

Euforbium Ebur E

Euforbium minutum adulteratur cum admixtione sarcocollæ. Auicen. & cum admixtione dragaganti rubei. Pla. Sed vt cognoscatur debet eligi vt dictum est in cap. de laxatiuis.

Gariofilus Galbanum G
Galanga.

Gariofili vetustate consumpti quorum exhalata est anima sophisticantur sic. Quidam ponunt tales gariofilos in aliquo vase prius

humectato parum & ligant in pano & ponunt in acre per noctem: mane exiccant vt humiditas illa actualis non cognoscatur. Tales verò gariofili cognoscuntur: quia non habent saporem ita acutum sicut boni gariofili. Cognoscuntur etiam quia maiorem emittunt humiditatem. Et cognoscuntur tertio, quia non multam habent planitiem. Alij aliter sophisticant tales gariofilos, pulueriſant gariofilos electos & conficiunt in aceto fortissimo addito modico vini odoriferi: & ex hoc vino vel aceto conspergunt gariofilos inutiles inuolutos in panno per noctem, quia sic contrahunt humiditatem & saporem acutum & vix cognoscuntur in principio. Dignoscuntur tamen quia illud acumen maius est in exterioribus quã in interioribus. In interiori enim substantia lingua modicum aut nullum sentit acumen, & raro seruantur gariofili sic sophisticati nisi per viginti dies. Platea.

Galbanum adulteratur per admixtionem serraturæ lignorum, alij per admixtionem colophoniæ in multa quantitate & fabarum fractarum abiectis corticibus, sed debet colligi quod sit albissimum, habens puras guttas quasi amoniacum.

Galanga sophisticatur per admixtionem iunci cyperi vel bistortæ, sed cognoscitur quia radix iunci insipidum aut salsum habet saporem, bistoria verò ponticum, sed galanga acutum. Alij sophisticant sic. Pulueriſant optimum galanga & piper & conficiunt in aceto, & imponunt radices iunci per duas noctes: & efficitur acuti saporis exterius: sed cognoscitur quia interius est saporis insipidi, galanga verò acuti. Platearius.

Lignum aloes L
Lapdanum Licium

a Sunt aliqui deceptores qui accipiunt radices cameleæ, id est mezerion in montibus almasiæ, quoniam videntur assimilari in colore, & pondere & sapore cum ligno aloes, & sophisticant ipsas ponendo in vino ebullitionis pulueris ligni aloes per aliquot dies quod Deo & hominibus est abominabile, quoniam camelea multum laxatiua est, & lignũ aloes est stipticum & camelea de se nullius est odoris, sed lignum aloes est odoris suauis. Autor pandectarum.

a *Melius. id est laureolæ.*

b Dicit Sala quòd verum lignum aloes cognoscitur ie quatuor, scilicet in colore, in odore, in sapore & pondere. In colore, quia debet esse nodosum fusci & obscuri coloris. In odore, quia quando comburitur supra carbones facit fumum boni odoris & facit spumã, & hoc est vnum de secretis ad cognoscendum. Et in sapore quod sit amarum. Attende tamen quòd probatio veri ligni aloes quæ attenditur ex parte saporis & odoris habet veritatem dummodo radatur à substentia exteriori satis profundè, & probetur solum quãtum ad eius substantiam interiorem, quia posset esse error in hac probatione quantum ad substantiam eius exteriorem. In pondere verò agnoscitur: quia si parum de eo ponatur in vno cyatho pleno aqua non notat vt alia ligna, sed immediate petit fundum.

b *Conditiones quibus cognoscitur verum lignum aloes*

Lapdanum adulteratur per admixtionem puluerum nigrorũ &c.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 70 sur 459

crotarum caprinarum, & ideo eligatur quod possit malaxari, quia illud quod puluerizatur cùm tractatur manibus significat ipsum esse adulteratum aut vetustate cõsumptum.

Licium adulteratur cum amurca olei cum admiscetur in coctura eius & cum succo ab sinthij & felle bouino. Sera.li.ag. cap. Hadadb. Idem Bul.in seruitore. Ideo debet eligi liciũ quod habet spumam, & habet colorem similem sanguini & inflammatur in igne, & extinguitur in aqua: & cuius color exterius est niger, interius etiã declinat ad nigredinem, & quòd non habet in se pinguedinem, & quòd habet stipticitatem cũ amaritudine aut cuius color est sicut color croci. Bul.in ser.

M Muscus Manna
Myrobalani
Myrra

Muscus & maximè niger aut ad colorem rufum accedens, adulteratur ex admiratione panis assi vel sanguinis hirci, & ponunt ʒ. iij. vel iiij. de puluere prædicto. Discernitur tamen quia panis assus citò frangitur, & sanguis hircinus cum frangitur lucidus est & clarus & quandoque venditur cum ipsis pelliculis, & sophisticatur similiter cum puluere prædicto. Incidunt enim saraceni pelliculas, & remouent bonum muscum, & sophisticatum imponunt, & pelliculas conglutinãt inter pelliculas vt nõ appareat muscus sophisticatus cum pelle in duplo plus ponderat musco non sophisticato. Alij aliter sophisticant sic. Accipiunt carnem columbarum, siccant & terunt & puluerisant, & cum aqua rosarum miscẽt cum modico musci. Pla. Et dicit autor pandectarum, quod muscus & algalia adulterantur cum gummi inuento in radicibus xilocaractæ, quæ dicitur cedra, id est succus niger.

Falsificatores ex succara & folliculis senæ adulterant mannam cui post tempus accidit maturatio, aut molescit & liquescit, & sic deoccultatur fallacia. Mesue.

Myrobalani non conditi nõ sophisticãtur: cõditi verò sophisticãtur quandoque hoc modo. Quidã accipiunt kebulos vetustos & ponunt in lixiuio calido donec inflentur & molles fiant & ingrossentur per quindecim dies vel plures & calefaciunt lixiuiũ cùm inflati & ingrossati fuerint', postea imponunt in fundo & dimittunt per mensem vel plus vsque dum omnino fiant nigri exterius & singulis diebus commouẽt. Quidam nuces maiores recentes in prædicto syrupo imponunt & operantur similes quidam ponunt albutum. Dicunt aliqui sic posse discernere, si actu penetretur sine aliquo obstaculo bonus est. Si verô non: non. Sed hoc est falsum quia tunc signatur albutium, quia omnes myrobalani recentes & veteres habẽt nucleos sicut pruna, vnde non possunt acu transfigi. Discernitur bonus hoc modo quia bonus cùm scinditur interius & exterius niger omnino reperitur, & cùm gustatur paruam habet põticitatem & multam dulcedinem. Sophisticatus autem cùm frangitur interius est subalbidus vel quasi pallidus, & habet ponticitatem multã & paruam dulcedinẽ. Plat.

Myrra adulteratur cùm admiſcetur ei gummi quod infuſum fuerit in aqua myrrhę. Ser.lib.ag. ca.Hęc autoritate di.Quandoque etiam adulteratur cum quodam lacticinio pernicioſo fit ipſa pernicioſa, & hoc quidem lacticinium nominatur alfericius, & eſt arbor pernicioſa. Auicen. Eligatur ergo myrrha noua leuis munda quæ quando tangitur eſt aliquantulũ aſpera & arida:& citò frangibilis, & quando frangitur remanet in eius fractura res alba,&figura eius eſt ſicut figura vnguiũ, & quæ eſt in fruſta magna, & color eius eſt vniformis, non diuerſus in exterioribus eius, ſili. interius eſt trahens ad rubedinem parum cum ligneis ſubalbidus & odor eius eſt delectabilis. Sera.lib. ag. cap. ſupradicto.

O

Opium Oppoponacum
Ozimum Os de corde cerui.

Opium adulteratur cum lacte lactucæ ſilueſtris, ſed tunc eſt debilis odoris, & etiam adulteratur cum gummi, & tunc eſt ſplendidum & clarum.Auicen.cap.de papauere.

Oppoponacum adulteratur cũ armoniaco & propriè ſupercolorando grana minuta ex eo.Sed odor & albedo in conſtacturis ſuis deoccultant fallaciam.Meſ.Nigrũ enim & leue eſt adulteratum cum armoniaco.

Ozimum adulteratur: quia ſophiſtæ apothecarij ſimiliter miſcent ſemen baſiliconis.Plat.

Sophiſtæ apothecarij ponunt pro oſſe de corde cerui cartilaginem quandam tortuoſam quę ibidem reperitur : ſed cognoſcitur quia talis cartilago non eſt rubea ſicut os, imò eſt alba, neque ſibi adhæret caro cordis ſicut ipſi oſſi. Platea.

P

Petroleum
Piper album.

Petroleum poteſt ſophiſticari facillimè ex alterius olei admixtione & parũ petrolei ſili. cognoſcitur quia multum alterius olei poteſt reddere petroleum fœtidum. Platea.

Piper album non habemus ſed loco eius venditur cathapucia trãſmarina, quæ piper non eſt quia groſſior eſt quam piper, nec acutũ habet ſaporem ſicut Piper. Pla.

R

Reubarbarum.

Non prætermittas quin ſcias quod in Reubarbaro cadit de adulteratione, accipitur enim ex eo integro ſicut eſt quantitas magna, & ſubmergitur in aqua per dies quinque,& dimittitur aqua illa de ſiccari,& fiũt inde trociſci,& ſunt inde trociſci, & ſunt trociſci illi medicina regum Reubarbarum verò ſiccatur & venditur ſicut eſt, quòd iam perdidit animam. Sed cognoſcitur,quia illud in quo non accidit adulteratio eſt rarum& minoris ſtipticitatis,& eſt croceæ tincturæ. Adulteratum verò habet contrarium horum, & varietatem quã debet habere in fracturis ſuis, amiſit imò ſubnigreſcit in eis. Meſue.

S

Serapinum Sarcocolla
Storax Spodium
Sandalus Succus liquiriciæ
Scamonea.

Serapinum adulteratur cũ aſſa aut cum galbano : ideò eligatur quod non eſt in vehementia odoris aſſæ, nec habet odorem galbani Meſue.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 72 sur 459

Sarcocolla eligatur quæ eſt alba vel ſubalbida, & quæ eſt gummoſa & groſſa & non in puluerem redacta. Sæpè enim talis ex alio puluere ſolet ſophiſticari. Platea.

Storax ſolet ſophiſticari accipiendo raſuram ſiuæ limaturam yris yliricæ conficiendo cum melle & addendo ſtoracem calamitã. Sed diſcernitur, quia ſophiſticata habet nimiam dulcedinem, & ſi manibus tractetur mox fit manus humida & parum viſcoſa, Si vetus eſt cum malaxatur pulueriſatur.

Spodium ſophiſticatur ſæpę ex radice cuiuſdam cannæ combuſtæ: quinquæ ex oſſibus canis combuſtis, & quinque ex marmore cõbuſto, ſed hoc eſt nimis ponderoſum: vnde eligendum eſt quod ſubalbidum eſt & valde leue & continuũ & groſſum: quia in puluere facilè adulteratur & vix cognoſcitur Si autem ſit valde leue habens tamen aliqua partes ſubnigras bonum eſt. Platearius.

Sandalus rubeus ſophiſticatur ex briſilio: ſed cognoſcitur quia non eſt aromaticum & per hoc cognoſcimus omnes ſcandalos. Pla.

Scamonea adulteratur cum ſarcocolla & lacte titimalli: ſed cognoſcitur illa quæ eſt bona non adulterata: quia non pungit vel mordicat linguam forti mordicatione quia tunc non habet admixtum lactitimalli. Bul. in ſeruitore.

T Turbith. Thamarindi.

Turbith adulteratur cum ſuperlinitione in extremitatibus eius ex gummi diſſoluto: ſed cognoſcitur ex eo quòd in ſuis confracturis eſt ſine eo. Meſue.

Ex adulteratoribus quidam ſunt qui falſificant thamarindos cum carne prunorum: ſed deocculat falaciã nigredo ſine luciditate in ipſi, quia ſunt humoroſiores: & quia in eis eſt odor & ſapor prunorum. Meſue.

Viride æris. V

Viride æris adulteratur cum pumice & marmore piſtatis. Et ſunt qui miſcent cum calcanto & qui vult cognoſcere illud quod eſt adulteratũ cum pumice vel cum marmore madefaciat manum ſuam in aqua & ponat ſuper eum: quia ſtatim diſſoluetur, & ſunt qui maſticant ex eo cum dentibus & ſic percipiunt lapides & dicernitur illud quod eſt adulteratum cum vitreolo ponendo ipſum in lamina ferrea ſuper ignem & ſi continet aliquid vitreoli quando erit combuſtum fiet rubeum, ſed id quod non eſt adulteratum remanet in ſuo colore & in ſua figura. Bul. in ſeruitore. Zuccara. Z

Sophiſticatur zuccarum ex ſpuma ſuccicanæ, cum enim bullit ſuper ignem ad ſpiſſitudinem ſpuma ex ſpumo huiuſmodi fit zuccarum ſophiſticatum: ſed cognoſcitur, quia leuius eſt alio & interius cauernoſum multo. Vnde vt non decipiaris in magna emptione zuccari frangatur tortellus zuccari & guſtetur. Si enim infra foramino ſum eſt valde & ſenſui non ſentiatur valde dulce, ſed quaſi euaneſcat in ore, & quaſi crepitat in maſticatione ſcias illud vanum eſſe & ſpumoſum. Platea.

Cum his itaque ſupraſcriptis poteſt quilibet apothecarius ſufficiẽter & cum bonis ſimplicibus munire bothecam ſuam. Si aliqua ſint in aliqua contracta ſimplicia viſitata ſupraſcriptis muniatur vt mo-

ris est. Et in hoc habetur finis particulæ primæ libri primi cum dei laude.

Particulæ primæ, libri primi finis.

Secunda pars primi libri incipit.

EXpedita particula prima huius præsentis opusculi vbi docuimus apothecarium conuenienter munire bothecam suam simplicibus: consequenter in hac secunda particula antequam de compositis aliquid in medium afferamus quia contigit in compositione varis & diuersis præparationibus simplicia debere præparari, conuenit rectos modos præparationis simplicium præferre.

Huius autem particulæ erunt capitula quatuor.

Capitulum primum de medicinis quæ debent ablui, & quomodo.

Capitulum secundum de medicinis quæ debent aduri, & quomodo.

Capitulum tertium de modo excoriandi radices & semina.

Capitulum quartum de modo extrahendi muscilagines a seminibus & radicibus.

De medicinis quæ debent ablui & quomodo.

CAP. I.

PRopter quatuor causas lauantur medicinæ: sicut notat Mesue lib. 1. de consolatione medicinarum sectione prima de lotionibus medicinarũ. Primo quædam lauantur medicinę vt ab eis tollatur acumen: vt cum lauatur semen vrticæ, cum aqua muscilaginis dragaganti. Secundo lauantur medicinę vt ab eis tollatur altera suarum virtutum, & prius malignior deterrens, & remaneat ei melior suarum operationũ & incolumior, sicut lauatur lapis lazuli & lapis armenus vt soluant per ventrem tantum & sine angustia, non loti enim per vomitum & per ventrem soluunt & cum angustia, & sicut lauatur lacca vt sit minus solutiua & remaneat ei vt sit oppilationum aperitiua, & sicut lauatur aloe, non lotus enim magis laxat & minus confortat membra nutricationis lotus verò facit contrarium. Tertio lauantur medicinæ, vt ab eis abstergantur partes immundæ vt generaliter lauantur omnes medicinæ minerales. Vnde Auicenna ij. cano. ca sæpius alegato, de electione medicinarum & ipsarum conseruatione. Medicinæ quę sunt de mineris sint mundæ, à permixtione extranea imo sit illud quod collectum est in ipsa puta substantia de suo genere non fractum in suo colore & gustu quæ sunt ei propriæ. Quarto lauantur medecinæ vt magnificetur virtus earum, sicut lauamus aloen cum aqua specierum aromaticarũ: vt magis confortet: & lauãtur aliquę medicinę cum alicuiq; rerum solutione multiplicantium sicut cum turbith & agarico vt magis soluant & lauantur cum aqua bdellij & dragãti: vt resistatur suæ virtuti aperitiuæ venarum. Medicinæ autem quæ cõmuniter abluũtur tã planctarum quod mineraliũ

& quam etiam ſumptarum ab animalibus ſunt iſtæ.

A Aloe Acatia Antimonium.

Aloe ſic abluitur. Accipe de aloe ſuccotrino mundo quod cito frangitur & habet colorem epatis & cuius odor eſt bonus lib.i. tere bene & cribra deinde accipe caſiegneæ,ſpicæ nardi,aſari, ſquinanti, carpobalſami xilobalſami, cinamomi,ligni,aloes, croci, maſticis, lacceanũ.ʒ iij. contunde & coque in lib. vj. aquæ donec conſumpta ſit medietas aquæ : cola & exprime & repone in vaſe vitreo: & rora aloem ex iſta aqua donec imbibatur totum, & pone ſupra vas marmoris aut vitri: aut tere in ſole bene,& pone in parapſide munda & cooperi panno groſſo & dimitte ſiccari ab illa aqua,& cum deſiccatum fueri reduc iterum ad tincturam ſecundo,& inbibe iterum ex aqua iſta & dimitte ſiccari ſicut prius: & iterato facias hoc donec aqua penetret partes eius omnes & ſit aqua tota conſumpta vel expleta terendo inbibendo & deſiccando ſicut dictum eſt, & cum vltimo ſiccatum fuerit repone in vaſe vitreo mundo, & vtere. Bul. in ſeruitore.

a Omnes iſti modi videntur idẽ dicere ſed vt plurimum tenetur modus faciendi Meſue.

a Aliter ſic Accipe maecis nucis muſcatæ cinamomi, ſpicę, calami aromatici, cubebæ,ſquinanti, aſari,maſticis gariofilorum ante partes equales, croci pars media bulliant in ſextuplo earum aquæ vſque ad tertiam eius cum facilitate, &impone pro qualibet libra illius aquę aloes ʒ.vj.& permitte ſiccari in vmbra prius & perfice exiccationem in ſole. Aut fiat infuſio illa in aquacaſei & erit melius & adhuc erit melius ſi ſibi addatur yſopus & caſialignea. Vel fac cum ſpeciebus hieræ pigrę. Gal. Meſue ca. de aloe.

b Iſte modus receſſit ab vſu ſed tenetur vnus modus generalis ablutionis aloes ad omnẽ propoſitum.

b Modus alius ablutionis aloes quo vtẽdum eſt in ęgretudinibus melancholicis. Accipe croci,ſpicę, nardi,cinamomi, xilobalſami,carpobalſami caſieligne,azari,añ.ʒ.x, ſquinanti,ſticadæ arabis añ.ʒ.v. coque in libro x. aquę fontis ſuper ignem leuem, & paruũ quouſque remaneat tertia pars & cola cum colatorio groſſo & exprime,deinde accipe de aloe ſuccotrino lib.ij. & tere in cribro & imbibe ex aqua iſta ſupra petram marmoris,& aſſidua trituram eius & infuſionem & deſiccationem ſecundum ſupradictam diſciplinam donec biberit aquam illam totam vltimo tere & ſerua in vaſe ſtricti orificij ne virtutem amitta,& oppila os vaſis,& tua intereſt vt addas & minuas ex iſtis medicinis ſecundum oportunitatem egritudinis. Bul vbi ſupra.

Acatia quoniam compoſita eſt ex ſubſtantia terrea ſtiptica & ex ſubſtantia ſubtili, ideo eſt mordicatiua, eius autem mordicatio ablutione remouetur. Auicen.in ij. can.ca. proprio de acaria. Modus verò ablutionis eius eſt talis, tere eam cum aqua dulci ſæpe,& proiice aquam quæ ſupernatauerit, & fac hoc donec videas aquam clarã & fac ex ea trociſcos & ſerua.

Et ſunt qui lauant eam cũ aquaroſarum quando volunt frigiditatem eius maiorem & ſedationem doloris magis. Bul.in ſerui.

Antimonium abluitur ſicut marcaſita: & cathimia de quibus inferius in locis propriis.

Borrax. Batitura æris. B

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 75 sur 459

Borrax ſi abluitur. Mitte borracem in mortario cum aqua & manibus confrica fortiter & cum reſederit liqua: & iterum mitte aquã confricans hoc facies quandiu limpida & munda exierit, & ſic in ſole ſicca & vtere. Dia. cap. viſcalos.

Batitura æris eſt illa quæ cadit ſub incude quando maleatur æs. Bul. in ſerui. Sic autẽ debet ablui. Sume batituram ęris, & purga ex ea lib. ij. & pone in mortario, & pone ſuper eam aquam claram dulcem & miſce bene donec ſquamæ deſcendant in fundum vaſis & aſcendat putredo in aqua: & proiice aquam & aufer quod eſt clarificatum. Et pone lib. j. ſ. aquę pluuialis: & iterum miſce in mortario cum manu. Et quando videris eã leuem proiice aquam paulatim donec remaneant. ʒ. ix. & laua iterũ lotione forti: & poſtea comprime ſquamas illas appodiando parietibus vaſis: & exprimatur aqua ab eis: & tunc accipe aquam illam & pone ipſam in vaſe ęris rubei: quia iſta aqua eſt corpus ſquamarum & ſubtilitas earum virtus qua debemus vti in medicinis oculorum. Illud verò quod remanet habet modicam virtutem: & oportet quòd lauetur alia vice & quòd miſceatur bene quouſque nihil remaneat illius leuis, & poſtea cooperi reſiduum cum panno, & dimitte duobus diebus, ita quod nõ commoueatur & poſt duos dies clarifica & repone in vaſe ſtricti orificij. Aliquid lauant florem æris eodem modo. Bul. in ſeuitore.

C Ceruſa. Climia.
Cathimia Calx
Ciminum
Cordumeni
Carui Cornu
Cinis lanæ
Cortices ouorum
Conchilia.

Ceruſa ſic abluitur. Tere ceruſam in aqua ſæpe & proiice aquã ſemper: & ablue ſicut lauatur ſcoria auri & argenti, vt infra ſtatim docebitur.

Modus abluandi climiam. Climia arabicè: idem eſt quod ſcoria quoruncunque metallorum. Bul. in ſeruitore. Ideo dicitur climia auri, climia argenti: & ſic de aliis. Climia autem auri & argenti ſunt magis vſuales in medicina, ideo de his ſolum hic loquemur. Abluuntur itaque ſic. Terantur cum aqua & abiiciatur illa aqua & fiat hoc ſæpe: tandiu quod non appareat ſuper aquam aliquid putredinis. Deinde collige ſic eam & reſerua. Simili etiam modo lauãtur ſcoria æris bul. in ſeruitore.

Cahimia id eſt tuthia ſic abluitur. Tere cathimiam groſſo modo ne terantur partes quæ ſunt in eis ex lapideis venis, deinde liga eam in panno groſſo ex lino & pone coram te parapſidem magnam cum aqua dulci, & ſubmerge peciam illam in qua ligaſti tutiam in aqua & frica manibus & in merge cum aqua illa ſæpe, & diligenter donec diſſoluatur, quod eſt ſubtile ex ea & egrediatur ex panno in aquam & tua intereſt, vt reponas aquam illam cum eo quod egreſſum eſt de tuthia in parapſide alia, & frices iterrum pannum in aqua alia & hoc fac quouſque tota terræ ſtreitas tuthiæ excoletur à panno. Vltimo proiice quod remanet ex lapidibus in pecia. Deinde miſce aquam quæ eſt in

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 76 sur 459

paraſide cum tuthia & proiice aquam illam cum illo ſubtili terreo & in illa pinguedine quæ natat ſuper aquam per agitationem eius in vale alio, & facias hoc cum ſumma facilitate: ita quod ſepares illud ſubtiliſſimè ab arena quæ deſcendit in fundo vaſis & proiicias aquam illam ſecũdo & tertio quouſque nihil remaneat de ſorde eius. Deinde proiice arenam quæ ſua grauitate iacet in fundo vaſis. Reliquum vero quod reſeruaſti dimitte reſidere in aqua donec deſcendat ad fundum: tunc proiice aquam cum facilitate donec remaneat cor purum. Hoc autem pone ſub ſole donec deſiccetur & repone & ſerua. Bul. in ſeruitore. Aliter ſic. Collige cor eius, & ſpumã eius ſeu pinguedinem eius de ſuperficie aquæ cum toto mundo & proiice ſubſtantia, & fac ita ſæpe quouſque egrediatur tota ſpuma eius & tota ſubtilitas eius & ablue cotum eius a tuthia, quæ eſt in ipſo qualibet vice & pone ſub ſole cum expleueris donec ſiccetur. Bul. in ſeruitore.

Calx viua ſic debet ablui, accipe quod eſt de ea album, & mundum, & tere & cribra calcem albã & mundam: & pone in parapſide munda & pone ſuper eam de aqua dulci quantitatem ſufficientem ita quod cooperiatur ab aqua & dimitte per horam & poſtea miſce: & cum reſidentiam fecerit ad fundum vaſis, proiice aquam & fac ita ſeptem diebus vel decem, poſtea proiice aquam deſuper & repone Bul. in ſeruit.

Ciminum & Cordumenum ſic debent ablui. Accipe de cordumeni aut de cimino nouo albo, & purifica a lignis & a ſorde, & pone in olla lapidea & cooperi cum aceto forti cuius quãtitas ſit ita quod totum imbibatur à cimino & nihil remaneat. deinde extende eum ſuper ſextorium in vmbra vſque ad exiccationem. Bul. in ſeru.

Forma abluendi carui cum debet poni in medicinis ad fluxum ventris. Accipe de carui & pone in vaſe mundo: & pone vas ſupra ignem vna hora donec ſit fere calidum, deinde infunde ſupra ipſum lac capræ quantitate qua cooperiatur & dimitte duabus horis & ſicca & ſerua. Et iſta ablutio dicitur communiter eius confectio.

Dictum eſt ſupra ſcilicet in prima particula huius ca. de medicinis ſumptis ab animalibus, quod ſolum vtimur in medicinis cornu ſerui & cornu capræ quæ prius debent aduri & poſtea ablui.

Abluuntur ergo cornu cerui & cornu capræ & cortices ouorum & conchilia poſt ipſorum aduſtionem ſicut ſcoria ſiue climia. Bul. craſis in ſeruitore.

Forma abluendi cinerem lanæ aduſtæ. Accipe cinerẽ lanæ & pone in parapſide & funde ſuper eam aquam & miſce & expecta donec clarificetur in aqua & cinis deſcendat, & proiice aquam illam funde iterum aquam, & fiat vt prius tandiu donec cinis non pungat linguam quando guſtatur: ſed ſit ſtipticus guſtui: poſtea ſicca & ſerua: quia ita debet poni in medicinis oculorum. Bul. in ſeruit.

Dragagantum.

Dragagantum abluitur & colatur vt purificetur: & hoc potiſsimè quando debet poni in alcohol aut in looth. Modus vero purifi-

candi & abluendi ipſum quãdo debet poni in alcohol eſt talis. Accipe de dragaganto & tere tritura groſſa, ne ligna eius cum eo terantur: & pone in olla vitreata & cooperi cum aqua clara munda vel aqua roſata, & dimitte per noctem & in mane aſpice ſi eſt neceſſaria alia aqua & adde & ſi non, miſce bene cum manu donec totum liqueſcat & proiice eam ſupra cribrum mundiſſimum: & duc cum manu hinc & inde donec deſcendat de cribro totum colatum, & ſunt qui deſiccant & feruant deſiccatum, & ſunt qui vtuntur eo ſicut eſt Bulcraſis in ſerui.

E Aes vſtum.

Aes vſtum ſic abluitur. Tere ipſum in aqua dulci ſecundum modum quo lauatur ceruſa: mutando aquam ter in die donec nihil remaneat putredinis.

Bulc. Et eodem modo lauatur ſcoria æris: que alio nomine dicitur

F climia. Flos eris.

Flos eris abluitur ſicut eius batitura. Bul

G Gummi Arabicum.

Gummi arabicum abluitur vt dragagantum. Lapis lazuli.

L Lapis armenus. Lithargirium.

Lacca Limatura ferri.

Ars lauandi lapidem lazuli & lapidem armenum eſt eadem omnino, & eſt talis. Teratur cum facilitate in vaſe lapideo: deinde fundatur deſuper aqua & lauetur terendo: & fiat illud trigeſies ſemper innouando aquam. Et adhuc decies poſt illud lauetur cum aqua roſa. Meſ. ex autoritate alexandri, & ex autor. alkindi dicit quod lauetur cum aqua blugloſæ poſt purgationem eius ſcilicet à partibus groſſis & terreis & lapidoſis ſcilicet poſt ablutionẽ cum aqua dulci: vt dictum eſt. Ex hoc enim acquiritur ei mirabilis proprietas ad ægritudines melãcholicas. De lapi de tamẽ armeno dicit Rabimoyſes in tractatu ſuo ſpecialide mania & melancholia, quod non cognoſcitur. Et de eo etiam fecit Auenzoar nobilior medicorum dubietatem vt ſingulariter notat Io. mat.' de gradi papienſis doctor clariſſimus & rerum ignotarum diligens perſcrutator: aſſerens ſe queſiuiſſe ab apothecariis quid eſſet lapis armenus: nec vnquam ſcire aut videre potuit.

De lithargirio inquit Bulc. in ſerui Vnguenta quæ fiunt ex lithargirio quod eſt aurei coloris declinans ad albedinem ſunt nobiliſſimæ bonitatis. Sed ſi lithargirium fuerit nigrum aut habens in ſe aliquid plumbi, erit vnguentũ quod fiet ex eo nigrum & turpe, niſi abluatur, ſi ergo volueris ipſum abluere & dealbare, elige quod habet colorem auri, & quod ſit graue & mundum à plumbo & frange in fruſta quantitatis fabæ, & accipe quantitatem ex eo quam volueris & pone in olla rudi & proiicias aquam deſuper & pone ſuper id de frumento bono & purgato quantitatem quandã, & accipe de hordeo pugillum vnum & liga eum in panno lineo nouo ſubtili, & ſuſpende, & liga eum in orificio ollę intra ipſam, & facias feruere donec crepet ordeũ. Deinde auferas ab igne & pone id quod eſt in olla in perua parapſide munda & proiicias frumentum & funde ſuper litargirium aliam aquam & ablue ipſum fricando mani-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 78 sur 459

bus fortiter, poſt ea dimitte ſiccari deinde accipe & tere ipſum & proiice de ſuper aquam calidam, & agita ipſum & dimitte quod reſideat & abiice aquam & iterum deſicca prius & facias hoc deſiccando, terendo & abluendo tandiu quod ſubtilietur & diſſoluatur in aqua, deinde expecta quod reſideat & clarificetur aqua & abiice ipſam & tere quotidie ſępe in die & in veſperis: & pone ſuper eam aquam aliam, & dimitte per horam vnam & cola facias hoc totum ter in die quinque diebus continuis poſt hoc proiice ſuper duas lib. ex eo. ʒ. ij. ſalis gemmæ & infunde ſuper ipſum aquam aliam. Et quando fit album pone ſuper ipſum aquam calidam & facias ſecundum quod feciſti prius tandiu quod nihil remaneat in eo ſalſedinis: & poſtea dimitte ſiccari in ſole, mouendo ipſum ſæpe donec ſiccetur tota humiditas, deinde repone & ſerua. Alius modus, accipe de lithargirio li. ij tere bene deinde accipe de ſale gemma nigra li. vj. & miſce cum lithargirio & pone in olla rudi: & proiice ſuper ipſum tantum aquæ quod cooperiatur: & agita tota die mane & ſero, & ſi aqua videatur minui, adde paulatim, & fac id. xxx. diebus agitando vt dictum eſt: ne coaguletur & putrificetur, & poſt triginta dies abiice agitando paulatim deinde pone ipſum in mortario & tere, & poſtea, proiice ipſum in parapſidem terrea munda, & proiice ſuper ipſum aquam & agita cum manu motione forti, & dimitte donec reſideat, & abiice aquam illam & ſuperfunde aliam aquam, & facias hoc quouſque ſalſedo tota recedat: poſtea dimitte fere exiccari & informa trociſcos & ſine eos ſiccari & ſerua in vaſe plombeo. Alius modus. Frange lithargirium, in fruſtra quã titatis fabæ & pone ipſum intra ſtomachum apri, & fac hoc tandiu feruere in aqua donec ſtomachus coquatur, deinde extrahe ipſum à ſtomacho, & pone cum eo ſale quantitatẽ que ſit ſufficiens: & tere & laua ſicut dictũ eſt ſuperius. Alius modus: accipe lithargirij quantitatem lib. i. & miſce cum eo tantundem ſalis, & pone ſuper ipſum aquam & tere in ſole, & muta aquam vna vice poſt aliam quouſque albeſcat.

Alius modus: accipe quantitatem lithargirij & inuolue in coto albo & pone in olla fictili & pone deſuper ipſum aquam & accipe fabas recentes vel nouas. P. i. & pone deſuper & permitte tandiu bullire quouſque fabæ crepuerint, & cotum ſit nigrificatum & proiice & cola & inuolue in poto alio, & ſuper pone aliam aquam clarã ponendo alias fabas vt prius & coque iterum vt feciſti, & facias hoc ter, vel amplius quouſque cotum non tinguatur, & poſt pone ipſum in vaſe aliquo & pone ſuper omnes lxxx. ʒ. ex eo ſalis nitri quantitatem. lib. i. & tere ſimul & iterum ſuperpone de ſale nitro albo fortis albedinis. ʒ. xlij. poſtquam ſal nitrum prius diſſolueris in aqua & tere bene donec albeſcat magna albedine, deinde pone in vaſe terreo magnum habente orificium, & ſuperpone aquam multam & agita & dimitte donec reſideat & aqua clareſcat & abiice ipſam, & iterum pone aliam aquam:

& fac ita donec aqua dulceſcat & nihil remaneat ſalſedinis. In fine verò cola aquam & pone in olla terrea noua vitreata in ſole xl. diebus in æſtate, & poſt xl. dies quando erit deſiccatum vtere eo. Alius modus accipe lithargirij boni aure, partem i. & tere bene & pone ſuper ipſum de ſale communi partes duas: & pone ſuper ipſum quãtitatem aquæ qua cooperiatur & ſuperet circiter quatuor digitis: & dimitte in vaſe ſeptem diebus & miſce omni die bis, & poſt ſeptem dies proiice aquam & pone aliam aquam, & muta aquam illam quotidie vſque ad finem, xl. dierum tunc aqua illa dulcificabitur & lithargirium dealbabitur ſicut ceruſa fac trociſcos & ſerua & vtere. Omnes autem iſtos modos ablutionis lithargirij ſcribit. B. in ſeruitore de verbo ad verbum.

Lacca ſic debet ablui accipitur gummi eius & teritur & proiicitur deſuper aqua calida in qua bullierunt ariſtologia & ſquinatum & moueatur cum piſtello & dimittatur reſidere & eiiciatur aqua. Deinde ſiccetur in vmbra & reponatur in vaſe vitreo, & ſi non clarificatur prima vice facias ſecundo Sera. li. ag. ca. Acc. autoritate dia.

Limatura ferri ſic abluitur, elige limaturam ferri & non ſit mixtio alicuius alterius metalli vt æris vel plumbi & ſimilium, eent enim periculum cum daretur in potu, & pone in vaſe mundo & proiice deſuper parum acetij, & ponatur ſub ſextorio mundo, & iterum ſuper ſextorium ponatur corium aliquod, & ibi dimittatur xxx. diebus ad minus. xxvij. & extrahe & inuenies colorem eius ſicut zinar. deſicca & vtere.

Vel ſic ablue cum aqua dulci aut cum aceto & cola parpanum & dimitte ſub ſextorio quouſque putreſcat, & poſtea ablue & repone.

Marcaſita, M

Marcaſitæ duæ ſunt ſpecies ſcilicet aurea & argentea & illa quæ eſt grauior eſt melior. Et modus ablutionis eius eſt, quod accipias de ea quæ eſt aurea, & tere & cribra & iterum pone in mortario & proiice deſuper de aqua pluuiali, & terre & ſicca, & iterum pone aquam aliam, & facias hoc ſeptem diebus continuis, & poſtea adde parum muſci & tere & vtere ea.

Bulcra.

Oſſa. Oleum. O

Oſſa antequam abluantur debẽt prius aduri, & poſt ea debent ablui ſicut abluitur ſcoria vel cathimia.

Oleum ad faciendum omnia olea debet ablui & albificari & ſic dicitur oleum compoſitum. Forma vero ablutionis eius eſt talis, accipe de oleo boni odoris & ſaporis, & pone in olla, & miſce cum aqua calida, deinde pone in ſole quouſque albeſcat, & tunc pone iterum in ſole quouſque ſeparetur oleum ab aqua, & collige oleum de ſuperficie aquæ cum cocleari & repone: & ſi fuerit album prima vice bene & ſi non iterum repone in aqua ſicut prius, & miſce ſecundo & tertio donec albeſcat.

Aliter ſic accipe vas vitreatum intus & extra, & fac foramen in fundo eius, deinde pone digitum ſuper foramen, & pollicem ſuper os vaſis & agita vas cum oleo &

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 80 sur 459

aqua agitatione forti, & dimitte per horam: ſcilicet quouſque ſeparetur oleum ab aqua & natet oleum ſuper aquam tunc aufer digitum à foramine vaſis quouſque egrediatur aqua & incipiat egredi oleum, tunc opila iterum foramẽ, & pone aquam calidam ſuper oleum & agita ſicut prius, & hoc fac donec oleum albeſcat ſecundum voluntatem tuam. Bulcraſis in ſeruitore.

P Plumbum.

Plumbum ſic abluitur, oportet quod habeas mortarium & piſtellum de plombo, & proiicias in mortario patum aquæ, & agita cum piſtello diu donec aqua incipiat ingroſſari & denigrari, deinde cola ipſum per pannum ligneum: & fac hoc ter vel amplius & dimitte quod colatũ eſt quouſque deſcendat plumbum ad fundum vaſis in quo ipſum colaſti, & poſt ea proiice aquam, & pone aliam aquam, & laua ipſum ſicut lauatur ſcoria auri vel argenti, & ſæpe quouſque non remaneat in aqua vlla nigredo, & fac trociſcos & repone.

Alius modum lauandi plumbũ, accipe plumbum purum & lima ipſum cum lima, & tere ipſum modicum cum aqua in vaſe quod dicitur ſalaxa, & piſtellum eſt de petra, & pone deſuper aquam & laua & cum manu aduna, & quod egreditur de nigredine proiice, & ſcias quòd non debet lauari vna vice multum, ne conuertatur in ceruſam, ſed debes expectare parum & poſtea reiterare aquam aliam & ſinere quouſque plumbũ deſcendat ad fundũ vaſis & proiice illam, & iterum mitte aliam. Finaliter verò abiiciatur tota aqua, & fac ex eo trociſcos & repone & vtere. Bul. in ſer.

Spodium
Sarcocolla
Spuma maris.

S

Spodium abluitur ſicut ponſiligos, & ponſiligos eſt tuthia: & tuthia eſt cathimia de qua dictum eſt in litera T.

a Sarcocolla ſic debet ablui, accipe de ſarcocolla bona alba & groſſa, & pone in vaſe vitreo ampli orificij, & emulge deſuper eam lac aſinæ in quantitate pauca, ſiue infundatur in ipſo lacte vt liquefiat & remaneat quaſi ſicca, & pone ſubito in ſole vt cito deſiccetur, & quando erit ſicca oportet quod iterum mulgeas ſecundum quantitatẽ quam dixi. Sed ſemper caueas ne cooperias eam lacte, ne aceſcat lac antequam deſiccetur & deſtruatur. Fac ita quater vel quinquies, & cùm hoc feceris ſicca bene, & ſerua & ſi non habeas lac aſinæ paratum fac cum lacte mulieris quia eſt melius. Et ſunt qui abluunt cum lacte equæ & capræ & aliis ſpeciebus lactis, ſed lac mulieris eſt præcioſius. Bul. in ſer. Et dicitur iſta ablutio ſarcocollę eius nutritio vel confectio.

Spuma maris abluitur ſicut abluitur climia. Bul. in ſer.

a Nutritio ſarcocollæ.

De aduſtionibus medicinarum, & quæ ex his debent aduri & quomodo.

CAP. II.

INquit Meſue aſſationes medicinarum in frixoriis, & in patellis fiunt, tribus de cauſis: Prima, vt earum virtus augeatur

ſicut verbi gratia aſſatur ſquilla vt fiat magis ſolutiua. Secunda cauſa eſt prædictæ oppoſita ſ. vt virtus medicinæ diminuatur, ſicut verbi gratia aſſatur pſilium vt ſit humiditas eius minus lubrica, & minus ſoluens, & aſſantur plura vt mitiora fiãt. Tertia cauſa propter has duas cauſas ſimul ſcilicet ſed vt medicina habẽs in ſe duas virtutes reprimatur quantum ad vnã virtutem, & vigoretur quantum ad aliam vt eſt facile videre in myrobalanis & reubarbaro, in quibus ſimul eſt virtus ſolutionem faciens, & virtus faciens cõtractionem. In eorum autem aſſatione minoratur virtus faciens ſolutionem & vigoratur virtus faciens contractionem. Et in ben, quod eſt granum hermeſis: eſt virtus vomica, & virtus ſoluens per ventrem, dum autem aſſatur maturatur eius humiditas ſuperflua baturachia faciens ſubuerſionẽ & nauſeam & remanet virtus ſolutionẽ faciens. Iſtæ autem ſunt medicinæ quæ communiter aſſantur ſecundum ordinem literarum minotis alphabeti, vt conſuetum eſt.

A Atramentum Alumen
Aloe Alkitran
Arſenicum Acatia.

Atramentum ſic aduritur, accipe de eo & pone ſuper teſtam nouam & pone teſtam ſuper prunas & vre, & ſic quantitas aduſtionis ſi fuerit atramentum non multæ humiditatis quando non apparebunt ampullæ & erit deſiccatum deſiccatione forti, & ſi fuerit amplioris humiditatis oportet quod dimittatur ſuper prunas quouſque mutetur color eius infraſe, & vertatur ad ſimilitudinem mogrę, id eſt ſinopis, tunc oportet quòd auferas ab igne & purges: & ſunt qui ponunt ſuper prunas & exufflant deſuper donec declinet ad citrinitatem aut ponunt ſuper teſtam, & ponunt ſuper prunas, & miſcẽt donec mutetur color eius. Bul. in ſerui.

Alumen comburitur ſicut atramentum niſi quod nõ fit rubeum ſicut illud. Bul.

Aloe ſic aduritur, oportet vt ponas aloem in olla munda & ſuper prunas donec aduratur. Bul. in ſer.

Arſenicum ſeu auripigmentum ſic comburitur: pone auripigmẽtum in vaſe fictili ſupra carbones accenſos, & agita ſatis ipſum ſine intermiſſione, & quando erit valde calidum & color mutatus auferatur ab igne & dimitte infrigidari, & tere & repone. Bul. in ſerui.

Acatia ſic aduritur, pone ſupra prunas & aſſa quantum eſt neceſſarium. Bul.

B Bolus armenus Borrax.

Bolus armenus ſic aduritur, frange ipſum in truſta quantitatis fabæ, & pone ſuper teſtam vel laminam ferream. Bul.

Borrax ſic aduritur, mitte Borracẽ tritam in ſartagine & carbonibus impone & coque. Diaſ. ca. Viſcalos.

C Climia Corallus
Calcantum Ceruſa
Conchilorum teſte
Cornu cerui & capræ
Caneri Cantarides
Cortices ouorum.

Climia quorumcunque metallorum in generali ſic aduritur. Pone ipſam ſuper ignẽ de prunis donec calefiat & faciat ebullitiones ſimiles veſicis, ſicut facit ſco-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 82 sur 459

ria ferri,& extingue eam in æstate in vino,& qui eget vsu eius in scabie oculorum oportet vt extinguat eam in aceto. Alij verò accipiunt scoriam combustam in hũc modum quem dico, & terunt ipsam in vino, & ponunt ipsam in ollam factam ex argilla, & comburunt alia vice, & tertio donec vertatur in cinerem & nihil remaneat grossitiei. Bul. in ser. Specialiter climia ferri sic aduritur. Tereatur tritura grossa & ponatur in aceto vel rob. & exiccetur & assetur super prunas Bu. in se. Specialiter etiam climia auri & argenti sic comburunt, accipe de scoria cabrusiæ quantum vis, & confice ipsam cum melle, & pone ipsam in vase fictili nouo & opilla orificiũ eius & lini cum argilla, & facias foramen in summitate coopertorij, per quod fumus exhalet & pone vas in medio ignis ex carbonibus. Quando ergò incipit scoria comburij aspice fumum qui egreditur ex foramine: si declinat ad nigredinem dimittas, adhùc super ignem, sed quandò videris ipsum declinare ad albedinem, auferab igne & extrahe scoriam in a vase, & pone super ipsam de bono vino quantitatem qua extinguatur dimitte refrigerari & tere & vtere. Bul. in serui.

Corallus sic aduritur. Accipe corallum & pone in ollam terrea, & pone in furno per noctem, si bene comburitur, benè est, sed si non, iterum ponatur donec comburatur. Et sunt quidam qui ponunt in crucibolo & exufflant & cõburitur sicut volunt. Bul. in ser.

Calcantum aduritur sicut atramentum. Bul.

Ceruſa sic aduritur, accipe testã nouam ex terra & pone super prunas & pulueriſa desuper ceruſam postquàm fuerit trita, & moueatur ſine intermiſſione, & quando fuerit conuerſa in colorem cineris, auferatur ab igne & infrigidetur & vtere. Aliter ſic. Pone in vaſe concauo poſtquàm teritur & moueatur donec fiat ſicut auripigmẽtum rubeum: deinde auferatur ab igne & adminiſtretur. Ser. li. ag. c. affidegi.

Conchilia ſic aduruntur. Teſtæ earum ponantur in olla munda, & pone in furno figuli vna nocte, deinde extrahe, ſi ſunt combuſtæ ſicut cinis albus, benè. Si autem non, pone iterum in furno panis vel eodem, & dimitte donec ſint albę calcinatę. Et ſunt qui ponunt cocleas ſuper prunas & exufflant & dimittunt donec fuerint albæ, & terunt & ponunt ſupra teſtam ferream ſuper carbones & exufflant donec ſint albæ ſecundum voluntatem eorum.

Cornua cerui & capræ ſic comburuntur. Accipe de cornu cerui aut capræ, & accipe ſicut eſt, & pone ſuper prunas & exaffla donec albeſcat. Qui vult comburere ſecundum aliam formam, frangat ipſum in fruſta & ponat eũ in olla, & faciat ſicut dictum eſt de conchiliis. Bul.

Cancri ſic debent aduri. Accipe cancros fluuiales viuos, quando ſol erit in ſigno arietis, tredecima die menſis lunaris, & pone in furno panis quouſque comburantur, & non conuertantur in cinerem, & quidam incendunt furnum cum lignis vitis & forma eſt eadem. Et qui ſunt proptificis & emop-

emoptoicis abſcindunt pedes eorum & dentes, & ſic comburunt. Bul. in ſer.

Cantarides debent cõburi ſicut comburuntur Irũdines. Bul in ſer.

Cortices ouorum comburuntur ſicut comburuntur conchilia. Bul. in ſer.

D Dragagantum

Dragagantum ſic debet aſſari. Frange eum in fruſta ad magnitudinem orobi. Deinde accipe patellam & calefac, & aufer ab igne & pone ſuper eam dragagantum & miſce bené ſine intermiſſione donec albeſcat. Et ſi non albeſcat prima vice, fac iterum vt prius donec ſic album.

E Es.

Es ſic aduritur ſecundum aliquos accipe clauos æris repertos in naui, & pone in olla fictili cruda cum ſulphure & ſale partibus equalibus, & fac vnum ſolarium primo ex ſale & ſulphure & poſtea ex clauis: poſtea adhuc aliud ſolarium ex ſulphure & ſale, & poſtea ex clauis, & ſic gradatim procedẽdo quouſque tota olla ſit plena, & poſtea cooperi vas cum cooperto rio terreo, & pone in fornace figuli & dimitte quouſque vas benè coquatur, & aufer & repone. Alij verò radunt ſuper ipſum alumen iameni deſuper loco ſulphuris. Alij comburunt cum ſulphure ſolo, ſed id fit nigrum. Alij verò liniunt clauos cum ſulphure & alumine diſſolutis in aceto, & adurũt in vaſe crudo. Et alij accipiunt clauos & ponunt in vaſe æreo, & proiiciunt deſuper acetum & comburunt, & poſtquam aduſtum eſt ſemel proiiciunt iterũ deſuper acetum, & ſic faciunt ter & reponunt. Alij verò ſic comburunt, æs accipiunt limaturam æris rubei, & ponut deſuper octauam partẽ ſui de ſulphure & ligant pecia, & liniunt vel lutant cum argilla, & ſinũt ſiccari, & poſtea ſepeliunt in igne facto ex ſtercoribus animalium duobus diebus, quia exit aduſtum. Et melius æs vſtum omnibus, eſt id quod apportatur de Babilonia, & poſtea id quod venit de cypro, quod declinat ad nigredinẽ & ruborem. Bul. in ſer.

Fex vini & aceti. F

Modus comburendi fecem vini & aceti accipe fecem vini & munda & ſicca eam in teſteo vaſe ſuper ignem magnum & dimitte donec comburatur, & ſignum combuſtionis eius eſt quando mutabitur color eius in albedinem & pungit linguam cum inflammatione & ſimili modo comburitur ſex aceti. Bul. in ſer.

Gummi omnes Gallæ. G

Forma aſſandi gummas vt gummi arabicum, & generaliter omnes alias gummas eſt ſicut forma aſſandi dragagantum.

Forma aſſandi gallas. Frange vnam quanque gallam in quatuor vel in quinque partes & infunde eas in oleo oliuarum vna hora, deinde aſſa ſupra patellã ferream vel teſteam caletactam primo, & caue ne aduratur & deſtruatur virtus earum. Bul. in ſer.

Kathima Karabæ. K

a kathimia ſic aſſatur. Accipe eam & ere benè aut accipe de lauata trociſcata, vt in cap. de ablutionibus & pone ſuper teſtam nouam: & pone ſuper prunas & volue trociſcos cum aſſiduatione donec ſiccentur, & fiant rubi, & repone, &

a *Aſſatio Kathimiæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 84 sur 459

vtere. Bul. in ſerui. *a* Combuſtio tamen eius ſit in hunc modum. Accipe de tuthia lota & confice eam cum melle bono ita quod fiat ad modum paſtæ, & pone in olla terrea quæ habeat orificium ſtrictum, & cooperi cum cooperto-rio conuenienti orificio eius, & oppilaliniendo cum argila, & fac foramen in medio coopertorij, & pone in fornace calcis, & dimitte donec vratur, & quando erit aduſta, cuius ſignum eſt quod non egreditur à foramine fumus, aufer ab igne, & extingue eam calidam in rob. & ſicca & repone. Bul. in ſerui. *b* Karabe ſic aſſatur, frange ipſam in fracturis paruis & aſſa vna vice, vel duabus & ſerua. *c* Sed combuſtio eius ſit in hunc modum accipe ollam fictilem & pone karabe intus, & claude os eius cum luto, & pone in igne furni vna nocte, deinde extrahe & tere & vtere. Bul. in ſer.

a Combuſtio xathimiæ.

b Aſſatio Karabæ.

c Combuſtio Karabæ.

L Lithargirium

Lana Lepus.

Lithargirium ſic aduritur. Frange fruſtatim ad quantitatem nucis, & pone ſuper prunax exufflando cum folle fabrorum donec fiat ſicut ignis deinde extrahe ab igne & ſine infrigidari & abſterge ipſum à putredine. Alij verò quando extrahunt ipſum ab igne extinguunt in aceto vel in vino, & iterum ponunt in igne, & ſic faciunt tertiò, & etiam pluries extinguendo: & poſtea abſtergunt. Bulcraſis in ſeruitore.

Lana ſic aduritur, laua eam benè & pectina cum pectine, & pone in olla fictili, & cōbure leui igne, vel pone in furno panis, & non oportet vt aduratur, ſed ſolum aſſetur vt poſſit teri & repone & vtere. Et ſunt qui pectinant cum ſua ſordicie & poſt lauant & faciunt ſicut dictum eſt. Bulcraſis in ſeruitore.

Lepus ſic aduritur, accipe leporem & decolla & pone in olla noua cum ſuo corio & combure donec fiat cinis. Deinde tere cinerem iſtum & vtere. Bul. in ſer.

Myrabalani. M

Forma aſſandi myrobalanos citrinos kebulos, indos, belliricos, emblicos, oportet quòd imbibas myrobalanos in aqua, id eſt ſucco citoniorum aut granatorum acetoſorum, aut in ſucco vuæ acerbæ, aut citri: aut in aqua vbi decocti ſunt berberes aut lentes, aut vbi decoctum eſt lapacium acutum & maximè oxilapatiū, quod eſt acetoſa, deinde exicca eos benè & madefac in oleo roſ. vel in oleo de lentiſco, & eſt oleum de zaror, id eſt meſpilis vel de ſorbis, aut oleo maſticino, vel butyro, vel oleo oliuæ: deinde aſſa ſuper patelam vel teſtam calefactam primo, & caue ne aduratur & deſtruatur virtus eorum. Bulcraſis in ſeruitore.

Opium Oſſa. O

Opiū cùm adminiſtratur in colliriis debet aduri. Modus autem aduſtionis eius eſt talis, accipe laminā æream, & pone ſuper prunas donec benè calefiat, & aufer ab igne & pone ibi ſubitò de opio mundo, & quando videris eum liquefactum aufer ne deſiccetur, ne fiat frangibile, & refrigera & vtere. Bulcraſis in ſeruitore.

Oſſa comburuntur vt con chilia, & ſunt qui ponunt ſuper prunas & ſufflant donec dealbentur,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 85 sur 459

p Pſylium Pix liquida. Plumbum.

Modus aſſandi Pſylium, accipe patellam ferream aut terream, aut æneam, aut lebetem cum lato orificio & calefac eam benè, deinde aufer ab igne & ſtatim ſuperpone pſylium antequam infrigidetur, & commiſce ſemper donec videas aſſationem eius completam ad voluntatem tuam, & ſi non fuerit completa vna vice, reitera vt prius, & calefiat patella ſine pſylio: & caue ne pſylium comburatur. Debet tamen pſylium multum aſſari duplici de cauſa. Quarum prima dicta eſt in particula prima huius cap. de ſterminibus. Secunda cauſa eſt, vt eius humiditas ſuper flua conſumatur, cuius cauſa habet lampiſicare & lubricum facere. Pix liquida interdũ aduritur ad opera medicinæ & vtimur eius fumo. Modus autem adurandi picem liquidam & accipiendi fumum eius eſt iſte, accipe crucibolum ſeu lucernam ferream vel terream, & pone in eo lichinium, & parum picis liquidæ, & accende lichinium, deinde cooperi ſuper flammam luminis eius coopertorio terreo interius vitreato, & ſit forma eius ſimilis furnulo habens culmen, cuius ſummitas tendat in acutum & ſit ſtricta, & ſummitas eius habeat foramen ſicut athanor & dimitte ſic flammam ſub coopertorio, nam fumus eius adhærebit parietibus cooperculi & quãdo pix minuetur adde picem aliam & facias hoc tãdiu quòd colligatur ex fumo quantum volueris, & caue ne nimium calefiat coopertorium & fumus non adhereat fumo, ſed conuertatur ad inferiora: quia opus quod euentes cum flabello hora poſt horam, & per hunc modum accipitur fumus ex butyro. Bulcraſis in ſeruitore.

Plumbum ſic aduritur accipe laminas plumbeas & pone in olla fictili & proiice ſuper eas parum ſulphuris radendo ſuper eas, deinde accipe alias laminas plumbi & pone ſuper prunas, & iterum radde ſuper eas de ſulphure, & fac ita quouſque olla ſit plena, deinde accendæ ſub eis ignem, & quando videris plumbum inflammari: oportet quod commiſceas cum virga donec plumbum conuertatur in cinerem, ita quod nihil remaneat in ſubſtantia plumbi, quin ſit totum conuerſum in cinerem & quando erit ita aufer ab igne & dimitte infrigidari, & oportet quod ille qui hoc facit cooperiat faciem ſuam: nam odor multum nocet. Aliter ſic accipe limaturam plumbi & admiſce cum ea de ſulphure, & pone in olla ſuper ignem, & agita cum virga modo prædicto. Aliter ſic, accipe ceruſam de plumbo loco ſulphuris, & impone. Aliter ſic & eſt modus quo vtuntur hiſpani, accipe plumbum & pone in furno aurifabri & ſuffla cum fole donec inflammetur, & poſt rade ſuper eum ſulphur donec ſit combuſtum & collige & repone, vel ſuffla ſupra ipſum ſine aliquo ſulphure quouſque comburatur. Veruntamen ſic comburendo eſt labor magnus nec poteſt comburi, niſi in magno tempore, & cum difficultate. Et ſcias quòd quando erit bene

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 86 sur 459

aduſtum, conuertetur in colorem lithargij nec debet poſtea poni in opere, niſi prius abluatur ſecundum modum quem diximus Bul. in ſeruitore.

R Radices Ranuli Ranulæ.

a Modus adurendi ramulos.

a Modus adurendi ranulos & radices & folia & quæcunque ex eis egent combuſtione, vt communiter ſolet fieri de ſarmentis vitis, ligno ficus & lentiſci.i.zazur, ſiue ſorbæ aut meſpili: & terebinthi & radice canæ, & omnibus radicibus & corticibus vt ſunt cortices auellanarum, caſtanearum glandium & ſimilium quando volueris ex eis cinerem facere, accipe de eis quando ſunt de nouo amputatæ: & habent in ſe ſatis de humiditate & abſterge bene a terra & laua bene cum aqua donec nihil remaneat in eis ex terra vel alia putredine, deinde imple ex eis olam magnam quantũ oportet, & claude eam cum coopertorio perforato vt fumus eorum egrediatur deinde pone in furno panis à ſero vſque ad mane, & extrahe olam & videbis ſermenta & ramulos, & ſic de ſingulis facta ſicut carbones: tunc tere bene eos & pone in ola minori prima, & pone iterum in furno, & facias hoc ſæpe donec inuenias cinerem album bonum lenem tactu quàm ſerua neceſſitati. Bul. in ſer.

b Modus adurendi ſetam.

c Modus adurendi ſal commune.

Forma comburendi yricos, & ranulas eſt ſicut forma comburendi leporem.

S Sericum Sal commune
Sal nitrum. Sal alkaly.
Spuma maris Scorpiones
Squila. Semina.

d Modus adurendi ſal nitrum.

b Seta ſiue ſericum ſic aduritur, accipe de foliculis ſerici qui nondum pertranſierũt annum vnum, & aperi & extrahe vermes mortuos qui ſunt in eis & purga eos bene: & pone in fundo ole noue & pone ſuper os eius lapidem & pone ſub olla ignem, & fac ſicut factũ eſt de lana, quia eſt idem modus faciendi vtrobique.

c Sal commune ſic comburitur, accipe de ſale & tere & pone in vaſe terreo & luta labia vaſis cum coopertorio ſimul cum argila & ſepelias inter prunas & dimitte donec comburatur, & ſunt qui ponunt in paſta & ſepeliunt ſub prunis donec poſtea fuerit combuſta. Et ſunt qui abluunt in aqua & dimittunt de ſiccari, & poſtea ponunt in ola, & cooperiunt & accendunt ignem ſub ea & ponunt circa ilam prunas, quia ſal non ceſſat crepitare donec ſit cõbuſtum. Alij terunt ſal bene & ponunt in olla ſuper ignem & exufflant donec ſit combuſtum. Bul. in ſeruitore.

d Sal nitrum comburitur ſicut ſal commune, ſcilicet quòd ponatur in teſta ſuper prunas donec comburatur exufflando, & ſinon bene aduratur prima vice, iterum reponatur & exuffletur, donec aduratur quantum oportet. Bul. in ſeruitore.

Sal alkaly cõburitur ſic. Accipe ipſum & terre & combure ipſum ſicut aduritur plumbum. Bul. in ſeruitore.

Spuma maris ſic aduritur, pone eam in olla terrea & cooperi & luta cum argilla & pone in furno quouſque aduratur: deinde accipe & repone. Quidam ponunt ſuper prunas & comburunt exufflãdo. Bul. in ſeruitore.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 87 sur 459

a Forma adurendi ſcorpiones accipe decem ſcorpiones viuos & pone in olla noua & luta eam cum paſta aut cum terra & pone in furno & accende ignem in eo cum lignis vitis quouſque calefiat, & dimitte ibi ollam die ac nocte & extrahe. Et ſunt qui ponunt ollam in athanor panis, & dimittunt decem horis poſtea terunt ſcorpiones & ſeruant. Bul. in ſerui.

b Squilla ſic aduritur, accipe Squillam priuſquã incipiant germinari folia eius, & ſtipites & cauteriſa eam cum verũ ex ferro cadenti & vre bene in loco illo vbi ſtipes & folia oriuntur vel oriri debent, & fac id antequam germinet ſtipes. Nam quando ortus eſt ſtipes eius, non eſt amplius ingenium vrendi eam niſi quod incidatur totum id quod ortum eſt & cauterizetur & vratur bene locus vbi oriebatur, ita quòd amplius non germinet ibi aliquid. Bul. in ſeruitore.

c Aliter ſic, accipe ſquillas & elige eas ſecundum doctrinam quam diximus in prima particula huius cap. de laxatiuis. Et abſcinde ex inferiori parte foliorum eius id quòd deſiccatum eſt, & abſcinde radicem eius & purga eam bene totam, & inuolue eam in paſta facta ex farina hordei vel alterius aut in maſſa facta ex argilla rubea dulci aut nigra, & ſit inuolutio eius quo inuoluis eam groſſitudinis vnius digiti, & pone eam ſic inuolutam in furno aut in athano vbi ſint prunæ incenſæ: ibi dimitte tota vna nocte vel plus donec ſit aſſata paſta, & compleatur decoctio eius & color eius fiat rubeus. Deinde auſer ab igne & ſiue infrigidari, & auſer paſtam qua inuoluiſti eam: & conſidera ſi videtur tibi bene aſſata, ita ſcilicet vt ſit molis tractabilis. Si ergo ignis compleuit opus ſuum in ea bene ſed ſi non, coque iterum inuolutam paſta vel argilla quouſq; ſit equaliter per totũ aſſata. Nam niſi bene aſſetur remanet in ea acuitas mala quæ nocet ſtomacho & ventri valde & facit vomitum & nauſeam. Bul. in ſer.

Semina quæ communiter aduruntur ſunt iſta ſequentia.

Portulacæ	Naſturcij
Alteæ	Plantaginis
Lini	Myrti
Aniſi	Carui.

Hæc omnia ſemina adurũtur ſicut aduritur Pſilium.

Thus Tyrus.

d Ex thuris aduſtione accipitur fumus eius, & eo vtimur in medicina, & eius modus eſt talis accipe de thure bono & claro & accende cum lumine candelæ & pone in ola terrea vitreata quouſque comburatur, deinde cooperi olam ſubito vt colligatur fumus poſt cõbuſtionem eius, quia ſi non oppiles olam ſubito conuertetur in cinerem, & ſunt qui in hora combuſtionis cooperiunt olam coopertorio æris habente culmen ad colligendum fumum eius. Verum forma collectionis fumi eius eſt quod apprehendas fruſtum thuris cum toto ſuo cortice, cum forficibus & appone flammæ vt accendat & proiice in vaſe terreo paruo quod habeat coopertoriũ ex ære delicatè factum, & non oportet vt tu accendas granum ſecũdum antequam extingatur granum primum. Et oportet quod

a *Modus adurẽdi ſcorpiones.*

b *Aduſtio iſta ſquillæ appellatur à medicis caſtratio et nõ aduſtio.*

T

c *Hæc eſt proprie illa quam appellant medici aſſationem ſquillæ & de qua intelligunt.*

d *Modus adurendi Thus.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 88 sur 459

coopertorium sit taliter situarum super os vasis, quòd cognoscatur qualiter & quantum colligitur ex fumo ex cooperculo, & est quod tu interponas lapillum inter labiũ vasis & cooperculi tantæ grossitudinis vt per illam distantiam videre possis collectionem fumi, & rora super coopertoriũ cum spongia vel petia madefacta in aqua frigida: ne coopertorium nimis calefiat & iungatur vnus fumus cum alio, nam si hoc non fieret fumus propter calorem cooperculi conuerteretur ad inferiora & misceretur cum cinere olibani & non colligeretur tantum. Et hoc modo aduruntur mirrha & storax & gallia & omnes gummia quibus volumus fumum recipere. Bul in ser.

a Modus adurãdi tyros.

a Forma comburandi tyros vel alios serpentes, accipe serpentes, tyrias feminas qui sunt rubei coloris, & habent caput extensum & venare eas in hyeme in locis vbi sunt prope aquas & arbores, & pone in ola noua & luta os eius cum argila & pilo & mitte in furno nocte vna. Sed forma comburendi caput tyri est ista accipe de capitibus tyri statim post abscisionem eorum absque quòd saliantur, & pone in ola fictili vitreata & inuolue eam pasta & pone super ignem ex prunis, & non oportet quòd comburantur ita quòd fiant sicut carbones, sed remaneat in eis aliquid humiditatis, ita quòd possint teri solum & cibrari. Bulcra. in serui. Nec obest contra dicta quòd communiter practicantes sicut Auicen. cap. de lepra. Et Gordonius in cap. de tyriaca, & cæteri præeligunt tyros qui venantur in montibus & longe ab aquis, & volunt quòd debẽt venari in prĩcipio æstatis, quia ipsi hoc intelligunt quo ad elixationem quo ad adustionem verò debent eligi sicut dictum est ex intẽtione Bulcrasis in serui. quia per adustionem humiditas eorum superflua quam acquisiuerunt ab aquis & à tẽpore humido satis consumitur

b Modus adurãdi vitrum.

Vitrum Viride æris Vitriolum. V

b Vitrũ aduritur sic teratur & ponatur in crucibolo, & exuffletur fortiter donec aduratur & si non aduritur bene, iterum ponatur & exuffletur quantum oportet. Bul. in serui. Iustum tamen modum adurendi vltrum non approbat magnus Auenzoar, sed dicit quòd oportet ipsum vngi cum kitram .i. pice subtili deinde calefieri & igniri & ignitum extrahi cum tenaculis, & submergi in aquam frigidissimam: postea terg & iterum vngi, & igniri & in aquam extingui sic faciendo septies, sic enim dicit ipse proprie debet denominari vitrum combustum. Attende tamen quod quantumcunque vratur vitrum in crucibolo, tamen adhuc semper remanet fusibilè: nec per talem adustionem remouetur ab eo fusibilitas: & sic videtur quòd non sit combustum. Signum tamen combustionis eius est: quòd est inter digistos terribilis & frangibilis faciliter cum digitis, & potest in subtilissimum puluerem redigi quasi esset cinis, quod non contigit de vitro quòd non est combustum. Ad quod diligenter attendant Apothecarij. Viride æris sic comburitur. Accipe de ipso & pone in patella terrea super ignem, & misce quousque videas

colorē eius mutari, ita quòd vertatur ad colorem tuthiæ,& postea aufer ab igne & sine tepescere & collige & serua & vtere. Bulcrasis in seruitore.

Vitreolum aduritur sicut atramentum cuius est species. Bulcra. in seruitore.

Y Hyrundines
Aysopi humidum.

Forma adurandi Hirundines. Accipe de pullis hirundinum antequam nascatur in eis plumæ & pone super eas modicum salis, & ponantur in ola noua quæ cooperiatur & lutetur & ponatur supra prunas vel in furno panis donec comburatur,& serua & vtere. Bulcra.

Hyssopi humidum sic aduritur, pone super ignem in ola noua & dimitte ibi donec fiat sicut cinis & ingrossetur pinguedo eius: & sunt qui recipiunt fumum eius. Bul in seruitore.

De forma extrahendi medulas à seminibus siue de modo excorticandi semina & radices.

CAP. III.

AQuibusdam seminibus debēt extrahi medulæ priusquam ingrediantur compositionem, ita quod sola medulā eorum vtimur, vt sunt semen carthami, quatuor semina frigida maiora, scilicet, cucumeris, cucurbitæ, melonum, & citruli & sic de aliis, quamuis interdum cum cortice debeant simul poni in medicina, aut solo eorum cortice vtimur, aut saltem principaliter vt ex semine sumach principaliter cortice vtimur vt dictum est superius in li. i. c. de seminibus, similiter etiam sunt aliquæ radices: & aliquæ plantæ quæ debent excorticari, quia solo eorum cortice vtimur, de quibus supra. lib. i. cap. primo.

a Forma verò extrahendi medullas à seminibus est talis. Accipe de ipsis & purga à superfluitatibus,& si habeant aliquam humiditatem, oportet quod desiccetur in sole. Deinde pone in mortario,& frange leuiter corticas eius,& frica manibus quousque separetur cortex à corde. Deinde cribra paulatim cum cribro facto ad hoc, quia cor eius descendet, & cortex remanebit supra cribrum. Et sunt qui auferunt medullam eius cum manu sigillatim, & colligunt cor eius cum forficibus paruis vel cum vnguibus. Sed hoc opus est magni laboris, & non potest fieri ex eis nisi modicum & prior modus est melior. Bul. in seruitore. Aliqua tamen semina excipiuntur ab hac regula vt sunt semina captapuciæ sizami, amigdalæ, pineæ, de quibus seriatim dicendum est.

b Semen cathapucię sic solet excorticari. Quando accipitur ex arbore sua recens est difficilis separationis à cortice suo. Vnde qui vult ipsum excorticare sine labore oportet quod extendat in sole calido,& dimittat tota die & moueat hora post horam, quia quando sol calefacit grana, facit crepare corticem illum ab omni parte eius, & facit egredi grana eius. Colligat ergo grana quæ egressa sunt, & si remaneant aliqua grana quæ non sint separata à cor-

a *Medullæ quādo à seminibus extrahantur, extusione fiti in mortario*

b *Excorticatio seminis cathapuciæ et laureole.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 90 sur 459

tice, fricentur cum manibus vel cum panno aspero donec egrediãtur mũdata, & si aliqua inde non crepuerint ponantur iterum in sole donec crepent, & fiat vt prius.

Sed si eges excorticatione eorũ in breui tempore pone patellam super ignem donec sit prope calefactioni & auferas ab igne & pone grana in ea & misce, & sit calor patellæ aliquantulum fortior calore soli: scindentur enim sic cortices & egredientur grana, verum ad auferendum corticem eius: hoc secundo modo est labor magnus, & propter hoc multi extrahunt oleum eius absque hoc quod auferant corticem illum, & qui vult auferre corticem non habet ingenium aliud nisi mundando grana vnum post aliud aut conquassẽt ea leuiter sicut dictum est de excorticatione seminum in generali, verum hoc modo ipsa adherent similiter & conglobantur propter nimiam humiditatem eorũ, quare oportet, vt terantur leuiter & paulatim cum leuitate magna & ingenio, & secundum hanc formam oportet quod terantur grana laureolę & bacchę omnes, quia sunt prope figuram eorum. Bul. in seruitore.

a Excorticatio granorũ sizani. *a* Grana vero sizami sic debent excorticari. Accipe de ipsis & purga à terra si sit, & ab alij superfluitatibus, & pone in vase fictili cum aqua frigida, & dimitte per noctem, & in mane cola, & dimitte siccari parum ab humiditate aquæ & pone in pecia lini fortis, & liga os eius & percute sizamũ ab omni parte eius donec excorietur totum, & proiice in vase & proiice super ipsum aquam frigidam, & misce bene, & cum videbis corticem eius natare in superficie aquæ proiice aquam & fac ita donec nihil remaneat ex cortice deinde sicca & serua necessitati. Bul. in seruitore.

b Excorticatio amygdalarum pinearum & horũ similium. *b* Modus vero excorticandi amygdalas pineas, nuces, & cetera his similia talis est.

Omnia ista excoriantur in aqua calida, & hoc est notum omnibus & sunt qui ponunt in aquam frigidam per noctem, & in mane excoriantur, & sunt qui ponunt, in patella super ignem paruum quousque excorientur, & sunt qui sepeliunt quãdo recentes colliguntur in patella feruenti: quia tunc cadit cortex eorum superior. Bul. in seruitore.

c Radices quan. excorticẽtur. *c* Sed modus excorticandi radices talis est. Vnamquanque radicem per se conquasses cum maleo fereo paruo, quia tali modo citius & melius separabitur cortex à corde, quam alio modo. Bulcrasis in seruitore.

De modo extrahendi muscilagines à radicibus & seminibus & gummi.

CAP. IIII. & vlti.

AQuibusdam seminibus, & à quibus radicibus extrahũtur muscilagines, quarũ muscilaginum cõueniens est vsus in medicina, vt à radicibus, & seminibus maluæ & bismaluæ, & à seminibus psilij, cidoniorum fenugreci, lini, maluę, bismaluæ, & similium quorum omnium vnus est modus talis.

Accipe de ipsis quantum vis, & munda

munda à terra, & à qualibet re extranea, & pone in olla munda, & pone ſuper ipſum de aqua munda calida, lib. iij. ad vnamquamque libram ſeminis, vt ſupra ſ. ij vel ſimiliũ aut plus ſecundum quod tu volueris pinguem eſſe muſcilaginẽ, aut ſubtilem, & dimitte ſimiliter per noctem, mane vero calefacias parum ſuper ignem, & proiicias in marſupium factũ ex tela lini fortis & groſſa, & ſtringe os marſupij cum ligamento fortiter: ne aliquid ex pſilio vel aliis ſeminibus lubricet. Deinde eum ſuſpẽde ſuper orificium ollæ vitreatę & percute marſupiũ ab omni parte eius cum virga lignea vel ferrea ſubtili, & quod egredietur de muſcilagine trahe mulgendo ad inferiora cum virga, donec muſcilago deſcendat in ollam, & fac id donec nihil egrediatur à marſupio. Deinde diſſolue os eius & liga iterum magis inferius à loco in quo ligaſti prius, & percute iterũ cum virga quouſq; egrediatur tota muſcilago. Nam ſic ſemina egredientur ſicca totaliter, ex marſupio cũ hoc artificio. Et ſunt quidam qui ponunt ſuper ſemina aquam calidam & miſcent benè, & ponunt in panno vel cribro & premũt donec tota muſcilago egrediatur.

A quibuſdam etiam gummis vt à gummi dragagantos, & à gummi arabico, extrahuntur muſcilagines cuius modus extrahendi notatus eſt in ca. de ablutionibus. Et in hoc finit lib. i. de ſimplicibus & eorum preparationibus.

Inchoatur liber ſecundus de compoſitis ſiue antidotis.

DIximus in libro primo de ſimplicibus quib⁹ debet eſſe munitus apothecarius, & de eorũ preparationibus, cõſequenter in hoc ſecũdo libro ſecundũ prepoſitum ordinem ſupereſt antidota deſcribere vſualia numero tamẽ hic plura deſcribẽtur quam apothecario neceſſaria videãtur. Id autẽ maximè fecimus, quoniam in pleriſq; regionibus aliquæ confectiones diſpenſantur: quæ non alibi conficiuntur. Vt ergo hic noſter libellus nulli videatur diminutus conueniens atque idoneum cenſetur plura deſcribere quam ſit neceſſarium apothecario conficere.

Proponimus autẽ in hoc noſtro libello, omnia & ſingula antidota deſcribere quę à Ioanne filio Meſue, & à Nicolao in ſuis antidotariis deſcribuntur, cum quibuſdam aliis quorũdam antidotorũ vſualium deſcriptionibus, vt in diſcurſu libri facile viderit poterit, & diuidetur libellus iſte in particulas viginti quatuor.

Particula prima erit de quibuſdam generalibus notandis circa modũ confectionis antidotorũ, in reliquis particulis deſcribẽtur antidota. Quæ particulæ diuidẽtur ſecũdum numerum viginti trium literarum minoris alphabeti per quas incipiunt nomina antidotorum in noſtro libello deſcriptorũ.

Huius particulæ primæ erunt capitula xj.

Capitulum primum de diuerſis modis medicinarum compoſitarũ in generali penes quas ars conficiendi diuerſificatur.

Capitulum ſecundum de confectionibus ſolidis & electuariis tam laxatiuis quam non laxatiuis, & opiatis trociſcis, & ſuffuf, & looth, & conditis.

Capitulum tertium de ſyrupis.
Capitulum quartum de pilulis.
Capitulum quintum de emplaſtris & cerotis & vnguẽtis & aliis medicinis quę exterius applicãtur.
Capitulum ſextum de clyſteribus & fuppoſitoriis cõmunibus.
Capitulum ſeptimum de triturationibus medicinarum ſimplicium ex quibus prædicta componuntur.
Capitulum octauum de decoctionibus ſimplicium quæ ingrediuntur cõpoſitionem prædictorum.
Capitulum nonum de analogis medicinalibus quãdo perſe ponũtur pro quibus ſtant & ſupponũt.
Capitulum decimum de permutationibus medicinarum ſimplicium ingredientium compoſitionem prædictorũ vt ſcilicet ſi vna non habeatur quod aliam debemus accipere. Et capitulum iſtud ſolet alio nomine intitulari capitulum de quid pro quo.
Capitulum vltimum de ponderibus & menſuria quibus debent ponderari & menſurari ſimplicia quæ ingrediũtur compoſitionem antidotorum.

a Cõfectio & electuariũ quomodo differunt.

De diuerſis modis medicinarum compoſitarum in generali panes quas ars conficiendi diuerſificatur.

CAP. I.

MEdicinarum cõpoſitarũ aliæ ſunt quę dicuntur cõfectiones ſolidæ & aliæ electuaria, & aliæ opiate, aliæ appellantur vulgari nomine condita, aliæ vocantur looth, aliæ ſunt ſyrupi, aliæ trociſci, aliæ ſuffuf, aliæ pilulæ, aliæ emplaſtra, aliæ vnguenta, aliæ colaturæ, aliæ clyſteria, aliæ ſuppoſitoria, quæ omnes quomodo & qualiter conficiuntur tenetur ſcire apothecarius cõfectionarius. De quibus ſigillatim per ordinem dicamus.

De confectionibus ſolidis & electuariis, tam laxatiuis quam non laxatiuis & opiatis trociſcis, ſuffuf, looth, & conditis.

CAP. II.

COnfectio & electuariũ ſic inter ſe differũt. Primo quod cõfectio eſt in plus quam electuariũ. Eſt enim nomen cõmune ad electuaria quæ ad formam ſolidiorem reducuntur. Vnde confectio propriè idem eſt quod compoſitio. Secundo quia electuarium poteſt fieri cum melle & cum zuccara: vel cum vtróque ſicut ſæpe fit. Confectio verò cum ſola zuccara. *a* Tertio quia confectio in ſolidiorem ſubſtantiam reducitur per vlteriorem decoctionẽ quam electuarium, licet enim dyacitonitem & ſimilia electuaria, quæ cum melle conficiuntur, ad ſolidiſſimam formam reducantur per decoctionem vt diutius conſeruentur cum ſemper conſiſtunt cum mollitiæ quadam viſcoſa: quòd in natura cõfectionis zuccarę non conuenit. Quarto quia ad conſtructionem electuarij ſpeciesque in compoſitione ipſius ingrediũtur duplicantur in pondere, in cõfectione verò minuuntur, vt delectatio confectionis ſit maior & diſplicentia minor. Hæc omnia notauit de verbo ad verbũ. Chri-

ſtoforus, Georgius de honeſtis ſuper antidotario Meſue. *a* Iuxta prædicta notandum primo quod mel quod ponitur in confectione ſolida aut in electuario debet eſſe conditionatum duabus conditionibus. Prima eſt quod non debet parũ decoqui, ne remaneat aquoſum. Secunda eſt quod non debet eſſe nimis coctum ſcilicet vſque ad duritiem, ſed mediocriter: & alij addunt tertiam conditionem, ſcilicet quod ſit bene diſpumatum. Signum autem decoctionis bonæ eſt quando mel digitis adheret & quando poſitum ſupra lapidem frigeſſit & incipit inſpiſſari. Aduerte tamen quod tam electuaria quam confectiones quæ fiunt in hyeme debent plus decoqui quam illæ quæ fiunt in æſtate. Hæc omnia notauit Sal. ad literam in ſuo compendio ad aromatarios. *b* Notãdum ſecundo quod propter hoc quòd cõmuniter ponítur in receptis confectionum & & electuariorum mellis quod ſufficit & zuccarum quod ſufficit quodantiquitus in confectionibus ſolidis, aut electuariis, ponebantur in qualibet lib. melis aut zuccatę ʒ. 1 1 1. aromatum aut puluerum: licet minor quantitas aromatum ſemper requiratur in confectione quam in electuariis.

Sed hodiernis temporibus ſolũ. ʒ. ij. aromatũ ponuntur in electuariis, & minus in cõfectionib⁹.

Chriſtophorus Georgius vbi ſupra, & hoc fit propter duas cauſas quas reddit Saladinus vbi ſupra. Prima vt ſit guſtui delectabilior. Secunda ne ſua horribilitate inducat patientem ad nauſeam. Inueniuntur tamen aliquæ confectiones in quibus ponũtur. ʒ. iij. aromatum in lib. zuccarę vt in diaſatirione, & in electuario degemmis, & etiam in hyeme ſemper plus debet poni de ſpeciebus & minus de zuccara, quam in æſtate. Sala. ibidem.

a *Melliscõfectionem ſolidam ingrediẽtis cõditiones.*

c Notãdum tertio vt videatur debitus modus conficiendi electuaria ſolida, aut confectiones in ſolida ſubſtantia, ſiue ſint laxatiua ſiue non quod pulueres eorũ debent compleri & bene teri præterquàm illæ quæ excipiuntur de quibus infra cap. de triturationibus & debent teri & miſceri cum melle diſpumato, aut cum zuccara modicum cocta. Et ſimiliter conſeruæ, ſi ibi intrent, & ſi ibi ſint gummæ quæ non poſſint pulueriſari cum piſtello calido in mortario, malaxentur & incorporentur vel diſſoluantur, vt decet, & in mortario fortiter malaxando ſimul cum aliis incorporent, & ſi ibi intrent ſucci deſiccari debent pulueriſari aut diſſolui: & ad vltimum poni ſicut ſunt camphora, opiũ & ſimilia. Si verò fructus intrent, debent teri & incorporari cum conſeruis melle vel zuccara. Si vero oporteat facere decoctionem vel infuſionem aliquorum debent tales infuſiones vel decoctiones iterum decoqui & conſumi cum zuccaro aut cum melle: quia per tales decoctiones ſecundas virtus medicinarum tranſit in mel aut zuccaram & cum illis conſeruatur: vt notauit gentilis ſuper prima quarti cap. de cura febrium putridarum in generali, vbi loquẽs de ſyrupo violato in ſolutione cuiuſdam argumenti dicit quòd

b *Mellis aut zuccari ſufficit exponitur.*

c *Modus cõficiendi cõfectiones.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 94 sur 459

cùm fit ſyrupus violatus de violis recentibus, licet decoctio conſumat de humiditate violarum lenitiua, nihilominus reſeruatur tanta quæ ſufficit ad lenificationem. Et ſubdens ait quòd in tali decoctione fit tranſſumptio & digeſtio humiditatis lubricatiuę in zuccaram & in aquam, & quod cum illis cõſeruatur. Si radices ibi intrent, oportet quòd decoquantur & eorum decoctiones incorporẽtur vt dictum eſt. Et ſimiliter dicendum eſt de ſuccis viridibus, & ſimiliter dicendum eſt de opiatis. Etenim medicina opiata verè dicitur electuarium in quo ingreditur opiũ vel mandragora vel cõſimilis medicina, virtute cuius tollitur ſenſus à membro, & ſpiritus ingroſſantur, & ipſorum tranſitus ad mẽbra prohibetur & ſimiliter etiã de looth cenſendũ eſt. *a* Eſt enim looth electuarium molle quod labendo tranſglutitur. *b* Troſciſcus verò idem eſt quod confectio rotunda, ſeu confectio facta ad ſimilitudinem lupinaremṇ. Conficiuntur autem trociſci ex diuerſis pulueribus cum aliquo bono liquore vel cum fructibus, aut ſiccis, aut aquis, aut gummis, diſſolutis & malaxatis aut cũ muſcilaginibus, & debent ſiccari in vmbra, vt poſſint pulueriſari cùm opus fuerit. Sic enim diu conſeruantur. *c* Sed ſuffuf idem eſt quod puluis ſubtiliſſimus redactus ad ſimilitudinẽ athomorum quæ in radiis ſolaribus apparẽt & maximè in aromaticis & ſic in forma pulueris præparatur. *d* Puluis tamen ſimpliciter prolatus differt à ſuffuf, vel quia nõ ſic aſſumitur vt ſuffuf: vel quia puluis eſt ſimplex non permixtus ex pluribus rebus. *e* Condita verò ſeu conſeruæ ſunt illa quæ cũ melle & zuccara cõficiuntur cum leui decoctione ad ignem vel poſitione ad ſolẽ, vt humiditas ſuperflua rei conſeruãdæ aliqualiter exiccetur. Hoc enim modo melius conſeruantur. Chriſtoforus Georgius vbi ſupra Vult tamen gentilis expreſsè prima quarti ca. de cura febrium putridarum in generali, & ſuper v. can. Auicen. quòd condita quæ fiũt ex floribus ſicut quod de roſis, de violis, de floribus boraginis, & bugloſſæ, & ſimilium debẽt cõfici per exiccationem ad ſolem & nõ per decoctionem ad ignem. Et in hoc inuehit contra malos aromatarios ad quòd attendãt apothecarij. Et in ʒ. ij. florum viridiũ debẽt poni. ʒ. vj. zuccaræ vel mellis, & debent tales flores teri & incorporari cum melle vel cum ſuccara, & poſtea in vaſe vitreo poni ad ſolẽ per triginta dies. Et ſimili modo fiunt cõſeruæ de herbis, ſed conſeruæ de radicibus vel de fructibus ſic fiunt. Debent lauari radices, poſtea bulliant, & cum melle vel ſuccara clarificata mittãtur, & pulueres alij ſiqui ibi ſint ponãtur in fine: ſed poſtquã tota aqua eſt conſumpta.

a *Looth quid ſit.*

b *Trociſcus quid ſit.*

c *Suffuf quid ſit.*

d *puluis quid ſit.*

e *Cõdita ſiue conſeruæ quid ſint.*

f *Iulep à ſyrupis quomodo differat.*

De ſyrupis, & iulep & vinis in botheca conſeruandis.

CAP. III. F.

IVlep differt à ſyrupis cõpoſitis. Primo quia ſyrupus lõgius coquitur quã iulep. Iulep enim per decoctionem nõ ſic ad tenacitatem reducitur ſicut ſyrupus. Secundo quia iulep abſq; permixtione alicuius decoctionis componitur, &

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 95 sur 459

non sic syrupus vt exemplo patet de iulep rosato vel violato. Syrupus tamen acetosus locum mediũ tenet inter syrupum verum & verum & verũ iulep. *a* Rob verò est succus herbarum vel fructuum inspissatus ad ignem vel solem quãdoque permixtus cum zuccaro,& vt plurimũ sine ipso. Largè tamen omnis succus potest dici robub. Sed propriè succus fructuũ à medicis dicitur robub. Rob absolutè prolatum, idem est quod sapa. Vinum verò à medicis loquendo de vinis qui conseruãtur in bothecis apothecariorum, sicut est vinum malorum granatorũ: propriè est succus non inspissatus fructuum vel florum qui conseruatur tempore necessitatis. *b* Circa modum cõfectionis istorum debet aliqua notare apothecarius. Primo debet notare clarificationem ipsorum. Secũdo debet notare modum colandi ipsos & diuersas colatoriorum formas. Et tertio debet notare decoctionem aliquorum eorũ, vt syruporum, iulep, rob, & similium. Et quarto debet notare modum repositionis aliquorum eorum, vt vinorum. Et quinto debet notare tempus proprium ad prædictas potiones conficiendas. *c* De primo notandum de intentione Nicolai in antidotario suo cap. de syrupo rosato. Quando syrupum rosatum clarificare volumus & generaliter etiam omnem alium syrupum vel iulep, accipimus albumen oui,& cum aqua frigida tantum concutimus quod spumescit & illam spumam conspergẽdo in syrupo bulliẽte proiicimus. Et cũ illa spuma quasi nigrescere inceperit suauiter cùm cassia remoueatur & iterũ aliam infunde, & fac hoc quousque clarus sit. Et pariformiter etiã debet fieri de omni quod debet clarificari supra ignẽ vt de rob. *d* De secundo: scilicet de diuersis modis colatoriorũ, per quæ decoctiones & potiones debent colari, & quomodo per quod innuitur etiam alius modus clarificandi ipsorũ. Notandũ quòd istorum colatoriorum tres debẽt esse formę diuersæ. Primum colatoriũ debet esse minus quàm secundum & panus ex quo fit, debet esse rarior. Et secundũ colatorium debet esse maius primo,& pãnus ex quo fit debet esse spissior. Et tertiũ colatorium debet adhuc esse maius secundo, & adhuc ex panno spissiori. Bulcrasis in seruitore.

a *Rob quid sit.*

b *Circa modum confectionisquẽque notet apothecarius.*

Apothecarij tamen nostri hodie contentantur vno colatorio cum vno enim colatorio sufficiẽter colantur syrupi pro clarificatione si in decoctione eorũ clarificentur cum albumine ouorũ vt dictũ est sicut cõmuniter fit. Sed de modo clarificandi & colandi syrupos per ista tria colatoria si quis vellet ita clarificare & colare. Notat Bul. ibidem quòd qui vult clarificare aliquem syrupũ, oportet quòd post eius perfectã decoctionẽ coletur in cribello facto de setis. Deinde suspende colatoria omnia vnũ intra aliud scilicet paruum intra medium & mediũ intra maius, deinde ponãtur in paruo folia citrorũ vel palmarũ cõtusa benè pulueriſata, aut de setis equi benè ablutis, & impleat ex eis quasi medietatẽ colatoriorũ & sint colatoria distãtia ab inuicem quãtitate trium digitorum, & suspende colatoria in pariete, & suspone eis vas ad reci-

c *Clarificatio syruporum.*

d *Diuersa colatoria syruporũ & modus colandi.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 96 sur 459

piendum quod colabit. Deinde infunde intra colatorium primum quòd eſt ſuperius potionem coctam, vel id quod volueris colare: & dimitte ſic colare per ſe ſine aliquo contractu manus quia deſcendet de colatorio primo in ſecundum, & de ſecundo in tertium & ſi opiletur aliquid ex colatoriis à groſſitie decoctionis, ita quòd non deſcendat ex aqua aliquid: oportet quòd effundas quod eſt in eo & abluas ipſum à groſſitie illa, & poſtea remitte decoctionem in eo & dimitte donec clarificetur, & fac ita donec deſcendat tota decoctio & proiice ſubſtantiam eius & vtere decoctione clarificata. De tertio ſcilicet de decoctione ipſorum attendatur in primis differẽtia ſuprapoſita in principio capituli inter ſyrupum & iulep, ſ. quòd ſyrupus longius debet decoqui quàm iulepa. *a* Perfectam aũt decoctionem ſyruporum docet Nicolaus cognoſcere in antidotario cap. de ſyrupo roſ. tribus ſignis. Primum ſignum eſt quando gutta ſyrupi adhæret caſſiæ ſeu vaſi. Secundum ſignum eſt quando facit quaſi filum ſi cum digito tetigeris. Et tertium ſignum eſt quod gutta poſita ſupra marmor vel vnguem non diffunditur. *b* De quarto ſcilicet, de modo repoſitionis aliquorum vinorum ſiue ſuccorũ non inſpiſſatorum: attẽdatur modus conſeruationis ipſorum poſitus à Meſue in antidotario diſtinctione, v. cap. infuſionis roſarum & violarum vbi loquens de cõſeruatione ipſius dicit ſic. Si conſeruare volueris ponatur in vitro ſtricti orificij, & diſtiletur oleum in orificio eius & ſtringatur caput ipſius & exponatur ſoli diebus: xl Hoc enim modo omnes infuſiones & ſucci conſeruantur aut conſeruari poſſunt. *c* De quinto ſcilicet de tempore quo debent fieri ſyrupi & aliæ potiones hic ſupra nominatæ. Tenendum eſt quô debent fieri tempore quod plantæ ex quibus fiunt ſunt in virtute & efficacia: de quibus ſupra notatũ eſt in libro primo de tempore collectionis plantarum.

a De cognoſcenda perfecta decoctionem ſyruporum.

b De modo repoſitionis ſuccorũ & vinorum.

c De tẽpore quo debent fieri ſyrupi & alia potiones.

d Circa pilulas tria notanda.

De pilulis. CAP. IIII.

PIlulæ debent fieri ex melle de ſpumato vel cum aliquo ſyrupo, vel cũ aliquo alio liquore glutinoſo, & pulueres qui ibi intrant debent eſſe groſſiores quàm qui intrant in aliis confectionibus exceptis pulueribus lapidum, ſi ibi intrent, lapides enim debent ſubtiliſſimè pulueriſari. Si autem gummæ intrent quæ non poſſint pulueriſari, debent malaxari cum piſtello calido, aut debent diſſolui in aliquo liquore, & incorporari cum melle & pulueribus. Similiter etiam ſi ſucci intrent, debent diſſolui & incorporari ſicut gummæ. Si ſucci virides intrent debent poni cum melle diſpumato & decoqui vſque ad conſumptionem, & ſimiliter muſcilagines: ſed debent eſſe in parua quantitate. *d* Circa pilulas aliqua debet notare apothecarius. Primo debet notare modum repoſitionis pilularum. Secundo debet notare modũ propinandi pilulas. Et tertio debet notare in quoto nume-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 97 sur 459

ro debeat exhibere. *a* De primis: ſcilicet, de modo repoſitionis pilularum attendatur cõmunis modus & vbique generalis, ſcilicet, quòd ſeruantur in aluta. Aluta enim de ſe non eſt poroſa: ideo virtus ſpecierum quæ intrant pilulas non ſic de facili reſoluitur, eſt etiam tenuis vnde caliditas aeris melius exiccat maſſam in aluta contentam: quare non ſic diſponuntur putrefactioni & corruptioni.

b De ſecundo, ſcilicet, de modo propinandi pilulas aliqua apothecarius debet attendere quantum eſt ex officio ſuo in propinatione non ſolùm pilularum, verum etiam omnium laxatiuorum. Attendatur ergo primo regula data ab Auicenna iiij. primi in cap. de his quæ perquirenda ſunt in aliis locis. Auicen. cap. de diſpoſitionibus medicinarum ventrem ſoluentium: vbi ſic dicit. Pilulæ præterea ad bibendum. i. ad tranſglutiendum dandæ non ſunt, poſtquam deſiccatæ ſunt & factæ fuerint vt lapides, neque etiam cùm ſunt molles, ne penetrent & retineantur, ſed ſint ſicut quando inceperint ſiccari, & à digitis cedant, ſi comprimantur. *c* Secundo attendendum eſt quòd nunquam pilulæ aut etiam quæcunque alia medicina in qua intrant diuerſæ medicinæ laxatiuæ debent propinari quouſque ſint bene fermentatæ. Vnde Auicenna cap. de diſpoſitionibus medicinarum ventrem ſoluentium. Duæ præterea medicinæ quandoque coniunguntur, quarum vna ſuum humorem cito expelit & altera tardè: vna ergò ſuam operationem efficiet, poſtquàm iam alteram etiam in ſuo humore compreſſit, & operabitur in ipſam, & eius debilitabit virtutem. Cùmque ſecunda poſt operari ceperit, erit debilis virtutis mouens & non perficiens quare erit aliquid admiſcendum quod ipſam facilem reddat & feſtinare faciat: ſicut zinziber turbith quoniam ipſum ſuperfieri non permittit. Et ſimiliter fiat ſi eas benè ſciueris admiſcere, ſcilicet contritione ſimul in mortario, & temporis diuturnitate. Temporis enim diuturnitate ſpecierum virtutes commiſcentur, & conſurgit ex his vna virtus ſine forma mixti debitè fermentata. Et capitulo de regulis communibus vomitui, & ſolutioni ventris ſic dicit. Præterea ventris ſolutionem facientium deterior eſt qui ex medicinis eſt compoſita multæ diuerſitatis in tempore in quo ſoluendus eſt venter, & cæt. Non ergò tunc ſunt propinandæ, ſed debet expectari vſque ad earum debitam fermentationem.

d Attendendum tertio quòd apothecarius accedens ad infirmum cauſa propinandi pilulas, aut alias quaſcunque medicinas ſolutiuas, ſi medicinæ tales fuerint ſeceſſiuæ, debet illas propinare facie læta, ne horrorem inferant ægroto, & ne de medicina feceſſiua fiat vomica, & vomicas debet propinare cum horrore. Fit enim ſæpiùs de medicina feceſſiua vomica propter horrorem quam habet patiens de medicina quam ſumpturus eſt, vt Auicenna iiij. primi cap. de regulis communibus vomitui & ſolutio-

a *Repoſitio pilularũ.*

b *Modus propinandi pilulas & oẽs medicinas laxatiuas.*

c *Medicinæ non ſunt exhibẽdæ ante fermentationem.*

d *Modus exhibẽdi medicinas laxatiuas.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 98 sur 459

ni ventris. Et meſue lib. de conſolatione medicinarũ cap. de electione medicinarum quæ ſit per comprehenſionẽ iudiciorum ipſarum ſecũdum poſſe ipſatum. Et propter hoc Auicenna, fen. iiij. primi cap. de purgatione in purgatione ventris & regulis eius, docens cõuenientem modum propinandi pilulas & alias quaſcunque medicinas ſolutiuas dicit ꝙ ſi quis ex odore medicinæ terretur cùm medicinam bibit nares cõſtringat.

a Modus accipiẽdi medicinas ſolutiuas.

a Et qui medicinã abhorret debet maſticare parum ex tarcon. id eſt piretro, ideò vt ſui oris vel odoris virtus ſtupida fiat. Et ſi vomere timuerit extremitates conſtringat. Et cùm ipſam biberit deſuper rem ſtipticam bibat, vel comedat, aut ſaltem ſuccũ trãſglutiat, aut mordeat in pomo, vel in piro, & ſuccũ traiiciat ſubſtantiam eius groſſam expuendo, vel tale quid faciat aut propinet odores ſedantes nauſeã: ſicut eſt odor mentæ, rutæ, apij: citoniorum aqua roſarũ cum pauco aceto. Et docens modum accipiẽdi pilulas ſic dicit.

b Modus accipiendi pilulas.

b Medici præterea pilulas quas ei daturi ſunt quandoque in melle volunt, & quandoque ſuper eas proiiciunt mel coctum aut zuccarum coctum, aut ſupple ſyrupum donec ei faciant tunicam. Et iterum ſubdens ait. Ex eo quoque quod eſt vtile ingenium eſt vt ſuper eas ponatur ceracum pauco oleo mollificata. Et ex eo quod eſt magis conueniens ingenium eſt vt os aqua aut alia re impleatur, deinde pilulæ ſicut ſunt bibantur ſuper ipſam, aut quæ aliquo horum ingeniorum aptatæ fuerint. Attẽde vltra quòd medicinas vomicas nunquam debet propinare apothecarius ægroto famelico, ne efficiantur ſeceſſiue, vt Auicen. & meſue locis ſupra allegatis.

c Infirmus quid agere debeat aſſũpta medicina.

c Attendendũ quarto quòd ſumpta medicina debet præcipere Apothecarius ægroto vt quieſcat per tempus, & ſi medicina fuerit ex fortibus & violentis, debet ſibi præcipere vt dormiat: & ſi fuerit ex debilibus melius eſt vt non dormiat: quoniam ſic natura digeret medicinam. Quieſcat ergo patiens hoc modo, donec anima eius ſedetur. Et ſi pedes patiẽtis ſint frigidi, præcipiat Apothecarius vt caleſiant. Cunque anima patientis fuerit ſedata, præcipiat ſibi vt ambulet & moueatur: quoniã motus tunc eſt iuuatiuus, & bene præcipiat ei ne dormiat quandiu medicina operatur: niſi fuerit voluntas reſtringendi, & tunc, iniungat ſomnum patienti vt Auicenna à loco ſupradicto de ſermone purgationis vẽtris & regulis eius. Et præcipiat etiam ſibi ne ad minus per quinque horas aliquid commedat aut bibat, niſi vbi ſtomachus eſſet colericus, & timeretur ne deſcẽdat cito cholera ad ipſum aut vbi patiens eſſet famelicus & inanitus a lõgo tempore, & timeretur de virtute ne ſuccumbat. In his enim caſibus vult Auicenna, quod antequam medicina operetur, quod debet dari parũ panis in pauco vino infuſi: quoniam hoc eſt ex eo forſitam quod medicinã adiuuat. Hoc tamen non debet conſulere apothecarius ex ſe, ſed hoc ad medicũ ſpectat.

d De propinatione pilularũ ante cibum.

d Nec obeſt cõtrarius vſus in hac ciuitate Turon. apud vulgum qui ex intentione vt fertur clariſſi-

clariſſimi doctoris magiſtri Pantaleonis de verſiculis habetur de propinatione pilularum ſtomaticarum in introitu menſæ quas appellãt pilulas ante cibum. Modus enim ille licet videatur aliqualiter conformis rationi, & de intentione Aui. ca. de reguliscommunibus vomitui & ſolutioni ventris, cuius hæc ſunt verba ad literam. Et ſcito quod facere naturæ conſuetudinem lenitatis & obedientię ei quod vis ex ſolutione ventris & vomitu facili antequam medicina detur aut vomitus, eſt ex regiminibus aperientibus vias, & inuantibus ſupple naturam ad digerendum humores. Quòd ſentire viſus eſt ille vir probus Bartholomeus de montagnana in ſuis conſiliis particularibus conſilio xxvij. inde nutritiuis, in cap. de regimine per medicinas: vbi in quarto regimine poſtquàm ſcripſit quoddam electuarium lenitiuum: ſic inquit, de hoc electuario patiens vtatur omni die parum ante cœnam. Et ſubdens ait: & detur ad leniẽdum ventrem ad hoc vt di geſtiuum. id eſt ſyrupus digeſtiuus quẽ præordinauit conuenientius operetur. Et expreſſius hoc ſenſit Auic. cap. de aloe, vbi ita ſcribit ad literam. Et quando aſſumunt de eo in mane & in ſero pilulæ permixtæ cum rectificantibus ipſum ſoluunt vétrem, & non corrumpunt cibum. Caueant tamen apothecarij ne iſtum modum propinandi pilulas teneant & propinent, hæc enim ſententia videtur probleumatica: nec adhuc ad plenum vſque in hodiernum diem deciſa eſt. Ea autem quæ palam ſunt & in quibus omnes conueniunt tene, quæ verò in dubio ſunt: & in quibus diſſentiunt omitte, vt Iohannes Damaſcenus in apho. Et modus alius propinandi ipſas, & etiam quamcunque medicinam ſolutiuam: ſcilicet longe à cibo declaratum eſt, & ſecutior & magis conſuetus, & non credo quod ſi exibeantur in doſi ſufficienti quod non ſit error magnus illas cum cibo exhibere, faciunt enim agitationem in ſtomacho & perturbationem magnam. Inquit enim Meſue. lib. de conſolatione medicinarum, cap. ij. de electione medicinarum quæ fit per comprehenſionem iudiciorum eorum ſecundum poſſe ipſarum. Attractio humorum per medicinam non eſt niſi ex venis & occultis ductibus corporis donec huiuſmodi humor euacuandus ad ſtomachum & inteſtina repat: ſtomachi verò & inteſtinorum natura grauata mouetur vt eos extrapellat. Idem Auicenna ca. ſæpius allegato de regulis communibus vomitui & ſolutioni ventris. Iſta itaque attractio humorum præter naturam eſt cauſa debilitatis omnium virtutum ſtomachi preterquàm expulſiuæ, & ſic eſt cauſa corruptionis aut indigeſtionis ciborum in ſtomacho, & ſic maioris aggrauationis naturæ, quare fortiter mouetur, & contra cibum & contra humores. Etiam medicina aut vapor eius alterat cibum, non ſolum alteratione ſpirituali, ſed reali permutando ipſum à propria natura, quare poſtea inducit naturæ violentiam: vnde natura conatur ipſum non digeſtum expellere tanquam nociuum. Non ergo ille modus eſſet regularis ſi darentur pilulæ in doſi ſufficienti,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 100 sur 459

& acciperetur quantitas cibi talis, qualem ſolent communiter accipere homines in prandio aut in cœna: hoc excepto poſſent accipi medicinæ in doſi debita, quod expreſſe ſenſit. Auicen. in locis præallegatis, ſcilicet in ca. de regulis cõmunibus vomitui & ſolutioni vẽtris vbi ad principium ca. ſic inquit. Oportet vt illius cibus cuius ſoluendus eſt venter partiatur, vt quod ei in die ſufficiebat multis commędat vicibus. Et in ca. de ſermone purgationis ventris, & regulis eius ita ſcribit. Qui medicinam bibere voluerit calidæ exiſtens complexionis & debilis ſtomachi, erit ei melius vt eam bibat poſtquàm prius biberit aliquid quod ſit ſicut aqua hordei, aut ſuccus granati, aut vt vniuerſaliter dicam cum ſtomachus receperit nutriens ſubtile & leue: ſed qui ita nõ fuerit, erit ei melius vt eam ieiunus bibat. Ab hac ergo propinatione pilularum immediatè ante vel poſt cibum caueat apothecarius, niſi ſit de præcepto expreſſo periti medici, qui ex cauſa ſic propinet tales medicinas, ſicut refert ille. Hugo ſenẽſis ſuper iiij. primi Auicen. cuius hæc ſunt verba. Ergo autem puto quod non ſit ita regulare dare medicinas ſolutiuas cum cibo, & ideo non doniſi ex cauſa. Hæc autem omnia maximè veritatem habent de medicinis laxatiuis per ſeceſſum: quia de medicinis vomicis ſecus eſt. Debent enim tales propinari ſupra cibum, etiam ſtomacho repleto cibis & potibus diuerſis. Ex hac enim diſpoſitione accidit ſtomacho, vt expellere deſideret quod in eo eſt ſuperius: vt Aui. loco ſupradicto de regulis communibus vomitui & ſolutioni ventris.

Error communis Apothecariorum.

a Attendendum vltimo propter communem errorem Apothecariorum noſtrorum: quod non ſemper eſt conueniens poſt vſum pilularum aut alterius cuiuſcumque medicinæ ſolutiuæ accipere lauatiuum vt communiter præcipiunt apothecarij noſtri patientibus quod per horas duas vel tres etiã antequam medicina inceperit operari, præcipiunt enim accipere de brõdio pulli, aut de pureta piſorum, aut de aqua hordei cum zuccara, & malæ, quia ſic impediunt operationem medicinæ propter aquoſitatem illam multam per quam diffunditur medicina. Virtus enim diffuſa remiſſior eſt, aggregata verò fit pluris. vt Meſ. ca. de electione medicinarum que fit per compreſſionem iudiciorũ earum ſimilem eſſe proprium. Secũdo quia remittitur calor naturalis propter aduentum huiuſmodi abſterſiui: quare non ita bene deducitur medicina de potẽtia & actũ. Et tertio quia per eius abſterſionẽ remouetur medicina à loco ſuo vnde non ſic deducitur per calorem noſtrum de potentia ſua ad actum. Verum eſt tamen quòd interdum contingit quòd poſt ſumptionem & operationem debitam medicinæ violentæ remanet odor medicinæ, qui ſemper eſt cauſa ſolutionis maioris quandiu remanet in tali caſu, vbi ſuperfluere operatio præcipit. Auicen. vt detur aqua hordei quæ lauat ſtomachum & abſtergit ſed hoc facere non ſpectat ad apothecarium abſque conſilio medici. Et iſte eſt modus conueniens propinandi pilulas & etiã

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 101 sur 459

quancunque medicinam ſolutiuã quantum eſt ex officio ſuo.

a De tertio, ſcilicet in quo to numero debeant exhiberi pilulæ, dic quòd non eſt vis, niſi propter imaginationem dummodo ſit pondus & doſis conueniens. Contingit enim interdum propter falſum habitum de miniſtrando pilulas in impari numero, quòd ita vulgi adheret fantaſia in numero impari quòd niſi propinentur aut non operabuntur, aut indebite operabũtur propter fortem imaginationem quæ cooperatur.

a Pilularum exhibendarum numerus.

De emplaſtris & cerotis, & vnguentis & aliis medicinis exterius applicandis.

CAP. V.

DIuerſi ſunt modi medicinarum que exterius applicãtur quarum cognitio ſatis per hos verſus haberi poteſt. Tunc embrocamus cum mẽbra liquore rigamus. Tunc cathaplaſma facis cum ſuccum panis & herbas. Dicitur epithima de ſuccis vnctio pura Membraque ſacellas ſacco pleno medicinis. Si puluis iacitur propriè ſinapiſma vocatur. Si fumum recipis eſt efumigatiõ dicta. Dicitur emplaſtrum quæuis confectio dura. Cum ſpongis madidis fit fomentatio ſola. Vnguentum faciũt oleum & cera cum ſpeciebus. Sũma caraxamus ſed infima ſcarificamus. Quia tamen in hoc noſtro libello tantum de quatuor intendimus receptas deſcribere: videlicet de vnguentis, cerotis emplaſtris, & oleis: ideo ſolum modum compoſitionis ipſorum dicamus.

b Attende ergo primo quòd tam vnguentum quam emplaſtrum appellantur cerota ſi in eis ponatur cera. Cum autem in cerotis ſcribitur ceræ quòd ſufficit pro duabus. ʒ. olei debet poni. ʒ. ſcilicet ceræ. Sed ſi dicatur ceræ parum tunc intelligas quòd debet eſſe vnguentum mole, ita quòd oleum debet ceram ſuperare, multa enim cera facit duritiem in vnguentis. Saladinus.

b Vnguentũ & emplaſtrũ dicuntur cerota.

c Attende ſecundo quòd ce rota quæ deſcribit Meſue debent incorporari cum infuſionibus, ſcilicet cum gummis liquefactis & diſſolutis aquis ſuccis muſcilaginibus & pulueribus quæ ibi intrant, & debet eſſe cofectio media in duritie & in mollitie inter emplaſtrum & vnguentum.

c Modus cõfaciendi cerota.

d Emplaſtra pluribus modis poſſunt fieri quædam enim ſunt in quibus intrant mineralia qualia lithargiriũ & ceruſa, & tunc debẽt prius liquores qui ibi intrant ſicut eſt acetum ſucci vel aquæ, ſimul nutriri ſine igne in caſſia ſiue in mortario cum ſpatula vel cum piſtello cum oleo. Si tamen intrarent aliæ pinguedines, tunc debẽt incorporari ſemper cum piſtello calido, vel in caldario ſupra ignẽ lentum ſemper cum ſpatula agitãdo ne adhæreant mineralia prædicta vſque quo totum ſit bene ſpiſſum, & ſi ibi intrant gummæ tunc liquefiandæ liquefiant, & diſſoluendæ diſſoluantur, & pulueriſandæ pulueriſantur, vt in capitulis patebit ſequentibus, & debent ſemper poni in fine decoctionis, ſemper cum ſpatula agitando. Attenne tamen quòd ſemper decoctio debet eſſe vſq; ad cõſumptio-

d Modus cõficiẽdi emplaſtræ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 102 sur 459

nem aceti, vini, aquæ, ſuccorum vel ſimilium liquorum, & ſimiliter ſi ponuntur herbæ, flores vel radices, debent poni in fine decoctionis, & principaliter flos croci debet incorporari cum manibus malaxando magdaleones, & alia mineralia debent poni in fine: ſicut eſt es vſtum vſifur, flos eris, magnes, bolus armenus, terra ſigilata, ſulphur auripigmentum, & ſimilia.

a Modus cõficiendi vnguenta.

Succi autem ſpiſſii & deſiccati diſſoluantur in aliquo liquore & ponantur ad vltimum quando incipit infrigidari. Succi virides in emplaſtro de ianua debent temperari cum oleo: & poſtea pone oleum cum gummis liquefactis, & pone ſuper ignem & ſi ſumantur herbæ virides quæ intrant in emplaſtris, ſicut in emplaſtro gratia Dei debent temperari cum vino & debet poni vinum ſuper ignem, ſimiliter cum gummis liquefactis vſque ad conſumptionem eius. Emplaſtra inſuper poſſunt malaxari cum pulueribus & liquoribus: vt cũ oleo ſicut apoſtolicõ, ceroneum, oxizo croceũ diuinum cõtra rupturam, & diaquilon, & alia malaxantur cum ſuccis, ſicut emplaſtrum de ianua, & alia cum lacte ſicut emplaſtrum gratia Dei.

Attende quòd ſanguis humanus & viſcus quercinus, ſi intrant in emplaſtro contra rupturam debẽt incorporari in mortario cum piſtello calido, & debet decoqui viſcus quercinus in decoctione pellis arietis ſicut remouetur ab ariete, id eſt recenti abſque hoc quod preparetur cum calce & depiletur. Illa vero que ſiunt cum muſcilaginibus, pinguedinibus, decoctionibus, infuſionibus, vel aliquibus liquoribus, ſicut ſunt fructus ſicci, & ſimilia debent teri, decoqui & incorporari cum predictis miſcẽdo pulueres ſub lento igne vel in mortario vſquequo ſit tractabilis.

Si gummæ ibi intrant malaxẽtur, diſſoluantur, aut pulueriſantur & incorporentur cũ piſtello in mortario calefacto.

a Vnguenta poſſunt fieri pluribus modis. Nam aliqua ſunt in quibus intrant ſucci herbarum, & tunc debent conſummi per decoctionem cum liquoribus, pinguedinibus vel gummis liquefactis vel oleo & alia ſunt quæ fiunt ex herbis ſiccis, & tunc debent temperari herbæ cum vino vel cum aliis liquoribus & tunc debent conſummi per decoctionem, & alia ſunt in quibus intrãt lapides ſicut in vnguento citrino, & tunc debẽt ſubtiliſſime pulueriſari & bene incorporari in mortario. Alia ſunt in quibus intrant alia mineralia ſicut lithargirium, ceruſa, argẽtum viuum, bolus armenus ſulphur & ſimilia, & tunc ſi ibi cera, acetum vel ſucci herbarum viridium intrent, oportet nutriri cum maiori parte olei & minori parte aquæ vel ſucci modo de vno, modo de alio ſemper cum ſpatula agitando, & poteſt fieri ſi bene nutriantur lib. j. vnguenti cum ʒ. j. pulueꝝ prædictorum mineralium. Et ſi petatur cera miſce cum oleo & illis liquefactis incorporentur ſimul cum piſtello calido, tamen ſi argentum viuum intret: oportet extingui cum ſaliua, vel aceto. vel ſulphure, & caue ne appropinques argentum viuum ad ignem

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 103 sur 459

quia in fumum euaporabit Alia ſunt quæ fiunt cum oleis & gummis lique factis,& tunc debent ſimul liquefieri ad ignem ſemper cum ſpatula agitando. Et ſi in receptis petatur puluis gummarum, ſpecierum, herbarum vel ſeminũ pulueriſentur, & incorporentur, ſi gummæ non poſſunt pulueriſari malaxentur & incorporentur cũ piſtello calido. Si non poſſunt malaxari diſſoluantur vel diſtemperentur, & per decoctionem conſummantur, colentur & incorporentur.

a Olea quæ fiunt ex ſeminibus & fructibus, fiunt per compreſſionẽ, ſed illa quæ fiunt ex floribus, fiunt in vaſe vitreo per decoctionem ad ignem lentum, aut per appoſitionem in ſole, & tunc debent fieri inæſtate. Sed illa quæ fiunt ex cõpoſitione ſuccorum viridium, debent fieri per decoctionem ignis vſque ad conſumptionem ſuccorum. Sed illa quæ fiunt ex ſuccis ſiccis debent diſſolui ſucci & coqui cum oleo vſque ad conſumptionem vini, ſed illa quæ fiunt ex aſſatione ſicut oleum frumenti,& nigellæ debent fieri ſub lamina ferrea calefacta ab igne. Sed olea quę fiũt ex animalibus ſicut oleum de ſerpentibus, formiſcis, ſcorpionibus, oleum vulpinum debent extingui & mori in oleo. Sed olea quæ fiunt per diſtillationem ſicut de mirobalanis, de gummis, de cinamomo, de tartaro, de lateribus, debent poni in alembico bene ſigillato ſuper lentum ignem à principio, & ſemper debet vigorari ignis: & caue ne tangas oleũ quia periculum eſt. Oleum petroleum venit naturaliter de petra.

De colatura cliſteris & ſuppoſitoris communibus.

CAP. VI.

PEnes apothecarios habent duæ decoctiones cõmunes ſcilicet decoctio colaturæ communis cum qua generaliter omnes medicinæ laxatiuè lenitiuè & compreſſiuè diſſoluuntur,& decoctio communis clyſteris. Habetur etiam forma communis faciendi ſuppoſitoria& hæ tres deſcriptiones ſunt vbique notæ penes apothecarios.

a Modus cõficiẽdi olea.

b Colatura communis à diuerſis diuerſimode deſcribitur. Gordonius ca. de cephalea deſcribit cum tribus floribus cordialibus: ſcilicet violarum, boraginis,& bugloſę in aqua lactis caprini, & hæc eſt conueniens in febrientibus & in æſtate.

b Colaturæ communis ſecundum ber. de gordonio

c Io. de tornamira in clarificatorio in pluribus locis ſic deſcribit colaturam communeni. ℔. prunorum damaſcenorum vuarũ paſſarum mundatarum ab arillis caricarum pinguium iuiubarum & ſebeſtem añ.

c Colatura cõmunis ſecundum Io de tournamira.

d P. ſemis Chriſtoforus vero Georgius ſupra Meſue deſcribens colaturam communem famoſam & notam penes apothecarios deſcribit duas, vnam ſcilicet magis conuenientem in æſtate & in febribus, quæ talis eſt. ℔. paſſularũ liquiriciæ iuiubarum hordei prunorum ſine nucleis ſeminum communium frigidorum mundaterũ ante partes æquales aquæ ſimplicis quod ſufficit. Aliam colaturam

d Colatura communis in febribus ſecundum Chriſtoforum georgium.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 104 sur 459

describit idem christoforus georgius vbi supra: quã dicit esse vsualem magis, quia tamen magis attinet caliditati: ideo consilium eius est vt semper in febribus præcedens eius accipiatur.

a Colatura communis vsualis ad omne propositum secundum eundũ

a Eius autem descriptio est talis ℞. anisi, feniculi, passularum liquiricjæ iuiubarum sine nucleis, capillorum veneris prunorum hordei mundati, sebesten quando reperiuntur boni ana partes æquales. Et attende sicut notat Ioan. de tornamira in libello suo de neutralitate decidentiæ quòd semper colatura debet esse liquida & non spissa.

b Commune Clysere.

b In decoctione verò communis clysteris tantum debent poni remolitiua: scilicet matres violarum malua & bismalua & branca vrsina quæ debet poni recens. Sed circa clystere hic debet attendere apothecarius formam propinandi clysteria.

c Modus exhibendi clysteria.

c De forma autem & modo propinandi clysteria scribit Rasis ix. continentis ij. ca. quod debet iacere patiens supra dorsum declinando caput inferius & subleuando pedes superius, ita quod subleuentur lumbi & clysterizator debet esse propinquus & inscindendo vngues manus eius, & sunt inũgenda capita digitorum manus sinistræ cum oleo etiam inungendus est anus cum oleo abundanter deinde impone digitum ano pluries, vt amplietur locus, deinde pone instrumentum clysteris. Nõ tamen intelligit Rasis per hæc verba quò debeant agitari cum clysteribus & commoueri eleuando crura superius vt fieri solet: licet ita debeat disponi vt dictum est: quoniam aliquoties per talem commotionem ascendit clystere vsque ad stomachum, vnde aliquã do sequitur syncopis vt de facto vidit Iohan. matt. de gradi sicut ipse refert in ca. de collica. Istum tamen modum disponendi patientẽ ad clysterizandum modificauit Auicen. in sermone de qualitate clysteriorum maxime in colica vbi dicit sic. Amplius oportet quod tu consideres si dolor est declinãs ad partem dorsi, clysteriza ergo resupino supple existente, & hoc est melius ei cuius dolor est cũ communitate renum. Et subdit: & si est decliuis ad anteriora clysteriza eo iacente supra ventrem. Et subdit quod hoc modo disponendo patientem melius peruenit clystere ad reuolutiones intestinorum. Et iste est communis modus disponẽ di patientes ad clysterizandum, & magis vsitatus hodiernis temporibus. Et in pueris habentibus strictum orificium ani debet imponi digitus in ano vt dictum est vt dilatetur & preparetur via ad instrumentum clysteris, & semper sumpto clysteri debet iacere patiens supra latus dolens. Et habeatur regula de intentione, Auicen. vbi supra quod cum intromittitur clystere posita cannula quod debet intromitti cum vna bona expressione & continua quæ non sit cum labore & violentia. Nam multoties per violentiam, compressionis impellitur clystere vsque ad longinquum preterquam sit necessarium vnde interdum vsque ad stomachum: & sequitu syncopa. Habeatur etiam pro regula de intentione eiusdem, Auicen. vbi supra quod cum impellitur clystere &

inclinat ad egrediendum ita quod difficulter immittitur propter ventositatem repellentem, non prohibeas ad hoc supple violenter imo aperias bursam vt exeat ventositas & reitera intromissionem eius post exitum ventositatis.

a Attende vltra de mente eiusdē Aui. ibi. quod ex nimia quantitate enematis, i. clysteris multiplicatur nocumentum & timetur ne ascendat ex nimia eius quantitate ad stomachum, & sequantur accidentia supra notata. Ideo attende de intentione Saladin. in suo compendio ad aromatarios, quod quantitas decoctionis quæ communiter ponitur in clysteri, est ʒ. xviij. & quantitas oleorum communiter est ʒ. iiij. & quantitas salis est. ʒ. sed quod tamen debe. intelligi sicut ipse dicit secundum magis & minus, per respectum ad etatem & ad complexionem, quia in viris & mulieribus prouectis & fortis cōplexionis & virtutis, hæc quantitas est quantitas conueniens, sed in pueris & delicatis ac debilibus debet minui quantitas similiter in dolore extensiuo à ventositate, quia in his casibus medietas sufficit. In infantibus verò sufficit quātitas trium quater, & in his sit discretus apothecarius, quia, sola discretio facit apothecarium. vt Auerroys ij. colliget.

b De forma suppositoriorū communium notetur quod scribit Auicenna de suppositoriis fortibus educentibus fecem & phlegma viscosum vbi dicit sic, & oportet vt sit longitudo eius septem digitorum scilicet in transuerso.

c Et hoc nota propter communem errorem apothecariorū quia non fiunt communiter nisi ad longitudinem trium vel quatuor digitorum & male imo debent fieri vt dixi, vt virtus suppositorij attingat ad partes sursum magis stimulando, non tamen pertranseundo intestinum rectum.

Et suppositorium tunc magis valet quam clystere quando dolor est in fundo versus anū & de hoc dicit halyabbas. Et nonnunquam clysteri opus nō est, sed licini cum passio & dolor circa pectinis est partes & prope intestinum rectum. Componuntur autem suppositoria communia ex melle & sale communi trito simul coctis ad conuenientem glutinositatem mellis.

a Quantitas clysteriorū.

De trituationibus medicinarum simplicium quibus predicta componuntur.

CAP. VII.

INquit Mesue trituratio autem omnis qualiscunque sit, oportet quod fiat cum facilitate, & commensuretur substantiis terendorum. Laboriosa verò dissoluit virtutem. Sunt ergo medicinarum quædam in quibus non oportet vt multa elaboretur triturationē, & sunt in quibus necessaria est multa trituratio, & sunt in quibus mediocris.

d Et fit trituratio tribus de causis: notat idū Mes. Prima est vt miscibilium in vnum melior fiat sigillatio. Secunda vt medicinis aliqua proprietas acquiratur, vt cimino per multam triturationē acquiritur ei vt sit prouocatiuum vrinæ:

b Suppositoriorum forma.

c Communis error apothecariorū circa suppositoria.

d Trituratio sit tribus de causis.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 106 sur 459

quemuis ex natura ſua eſſet ſolutiuum, ſic enim fit magis penetrans vnde repit advias ad qua non poterat prius & euacuat per illas, & multa alia acuta vt haſce i. thimus vt Meſ. c. de thi & ſimiliter azarum. Tertia eſt vt in eis aliqua malitia reprimatur, vt colo quintida, & propriè interius eius debet vltimo pulueriſari, neque debet eſſe apo. inſufficientia trituratiõnis eius, vt Meſue autoritate Serap. Iſtæ autẽ ſunt medicinæ quæ multum patiuntur de trituratione.

A Ariſtologia.
Azarum vbi queritur per eum prouocatio vrinæ.

C Coloquintida Centaurea Cyminum vbi queritur per eum prouocatio vrinę.

G Gummæ aliquę quia non omnes poſſunt pulueriſari, ſed aliquæ debent diſſolui, & quædam non poſſunt pulueriſari neque diſſolui, neque lique fieri.

a Gummæ que poſſunt pulueriſari

a Gummæ quæ poſſunt pulueriſari ſunt iſtæ.
Thus. Myrrha.
Maſtix.
Sarcocolla.
Storax rubea.
Storax calamita.
Bdellium.
Olybanum.

b Gummæ quæ debent diſſolui.

b Euforbium.
Maſtix per ſe tamen debet pulueriſari, quia nunquam cum aliis ſpeciebus pulueriſaretur.
Autor pandectarum.
Gummæ quæ debent diſſolui ſunt iſtæ.
Labdanum quod debet diſſolui cum oleo.
Dragagantum.
Gummi arabicum,
Gummi prunorum.

c Gummæ quæ nõ poſſunt pulueriſari neque diſſolui neque lique fieri ſed debent decoqui & colari.

Gummi ceraſorum.
Et his ſimilia quæ debent diſſolui in aquis: & poſtea poni in medicinis.

c Gummæ quæ non poſſunt diſſolui, neque liquefieri, neque pulueriſari ſunt iſtæ,
Serapinum.
Oppoponacum.
Galbanum.
Amoniacum.

b Iſtæ debent temperari in vino vel aceto, & debent coqui vſque ad conſumptionem vini ſiue aceti & colari, & poni in fine decoctionis extra ignem ſemper cum ſpatula agitando.

Lapis armenus.
Lapis lazuli, & magis quàm lapis armenus.
Myrobalani ſpecies vbi quæritur per eos reſtrictio & oppilatio. Vnde Meſue, eorum contritorum competit exhibitio quando quæritur vt poſt illam in viſceribus veſtigia contractionis remaneant.
Omnia mineralia.
Reubarbarum vbi quæritur virtus conſtipatiua. Vnde Meſue. Ipſius contritioni competit exhibitio quando quæritur vt poſt illam in viſceribus veſtigia contractionis remaneant.
Scamonea quando ponitur in pilulis aut in medicinis, quas volumus vt diutius remaneant in ſtomacho, quia quando ponitur in aliis medicinis debet magis pulueriſari vt notat Saladinus. Auicen. tamen vult oppoſitum cap. de iudiciis extrinſecis medicinarum cũ dicit. Et ex medicinis ſunt quædã quarum virtus propter contritionem deſtruitur ſicut ſcamonea, quare oportet vt vltima facilitate conteratur,

conteratur,ne ex contritione caliditas eam consequatur corrumpens eius virtutem.Et subdit. plurimæ, præterea gummarum sunt huiusmodi,& ipsarum quidem resolutio in humiditate conuenientior est quàm contritio,&hæc sententia est verio.

Thymus vbi quæritur vt per eũ prouocetur vrina, vt notatum est.

Medicinæ quæ mediocriter patiuntur de trituratione sunt istæ.

A Agaricus.

C Ciminum,si non per eum quæratur prouocatio vrinæ.

T Turbith.

Thymus,si non per eum intendatur prouocari vrina.

Y Hysopus Yreos.

Istæ supra notatæ sunt magis speciales, de quibus à doctoribus specialis facta est mentio.Vt tamẽ de trituratione medicinarum generalis habeatur noticia attende quòd omnes medicinæ quæ multum patiuntur de decoctione,etiã multum patiuntur de trituratione & quæ modicum,modicũ, & quæ mediocriter,mediocriter: de quibus in sequenti capitulo.

De decoctionibus simplicium quæ ingrediuntur compositionis prædictorum.

CAP. VIII.

INquit Mes. Tua interest de coquere commensurando calorem & proportionando illum substantiis rerum & virtutibus debilibus & fortibus. Oportet enim vt gradatio fiat in decoctione earum plus vel minus secundum quod oportet. Decoctio enim impetuosa vel inflammatiua resoluit virtutem medicinæ.

Istæ autem sunt medicinæ particulariter quæ multum patiuntur de decoctione.

Astrologia A

Ben B

Cucumer asinius C

Hermodactyli. H

Myrabolani omnes quando ab eis quæritur cõstipationis impressio.Mesue cap. de myrabolanis. M

Polipodium. P

Reubarbarum quando ab eo quæritur constipationis impressio. Mesue ca.de reubarbaro. R

Radices omnes

Sed istæ sunt medicinæ quæ parum patiuntur de decoctione.

Capillus veneris C

Epithymum. E

Elephanginæ omnes pulueriſatæ vt alcool.

Flores omnes dempta camomilla. F

Myrobalani omnes quando magis intendimus ad laxandum, vt Mesue. cap. de myrobalanis. M

Manna.

Rosæ vbi quæritur apertio,solutio,& abstertio.Mes.cap. de rosis. R

Reubarbarum quo ad virtutem eius solutiuam, abstersiuam & aperitiuam. Vnde Mesue cap. de Reubarbaro. Et eius quidem quod purum est, infusio competit quando solum quæritur abstersio & solutio & oppilationum apertio.

Sticados S

Semina quatuor frigida.

Thamarindi. T

Violæ quando ab eis quæritur virtus lambificatiua,quia si quæra- V

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 108 sur 459

tur ab eis virtus ſolutiua diſſoluẽdo ſecus eſt, quia illa eſt centralis, vt Meſue ca. de viola.

Iſtæ ſunt medicinæ quæ mediocriter tolerant de decoctione.

A Abſinthium Azarum
Agaricus
F Fumus terræ
M Mezereon
S Sena Squilla
Semina omnia præter ſemina quatuor frigida maiora.
T Thymus Turbith.
Y Yreos Hyſopus.

Habe generaliter pro regula, quod omnes medicinæ quarum virtus difficile reſoluitur, aut quæ ſunt fortis contexturæ, vt quæ ſunt groſſæ ſubſtantiæ, aut quæ virtutem habent poſitam in centro, forti indigent decoctione. Meſue. Huius generis ſunt omnes medecinæ minerales. Huius etiam generis ſunt omnes medicinæ ſtipticæ aut ponticæ, quæ fundãtur in ſubſtantia groſſa & terreſtri. Quod verum eſt quantum ad ſtipticitatem aut terreſtreitatem, quia ſunt aliquę medicinæ quæ in ſe participant ſtipticitate quadam, & cum hoc habent amaritudinem ſuperficietenus, vt ſunt roſę, abſynthiũ, reubarbarum, myrobalani, & ſic de aliis: & in talibus hæc regula patetetur inſtantiam. Similiter etiam omnia quę in ſe acumen habent decocta ſunt mitiora, decoctio enim frangit virtutem earum, niſi forſitan ſit virtus poſita in ſuperficie aut debilis vbi totaliter reſoluitur Meſue. Similiter & omnes medicinæ quæ longiori tempore perdurant in virtute magis patiuntur de decoctione. Similiter & omnes medicinæ compoſitæ in quibus volumus vt in eis fiat fortis mixtio virtutum, debemus eas magis decoquere: niſi ex modo ſuę ſubſtantiæ decoctioni repugnent. Meſue. Similiter etiam omnes medicinæ quæ multum patiuntur de trituratione etiam multum patiuntur de decoctione, & oppoſitis modis medicinæ illæ omnes parum patiuntur de trituratione, quarũ virtus facile reſoluitur: aut quæ ſunt debilis contexturæ aut que virtutẽ habent in ſuperficie. Huis etiam generis ſunt omnes medicinæ acutæ propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ: vt ſunt ſpecies alephanginæ omnes & ſpecialiter pulueriſatæ. Similiter etiã omnes medecinæ acetoſæ. Medicinæ etiam omnes habentes humiditatem ſuper fluam lubrificatiuã, vnde Meſue. Verum neque per decoctionem ſit iuuamentum in his quæ ſolunt lubrificando & facien do lubricum de quo ſit valde curandum.

De analogis medicinalibus quando per ſe ponuntur pro quibus ſtans & ſupponunt.

Analoga

CAP. IX.

ANalogumeſt terminus communis, qui ex modo ſuæ impoſitionis eſt aptus ſupponere pro pluribus: de vno tamen per prius, & de alio per poſterius, vt Ariſtoteles in prędicamenti: ſicut verbi gratia caſia dicitur de caſia lignea & de caſia fiſtula, per prius tamen de caſia lignea, & per poſterius de caſia fiſtula. Et corallus dicitur de corallo rubeo & de corallo

albo, per prius tamen de rubeo, & per posterius de albo. Analogũ enim per se sumptum stat per famosiori suo significato, sic vt quando per se ponitur corallus de rubeo tanquam de famosiori suo significato intelligitur. Vt ergò in istis non decipiatur apothecarius hic consequenter sunt inserenda analoga medicinalia & eorum famosiora significata secundum ordinem minoris alphabeti: vt consueuimus facere in præcedentibus capitulis.

A Aristologia
Agnuscastus, Anisum
Ameos Apium
Armel Aloe
Alumen Assa
Arnogloſa Atramentum
Auripigmentum Allium
Acetosa Acetum.

Aristologia quando simpliciter ponitur in vnguentis mundificatiuis & absterſiuis de longa intelligitur, sed in aliis operationibus semper intelligitur de rotunda, vnde Auicen. ij. can. cap. de aristologia. Et longa est dignior in nascentiis & vlceribus, quoniam est magis absterſiua & calidior, sed in reliquis operationibus rotũda, quoniam fortioris est apertionis & subtiliationis. Hæc Auicen. ad literam.

Agnuscastus quando simpliciter ponitur de floribus intelligitur. Autor pãdectarum. Flos enim agnicasti dicitur simpliciter Agnuscastus. Platearius.

Anisum, ameos, apium, armel, prout est species rutæ, quando simpliciter ponuntur de semine debet intelligi, Autor pandecta.

Aloe quando simpliciter ponitur de succotrino intelligitur. Vnde Mesue. Melius ex speciebus aloes est succotrinum, licet secundum Alexandrum intelligitur de epatico.

Alumen quando simpliciter ponitur de alumine sciſſo siue de alumine de pluma intelligitur. Autor pande.

Assa quandò simpliciter ponitur de assa fœtida intelligitur quæ per excellentiam fœtida dicitur, quia odorifera dicitur odorifera id est parum fœtida. Autor pande.

Arnogloſſa quando simpliciter ponitur, de maiori intelligitur, vnde Serap. lib. ag. ca. li. seu. Maior est maioris virtutis quàm minor.

Atramentum quando simpliciter ponitur, de nigro intelligitur ab atro colore dictum. Autor pande.

Auripigmentum quando simpliciter ponitur, de citrino intelligitur. Citrinum enim competit vsui medicinæ. Autor pandecta.

Allium quando simpliciter ponitur de syluestri intelligitur. Pla

Acetosa quando simpliciter ponitur, de maiori intelligitur. Vnde dia. cap. de acetosa.

Acetosa est duplex maior & minor, maior est oxilapacium minor habet folia minora cum stipite parvo seminibus pleno. Conueniunt in virtutibus sed maior efficacius operatur. Hæc ille.

Acetum quando simpliciter ponitur: de aceto vini intelligitur.

Bdellium Balsamus. B
Borago Baucia
Ben Baccha

Bdellium quando simpliciter ponitur, & est intentio ad restringendum & infrigidandum debet

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 110 sur 459

poni bdellium de mecha. Sed quãto volumus aperire aut mollificare aut reſoluere, debemus ponere bdellium iudaicum. Autor pande. Attende tamen quòd quia difficile eſt cognoſcere bdellium vtrum ſit de mecha vel de Iudæa, ideò in caſu dubio vbi eſſet intentio aperiendi mollificandi, aut reſoluendi, debet ſemper poni bdellium molle: ſed vbi eſſet intentio reſtringendi & infrigidandi, debet poni bdellium ſiccum & antiquũ. Vnde Auicẽna ca proprio de bdellio. Et cùm antiquatur bdellium Iudaicum, egreditur à lenificatione ad exiccationem.

Balſamus cùm ſimpliciter ponitur, de oppobalſamo ſiue de oleo balſami intelligitur. Vnde Auicen. ca. de balſamo. Et eius quidẽ oleum eſt melius ſemine ipſius & ſemen fortius ligno ipſius in omnibus modis eius.

Borago cùm ſimpliciter ponitur, de herba intelligitur, & præcipuè de foliis, & præcipuè dum viridia ſunt, quia talia ſunt maioris efficaciæ, exiccata verò minoris & flores competunt vſui medicinæ ſecundario. Pla.

Baucia quando ſimpliciter ponitur, de ſyluęſtri intelligitur, quia domeſtica quæ paſtinaca dicitur, magis eſt conueniens eſui quam medicinæ. Plat.

Ben quando ſimpliciter ponitur, de maiori intelligitur. Vnde Meſue. Maius eſt incolumius paruo paruum verò eſt malignum.

Baccha quando ſimpliciter ponitur, de baccha hæredere intelligitur. Ian.

Cardamomum Capparus
Caſia. Calamentum
Centaurea Chelidonia
Coriandrum Ciminum
Carthamus Carui
Citonium Cathapucia
Coſtus Cypreſſus
Cinamomum Corallus.

C

Cardamomum quando ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur. Platea.

Cardamomum verò minus propriè dicitur heyl. Serap. li. ag. ca. Catola & heyl.

Capparus quando ſimplicitet ponitur de cortice radicis intelligitur. Platearius.

Caſia cum ſimpliciter ponitur de caſialignea intelligitur, quia caſiafiſtula nunquam ponitur ſine determinatione. Plat.

Calamentum cùm ſimpliciter ponitur, de montano intelligitur, vnde Platearius. Calamentũ montanum melius eſt.

Centaurea cùm ſimpliciter ponitur, de maiori intelligitur ſecundum Platearius. Dicit enim Platearius quòd dicitur centaurea maior quæ maiorem, & minor quæ minorem habet efficaciam. Cuius tamen dicti contrariũ ſentit Meſ. Dicit enim quòd minor melior eſt in omni re. Sed vt tollatur eorum controuerſia, attende quod quantum ad virtutem laxatiuam minor eſt melior in omni re in qua oportet, & in qua indigetur ſolutione phlegmatis & choleræ, fuit enim principalior intentio Meſ. in lib. ſuo pertractare de ſimplicibus ſub ratione laxandi. Intentio vero Plat. eſt determinare de ſimplicibus non ſub ratione laxandi, ſed etiam per conſiderationem ad alias proprietates particulares quas habent. Quantum ergò ad

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 111 sur 459

virtutem ſolutiuam quando ſimpliciter ponitur centaurea, de minori intelligitur, ſed quando ſimpliciter ponitur ſub intentione aliarum proprietatum de maiori ſemper intelligitur.

Chelidonia quando ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur. Platea. Hæc tamen apud nos non inuenitur, aut raro, ſed reperitur quædam communis quæ eſt minoris efficaciæ, vna tamen pro alia vtimur, vt dicit idem. Platea. autoritate Conſtantini.

Coriandrum, ciminum, cartamus, carui, quando ſimpliciter ponuntur de ſeminibus debet intelligi & de carthamo domeſtico, autor Pandec.

Citonium quando ſimpliciter ponitur in medicinis de maioribus intelligitur, vnde Gale. in lib. de cibis. Citonia maiora vocantur ſaturnia, & ſunt maioris iuuamenti quàm alia. Apothecarij tamen noſtri hodiernis diebus intelligunt de minoribus propter acredinem nimiam maiorum, vnde maiora non ſic redduntur guſtui delectabilia. Mox enim medicorum & apothecariorum potius eſt regere ægros cum his quæ ſibi delectationem inducunt quàm cum rigore artis, vt ſupra declaratum eſt circa modum componendi, vbi declaratum eſt quòd antiquitus in confectionibus & electuariis in ʒ. iij. aromatum ſufficiebat libro j. zuccaræ. hodie verò propter complacentiam maiorem in tantum ʒ. ij. aromatum ponitur lib. zuccaræ.

Cathapucie quando ſimpliciter ponitur, de minori intelligitur, & de ſemine eius. Cathapucia enim maior eſt palma Chriſti, ſed cathapucia minor eſt de genere lacticiniorum, vnde Sera. lib. ag. cap. catha, authoritate Galle. Cathapuciæ minoris virtus eſt ſimilis virtuti omnium ſpecierum lacticiniorum & non differt ab eis, niſi in vno: quod eſt quia in ſemine eius eſt dulcedo, & hoc ſemen eſt illud quod habet virtutem laxandi. Hæc ille. Et Gale. vij. ſimpliciũ pharmacorum cap. cicei. Cicei fructus, id eſt cathapuciæ fructus, quæ purgat abſterſiuam & dyaforeticam habet virtutem, ita autem & flos, ſed omnino debiliorem. Et de radice eius dicit Diaſco. cap. cicei, & ſimiliter Sera. loco. ſupradicto quòd radix eius eſt tenuis, & omnino inutilis.

Coſtus quando ſimpliciter ponitur, de amara intelligitur. author Pandectarum.

Cypreſſus quando ſimpliciter ponitur in medicinis reſtrictiuis tu debes ponere nuces eius, ſed in medicinis prouocatiuis vrinæ tu debes ponere lignum aut folia, vnde Platearius. Poma, folia & lignum vſui medicinæ competunt, ſed poma ſtiptica ſunt & conſolidatiua, lignum verò & folia diurectica.

Cinamomum quando ſimpliciter ponitur in medicinis vomicis, debet poni cinamomum groſſum. In aliis verò debet poni cinamomum ſubtile. Platearius.

Corallus quando ſimpliciter pò nitur, de rubeo intelligitur, & elige groſſum, nõ perforatum auctor Pandectarum.

Daucus. D

Daucus quando ſimpliciter ponitur: debet intelligi paſtinaca

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 112 sur 459

silueſtris , id eſt daucus aſininus. Serap.cap.de brica,& Gale lib.de eduliis circa finem : licet Caſſius felix. cap. de empicis dicat quod quando per ſe ponitur:debeat intelligi ſemen paſtinace hortenſis.

E Epatica
Eruca.
Elleborus.

Epatica quando ſimpliciter ponitur de aquatica intelligitur , vnde Platearius. Eſt herba creſcens in aquoſis locis nullam faciens mentionem de terreſtri ſicut nec alij auctores.

Eruca quando ſimpliciter ponitur, de ſilueſtri intelligitur , vnde auctor Pandectarum. Domeſtica minoris eſt efficaciæ quàm ſilueſtris.

Elleborus quando ſimpliciter ponitur : de nigro intelligitur, vnde Meſue. Niger incolumior eſt albo. Oppoſitum innuit Gale. quinta apho. commento primo dum inquit.

Conſuetudo fuit antiquorum cum dicerent eleborum abſolute intelligere album.

F Fœniculus.

Ex fœniculo radix,ſemen,& folia competunt vſui medicinæ : ſed quando ſimpliciter ponitur fœniculus , de ſemine intelligitur, excepto in collyriis , vbi debet poni ſuccus radicis aut foliorũ. Platea.

G Gallia Galla.
Gluten
Gummus.
Gummus dragagantus.
Gummus arabicus
Granatum
Gith.

Gallia cum ſimpliciter ponitur, de muſcata intelligitur.

Galla cum ſimpliciter ponitur, de non perforata intelligitur. Vnde Setap.libro ag.auctoritate Dia. Ex ea eſt quæ reperitur ex arbore ſua recens immatura parua rotunda nodoſa non perforata & grauis , & eſt alia quæ eſt leuis & perforata,ſed prima medicinis eſt cõuenientior. Hæc ille.

Gluten quando ſimpliciter ponitur,maſtix intelligitur quoniam excedit omnia glutina in bonitate. Auctor pandectarum.

Gummus quando ſimpliciter ponitur , de arabico intelligitur. Auctor pandectarum. Gummus dragagantus quando ſimpliciter ponitur in medicinis calidis,debet poni ſubrufum aut citrinũ , ſed in medicinis frigidis debet poni album & clarum. Auctor pandect.

Gummus arabicus quando ſimpliciter ponitur in medicinis calidis,debet poni gummus arabicus, rufus aut citrinus , ſed in medicinis frigidis debet poni gummus arabicus albus , & clarus. Platearius. Idem auctor pandectarum.

Granatum quando ſimpliciter ponitur in medicinis , de acetoſis intelligitur. Dicit enim Platearius quòd granata dulcia magis competunt eſui quam medicinis , ſed acetoſa magis competunt medicinæ quam eſui.

Gith quando ſimpliciter ponitur de ſemine intelligitur.

Iuſquiamus Ieſſeminum. I

Iuſquiamus quando ſimpliciter ponitur: de albo intelligitur. Rubeus enim & niger ſunt perniciosi maxime niger & nunquam debẽt poni in medicinis. Sera. li. ag. ca. Beri. Et in medicinis ore ſumendis ſemen debet poni. Sed in me-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 113 sur 459

dicinis extrinsecus applicandis, vt in vnguentis, & emplastris: semper debet intelligi herba. Platearius. Idem auctor pandectarum.

Iesseminum seu sambucus quando simpliciter ponitur, de floribus intelligitur, & de albo, vnde Serap.li.ag.ca. Iesseminum citrinum est minus in operatione quàm album.

L Leuisticus Laurus
Lupinus. Lactuca
Lapacium. Laureola.
Litargiryum.

Leuisticus cum simpliciter ponitur, de semine intelligitur. Platearius.

Laurus cum simpliciter ponitur, de foliis eius intelligitur: vnde Platea. Ex lauro folia & fructus competunt vsui medicinæ : sed folia maiorem habent efficaciam.

Lupinus quando simpliciter ponitur: de amaro intelligitur, ille enim præcipue est qui competit vsui medicinæ, Platearius.

Lactuca quando simpliciter ponitur in medicinis, semen eius debet intelligi. Platearius. Herba eius conueniens est esui, semen verò eius medicinæ magis.

Lapacium quando simpliciter ponitur, de acuto intelligitur: vnde Pla. Lapacium acutum est efficacius lapacio rotundo, licet sit magis efficax quam lapacium domesticum. Lapacium enim domesticũ est magis conueniens vsui ciborũ quam medicinæ.

Laureola quando simpliciter ponitur in medicina, semen eius debet poni. Platea.

Lithargyrium quando simpliciter ponitur : de Lithargyrio auri intelligitur: dicit enim Serap.li.ag. cap. merchet. quod aureum est melius aliis.

Margarita Mel. M

Margaritæ quando simpliciter ponuntur: de non perforatis intelligitur. Sunt tamen aliquæ margaritæ obscuræ ad citrinitatem tendentes perforatæ quæ non perforatis equi pollent nec de illis debet intelligi. Auctor pãdectarum.

Mel quando simpliciter ponitur ãe melle apum intelligitur.

Nasturcium Nucleus N
Nux Nigella.

Nasturcium quando simpliciter ponitur, de semine eius intelligitur. Folia enim propter humiditatem aquosam que est in eis, habẽt virtutem debiliorem. Sera.lib.ag. ca. Iosrabethefe. Nucleus quando simpliciter ponitur, dicũt quidam quod de nucleo pini intelligitur, & alij dicũt quod de nucleo oliuæ au. pande. sed Auicen. in ij. can. de nucleo dactyli intellexit.

Nucis multæ sunt species, sed quando simpliciter ponitur de nuce vsuali intelligitur, auctor pandectarum.

Nigella quando simpliciter ponitur, de semine intelligitur.

Ozimum O
Oleum Opium.

Ozimum quãdo simpliciter ponitur, de gariofilato intelligitur. Ozimũ enim gariofilatũ est illud quod ab auctoribus laudatur. Auctor pandectarũ. Attende tamẽ ꝙ quãdo ponitur in medicinis ore sumẽdis sine determinatione aliqua, vt pote in electuariis, & similibus debet poni semẽ. Sed in medicinis exterius applicandis, vt in vnguentis & similibus, debent poni folia. Idem auctor Pandectarum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 114 sur 459

Oleum quando ſimpliciter ponitur, de oleo oliuarum intelligitur. Ian.

Opium quando ſimpliciter ponitur, de opio thebaico intelligitur. Gale. vij. ſimplicium pharmacorum. ca. Miconchirantes.

℘ Papauer Piper
Polium Polycaria
Pigamum
Premula veris.
Pix Petroſelinum
Pyonia
Polypodium
Pſyllium.

Papauer quando ſimpliciter ponitur de albo intelligitur. Vnde Auicen. ij. can. ca. de papauere. Papaueris multæ ſunt ſpecies &c. Et ſequitur in litera & ſanius eſt albū, quoniam cum ſuo ſtupore eſt etiã domeſticum & conſuetum.

Piper quando ſimpliciter ponitur, de pipere albo intelligitur. Auicen. v. can. in deſcriptione diacimini ex intentione Galenum. Et Galenum. viij. ſimplicium pharmacorum hoc idem videtur ſentire cuius ſunt hæc verba ad literam ſecundum tranſlationem arabicã. Sapor piperis eſt acutus, & illud quod non eſt maturum eſt piper album, & ipſum eſt acutius nigro & magis pungens linguam. Et hoc eſt: quia nigrum propterea quòd maturatur accidit quod non recipiat aduſtionem & deſiccationem fortem, quia minuitur acuitas illa quæ quidem remanet in albo. Vt tamen tollatur controuerſia, quæ eſt inter Serap. ex vna parte, & Gale. & Auicen, ex alia parte, qui in hac materia non parum diſcrepare videntur. Voluit enim Serap. libro ag. cap. Falfel. quod piper nigrum acutius eſt albo, & quòd album ſit debillus eo. Attende quòd ſicut ex verbis dioſcoridis facile trahi poteſt, piper album eſt duplicis generis. Eſt enim piper album quod fit quãdo grana minuta quæ fuerunt in pipere longo, incipiunt ingroſſari & vnum ab altero incipit ſeparari: ſed non factus eſt botrus vel racemus. Eſt & aliud piper album quod fit cũ illa grana quæ ſunt in predicto pipere albo ſecundum debitam quantitatem fuerint augmentata, & intra ſe totaliter ſeparata: ſicut quæ ſunt poſita in quodam botro vel racemo & ſunt propinqua maturitati. Primum piper album quoniam ſapit adhuc naturam piperis longi, quia ei vicinatur, participat adhuc de eius vicinitate: ideo non eſt multum acutum. Piper verò album aliud de quo dictum eſt, quod eſt in medio inter maturitatẽ, & principiũ generationis, eſt ſatis acutum: quia enim elongatur & remouetur à pipere longo, non participat humiditatem eius, & eſt acutius ſeipſo cum venit ad maturitatem propter quam amittit de eius acuitate, ſicut videmus in fructibus acetoſis, quæ in medio tempore ſunt acetoſiores, etiam ſimiliter in ſeminibus, vt in fœniculo, & in ſemine ſinapis, quæ in medio ſunt acutiora quam in cõplemento ſuæ maturitatis.

Et ad hanc intentionem loquebatur Auicen. loco ſupradicto, vbi ſubdit. Et hoc eſt illud quod non eſt paruum neque contractum neque & eſt cortex eius groſſus, imo eſt ex illo quod dicitur grauis ponderis, & eligatur de eo magnum & ſanum. Hæc illæ.

Polyca-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 115 sur 459

Polycaria cum ſimpliciter poni tur,de media intelligitur. Hæc enī eſt plus medicinalis. Platearius.

Pigamum cum ſimpliciter poni tur folia rutæ aggreſtis debent poni, ſed quando ponitur ſemen pigami, ſemen debet poni. Platea.

Premula veris quando ſimplici ter ponitur herba paraliſis debet poni,licet ſit alia ſpecies eius, quæ dicitur lauendula, prima enim ſpecies ſcilicet herba paraliſis,eſt melior premula veris. Auctor Pande.

Pix quando ſimpliciter ponitur in vnguentis maturatiuis & mundificatiuis,debet poni pix liquida, ſed in vnguentis cicatrizatiuis & deſiccatiuis debet poni pix ſicca, vnde Gale. vij. ſimplicium pharmacorum cap.xix.ſecundum tranſlationem grecam,empetigines ex purgat & digerit duros & indigeſtos humores omnes quando ponuntur in cataplaſmatibus.
Fortior verò ad hæc omnia talia eſt quæ liquida , dura verò pix ad hæc quidem peior eſt, ad conſolidationem verò vulneris magis idonea. Hæc ille.

Petroſelini duæ ſunt ſpecies ſcilicet petroſelinum domeſticum& aggreſte quod dicitur ſumurion, quorum ſemina precipuè competunt in medicina,ideo quādo ſimpliciter ponitur petroſelinum de ſemine domeſtici intelligitur ſed quando ponitur ſumurion de ſemine aggreſtis intelligitur. Pla.

Pæonia quando ſimpliciter ponitur herba ſimul cum radice debet poni. Platea.

Polypodium cum ſimpliciter ponitur de quercino intelligitur, vnde Meſue cap. de polypodio. Melius eſt ex eo eſt arboreum , & proprie quando naſcitur ſupra arborem ferentem glandes.

Pſylium quando ſimpliciter ponitur,de ſemine intelligitur, vnde Pla. Pſylium herba eſt , cuius ſemen ſic vocatur.

Q

Quatuor remollitiua.
Quatuor ſemina frigida maiora.
Quatuor ſemina frigida minora.
Quatuor ſemina calida maiora.
Quatuor ſemina calida minora.
Quinque radices diureticæ.

Quatuor remollitiua ſunt violaria malua,biſmalua, branca vrſina.

Cum ſimpliciter ponuntur quatuor ſemina frigida maiora debēt intelligi.

Quatuor ſemina frigida maiora ſunt ſemen melonum, citruli,cucumeris & cucurbitæ.

Et quatuor ſemina frigida minora ſunt ſemen portulacæ,lactucæ, endiuiæ,& ſacriolæ.

Et quatuor ſemina calida maiora ſunt ſemen cimini, carui,aniſi, & fœniculi.

Et quatuor ſemina calida minora ſunt ſemen dauci, apij, ameos , & amomi.

Quinque radices diu reticæ ſunt radix apij , petroſelini, bruſci ſpēragi,& grāminis.

R

Ruta	Roſa
Rafanus	Radix
Reſina	Roſmarinus.

Ex ruta ſemen & folia competunt vſui medicinæ ſed quando ſimpliciter ponitur ruta folia eius debent poni Platea.

Roſa quando ſimpliciter ponitur de rubea debet intelligi. Vnde Meſue cap.de roſa. Melior eſt rubea veræ rubedinis. Et ſubdens.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 116 sur 459

ait quod virtus faciens ruborum plus impreſſit quam amaritudinē faciens, propter quod in abſciſione amaritudinis ipſius, quæ remouetur per ſolam exiccationem eius non reſoluitur ſpecies, in abſciſione vero rubedinis non plus eſt roſa quam homo mortuus eſt homo. Similiter etiam quādo ſimpliciter ponitur roſa in medicinis laxatiuis, de roſa recenti vel de ſucco eius debet intelligi, vel de ſyrupo, vel de conſerua eius, quæ non preterierunt annum & non de roſis ſiccis. Sed in medicinis reſtrictiuis de ſiccis debet intelligi. Vnde Meſue vbi ſupra. Amaritudo autem quæ eſt in ea quæ eſt recens, eſt plus ſtipticitate ipſius, & prima operatio eius eſt propter amaritudinem ſuam propter quod roſa recens, & proprie ſuccus eius ſoluit.

Cum autem reſoluitur caliditas dans ei amaritudinē propter exiccationem eius, manifeſtatur ſubſtantia ſtiptica conſtitutionem faciens. In ſyrupo autem & in conſerua amaritudo roſæ & eius humiditas ſolutiua in ſubſtātia zuccaræ vel mellis conſeruatur, vt expreſſè voluit. Gentilis ca. de cura febrium putridatum in generali.

Radix cum ſimpliciter ponitur, de rafano domeſtico intelligitur. Sed cum ſimpliciter ponitur rafanus, de ſilueſtri intelligitur.

Reſina cum ſimpliciter ponitur, de omni gummo intelligitur, quaſi reſina a reſudo reſudas. Sed quando ponitur cum determinatione dicitur gummi illius plantæ ad quam fit determinatio: vt reſina pictuina id eſt reſina pini. Similiter cum ponitur reſina ſimpliciter de raſa intelligitur id eſt de molli non fixa nec pulueriſabili. Pro quo attende quod ex pino maſculoque dicitur coni colligitur ſpecies reſinæ quæ dicitur colophonia, & hæc fit de ſicca adeo vt poſſit teri. Sed ex abiete fit alia reſina in liquida ſubſtantia: quæ dicitur kitan, & fit in liquida ſubſtantia: ſed frigitur in patella & exiccatur vt declaratum eſt in libro primo: donec quouſque poſſit teri, & hæc proprie vocatur reſina erudita & carpinata.

Si autem non frigitur nec exiccetur ſed remaneat mollis & liquida, hæc proprie vocatur reſina. Quando ſimpliciter ponitur reſina pini raſa debet intelligi, id eſt non carpinata vel frixa. Autor pandecta.

Roſmarinus quando ſimpliciter ponitur aut libanotides debent poni folia, ſed quando ponitur anthos debent poni flores. Platea.

Sticados	Saliua	S
Saluia	Storax	
Sandalus	Sizeleos	
Spica	Sulphur	
Sal	Sizimbrum	
Sumach		
Staphiſagria		
Sizimbrium.		

Sticade quando ſimpliciter ponitur de arabico intelligitur & de flore. Vnde Meſue.

Melius eſt arabicum, & melior pars plantæ eius flos, poſt hanc folia.

Saliua quando ſimpliciter ponitur de ſaliua hominis ieiuni intelligitur, quia ſaliua hominis repleti cibo eſt debilis virtutis, hominis verò famelici eſt fortis & propriæ cuius cōplexio eſt calida. Paulus cap. proprio.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 117 sur 459

Saluia cum ſimpliciter ponitur de maiori intelligitur, minor verò eſt ſpecies eupatorij.

Storax quando ſimpliciter ponitur de ſtorace calamita intelligitur.

Vnde calamita proprie interpretatur bona guta, à kalos quod eſt bonum, & mitte quod eſt bonum, & mitte quod eſt gutta, inde calamita i. bona gutta. Autor pandectarum.

Sandalus quando ſimpliciter ponitur de citrino intelligitur Vnde Serap. lib. ag. cap. Sandal. Melius ex ſandalis eſt citrinum pingue, poſt citrinum, rubeum, & eſt magis ſiccum citrino, & poſt ipſum album. Sizeleos cum ſimpliciter ponitur, de ſemine intelligitur, illud enim eſt quod ex eo eſt in vſu medicinali. Serap. lib. ag. cap. Sizeleos.

Spica cum ſimpliciter ponitur communis vſus apothecariorum tenet quod debet poni ſpica nardi.

Sulphur quando ſimpliciter ponitur, de extincto intelligitur licet viuum ſit maioris efficaciæ. Vnde Platea. Viuum maioris eſt efficaciæ, ſed minus datur.

Sal cum ſimpliciter ponitur de communi intelligitur.

Sumach quando ſimpliciter ponitur: de cortice grani eius intelligitur. Vnde Serap. lib. ag. ca. Sumach authoritate. Dia. Iuuamentum eius eſt in cortice granorum, & Gal. Melius quod eſt in tota arbore eſt cortex grani eius.

Staphiſagria quando ſimpliciter ponitur: de ſemine eius intelligitur. Semen enim eius eſt id ex ea quod vſui medicinæ cõpetit. Pla.

Sizimbrij duæ ſunt ſpecies vna quidem ſpecies eius eſt centonica, & ſizimbrium quod vocatur menta aquatica ſiue balſamita, & iſtud dicitur ſizimbrium ſilueſtre.

Quando autem ſizimbrium ſimpliciter ponitur, de domeſtico intelligitur. Platea. vnde pau. ca. de ſizimbrio Domeſticum eſt nobis in vſu.

Tres flores cordiales. T

Tres flores cordiales quando ſimpliciter ponuntur, debent intelligi flores violarum boraginis & bugloſe.

Viola. V

Viſcus.

Viola cum ſimpliciter ponitur, de purpurea intelligitur. De hac enim ſolum locutus eſt. Serap. lib. ag. ca. Feneflig. quoniam vſus eius magis conuenit medicinis, imo aliæ ſpecies violarum ſunt ſpecies keiri. Author pandecta.

De permutationibus medicinarum.

CAP. X.

TEnetur ſcire Apothecarius permutationes medicinarum, ſiue quid pro quo, vt vna ſibi deficiente aliam accipiat, ſimilis virtutis.

Iſtæ autem ſunt quæ ſolent adinuicem permutari ſecundum ordinem literarum minoris alphabeti.

Acatia.	Azarum.	A
Antimonium.		
Armoniacum.		
Anacardus.		
Acorus.		
Ariſtologia	Aſafætida.	
Alchanna	Aloes	

Abſinthium Aniſum.

Pro acatia ponitur ſuccus prunellorum agreſtium immaturatorum. Auicen. ij. can. ca. de acatia. Et dicit conſtan. quod loco eius ponitur hypoquiſtidos.

Pro azaro ponitur pondus ipſius & medium de acoro & ſexta ponderis eius amomi.

Pro antimonio ponitur ſtagnum aduſtum. Auicen.

Pro amoniaco ponitur ſordities alucaris apum. Auicen.

Pro anacardo ponitur quarta ponderis ipſius de balſamo Io. de ſancto amendo in areolis ſuis. Idem etiam Aui. ponit vltra Auicen. loco eius quintuplum eius ponderis de bondaca. i. auellana ponit vltra tertiã ponderis de napta alba.

Pro acoro in depellendis ventoſitatibus & iuuamento quod facit epati & ſpleni ponitur æquale pondus de cimino cum tertio ponderis de Ariſtologia. Auicen.

Pro ariſtologia rotunda ponitur pondus æquale de zurumbet, & tertia ponderis de mace, & medietas ſui de coſto, & pro longa ponitur põdus æquale de zeurumbet, & medietas ſui de pipere albo. Auicen.

Pro aſſa fœtida ponitur æquale pondus eius de odorifera, & pondus & ſi de Serapino.

Pro alchanna ponitur in aborſu & iuuamento quod facit in venis æquale pondus ipſius de ariſtologia longa & mentaſtro Io. de ſancto amando in areolis ſuis.

Pro aloe ponitur duplum ipſius de litio.

Pro abſinthio ponitur polium aut ſceha armenium. i. ſticade citri num, & in confortando ſtomacho ex azaro quantum ipſum eſt cum medio pondere myrobalanorum. Auicen.

Pro aniſo ponitur carui quantum ipſum eſt Auicen.

Behen
Bedereg B
Bedegar
Balauſtia.

Pro behen ponitur quantum ipſum eſt de rubea, & medietas ſui de cortice caſielignæ: & decima ponderis eius de mace. Auicen.

Pro bedereg ponitur ſemen nauſturcij, vnde Galenus vi. ſim. phar. ca. Eriſmon Seminis huius herbæ ſapor ſapori ſeminis naſturtij, & virtus eius eſt ſimilis virtuti illius niſi quia eſt calida inflammatiua. Hæc ille.

Pro balauſtia ponitur cortex glandis & caput granati. Auicenna.

Pro bedegar in febribus ponitur fumuterræ.

Camomilla
Caſtoreum C
Cinamomum Crocus.
Cypreſſus
Cordumeni Coſtus
Caſiafiſtula
Chimolea
Condiſus
Cardamonum maius.
Camepitheos.

De Camomilla dicit dia. quod ſi florem eius non habueris, folia & radix eius virtutem complẽt, nam duæ partes foliorum implent virtutem florum, ideo pro ipſa debẽt poni, & Auicen. dicit quod in confortatione cerebri pro ipſo ponitur berengeſif.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 119 sur 459

Pro caſtoreo ponitur quantum ipſum eſt de acoto, & quanto medietas ipſius de pipere. Auicen.

Pro cinamomo ponitur cortex caſieligneæ, aut duplum ipſius de cubebis.

Pro croco ponitur ſimile pondus ipſius de coſto, & quarta ponderis eius de ſpica, & pondus ipſius de corticibus caſilgineæ Aui.

Pro cypreſſo ponitur medietas ponderis eius de cortice granati, & pondus ipſius de ſarcocolla rubea. Auicen.

Pro cordumeni ponitur harmel aut ſquinantium. Auicen.

Pro coſto ponitur medietas ponderis eius de pyrhetro. Aui

Pro caſiafiſtula ponitur pondus ipſius de tereniabin, & triplun põderis eius de carne paſſæ, & octaua ponderis ipſius de turbith, & quando que loco paſſæ ponitur liquiritia.

Pro chimolea poni ur illud quãdo inuenitur ſub rota acuendi gladios, & quod ex ferro a lapide cõficitur. Serap. li. agca: de tumore pedum prægnantium.

Pro condiſi in ſternuationibus vtimur elleboro albo autor Pandectarũ. & in vomitu loco ipſius vtimur nuce vomica in eod em põdere con tertio ſui ponderis de pipere.

Pro cardamomo maiori vtimur cardamomo minori & econtra, Sera. li. ag. ca. cacola. & heil. vbi dicit quod virtus minoris eſt ſicut virtus maioris, niſi quod propter eius ſubtilitatem conferet plus digeſtioni, & eſt magis deſiccatium.

Pro camepitheos ponitur medietas ponderis eius de ſizelos, & quarta põderis eius de caſialignea

Diamoron Doronicum D
Dariſahan.

Pro diamoron ponitur ſuccus mororum coctus cum melle & diſpumatus. Platea.

Pro doronico ponuntur duæ tertiæ ponderis ipſius de gariofilis. Auic. Pro dariſaham ponuntur fructus aliembuch & eſt xiliqua vel xilo caracta ſcilicet duę tertiæ ponderis ipſius & in iuuamentis neruorum ponderis eius de azaro & medietas ponderis ipſius de abſinthio. Auicen. E

Eupatorium
Elleborus niger.

Pro eupatorio ponitur pondus eius de azaro & medietas ponderis ipſius de abſinthio.

Pro elleboro nigro ponitur medium ipſius de mexerion, & duæ tertiæ ponderis eius de agarico. Filius autem Meſegne dicit quòd loco ipſius ponitur condiſi. Auic. F

Ferrum Folium
Feſſire
Fumus terræ.

Ferrum, ferrugo: ſquama ferri, eiuſdem ſunt virtutis, ideo vnum pro alio ponitur. Autor pandectarum.

Folio albo caremus, ſed loco ipſius ponuntur folia gariofilorum, vel ſpica nardi. Plat. vel ponitur pondus eius de mace. Auic.

Pro feſſire id eſt vite, alba, ponitur pondus ipſius de doronico, & duæ tertiæ ponderis eius de mace Auicen.

Pro fumo terræ in ſcabie & febribus antiquis, ponitur quantum eſt medium ponderis eius de ſaue de mecha. Auicen.

Gentiana G
Galbanum

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 120 sur 459

Galanga.

Pro Gentiana ponitur quantū ipſum eſt, & quantum medietas eius ex azaro, & quantum medietas eius de radice capparis. Auicenna.

Pro galanga ponitur kerfat gariofilatum, id eſt cortez arboris gariofilorum. Ian.

Haſce

H Hermodactylus

Pro haſce, id eſt thimo ponitur origanum montanum vel epithymum. Auicen.

Pro hermodactylo ponitur in doloribus iuncturarum pondus eius de foliis alchannæ & medietas ponderis eius de bdellio. Aui.

Ipericon Iſopus

I Pro Ipericon ponitur pondus ipſius de ſquinanto, & pondus ipſius de radice capparis. Auicen.

Pro yſopo ponitur ſanſuci tantundem & medium eius.

Litium Laurus

L Lingua auis.

Pro litio ponitur pondus æquale ex faufel & ſandalo mixtis æqualiter.

Pro lauro ponuntur folia zizimbri. Auicenna.

Pro lingua auis in mouendo coitum: ponitur æquale pondus ipſius de nuce excorticata. Auicen.

Melliſſa Mentaſtrum

M Mel cannæ Myrrha.

De melliſſa dicit Gal. vij. ſim. phar. quòd multum differt à praſſio, ideò vnum pro alio non debet poni quamdiu poterit reperiri. Si verò aliquando non fuerit praſſium, licet hoc vti in omnibus, in quibus vtimur illo ſcientes quòd actu deeſt.

Iſtis omnibus mentaſtrum pulegium, camomilla, calamentum, montanum, & calamentum, fluuiale: vnum pro alio vtimur, ſunt enim eiuſdem virtutis. Autor pandec. in expoſitione huius termini Bliconium.

Pro melle cannæ ponitur mel apum. Io. Mat. ſuper nono almanſoris cap. de cephalea. Dicitur quòd pro myrrha ponitur medietas ponderis eius de pipere, ſed dicit Auicenna quòd nihil eſt.

Nabach

Naſturcium

Nux muſcata. N

Pro Nabach ponit Gal. & Sera in vnguentis & confectionibus aromaticis calamentum montanum.

Pro ſemine naſturcij ponuntur eius folia exiccata & non viridia, vnde Sera. lib. ag. cap. Iorſalbathebe id eſt naſturtium &c. Dicitur quòd quando naſturtium exiccatur fit eius virtus ſicut virtus ſeminis eius & dum & recens propter humiditatem aquoſam quæ eſt in eo, habet virtutem debiliorem virtute ſeminis eius.

Pro nuce muſcata ponitur ſpicę æquale pondus. Auicen.

Opium

Opponacum. O

Ozimum gariofilatum

Oppobalſamum

Oleum laurinum

Oleum de alchanna

Oleum de vrtica

Oleum roſarum

Oleum de kerua.

Pro opio ponitur triplum ponderis eius de ſemine iuſquiami, & duplum eius de ſemine mandragoræ. Auicen.

Pro oppoponaco ponitur fiſcus.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 121 sur 459

Eſtimat etiam Auicen. quòd armoniacum eſt ei propinquum in virtute.

Pr ozimo gariofilato ponitur melliſſa in paſſionibus cordis & melinæ. Ian.

Pro oppobalſamo ponitur myrrha liquida.

Pro oleo laurino ponitur pix liquida. Auicenna.

Pro oleo de alchanna ponitur oleum ſanſucinum. Auicen.

Pro oleo de vrtica ponitur oleũ de carthamo. Auicen.

Pro oleo Roſ. ponitur oleum violatum, & oleum de nenufare. Auicen.

Pro oleo de kerua ponitur oleum rafaninum. Auicen.

Polipodium Polium.
Papauer.

Pro polypodio ponitur epithymum & medium ponderis de ſale indo. Auicen.

Pro polio ponuntur in extractione vermium & prouocatione menſtruorum & vrinæ, pondus æquale de lignis granati viridibus, & duæ tertiæ ponderis ipſius de corticibus lignorum caſieligneæ. Auicenna.

Dicit Auicenna in cap. de lactuca, quod lactuca agreſtis eſt in virtute papaueris nigri.

℞ Ribes Rob
Rob de ribes
Rob de moris
Rob de citoniis
Rob de granatis
Rob myrtinum.

Pro ſucco ribes ponitur ſuccus acetoſæ. Meſue. in ca. rob. de ribes.

Pro rob ponuntur carnes paſſularum. Iacobus de partibus Pariſien. doctor modernus vir magnæ autoritatis inter modernos quarti prima ca. de tuſſi febricitantium.

Pro rob de ribes de intentione Meſ. ponitur ſuccus acetoſæ, aut ſyrupus eius, vult tamen Chriſtoforus Geor. in expoſitione ſua ſuper antidotario Meſue, quòd loco rob de ribes vtimur ſyrupo myrtino aut miua ſimplici.

Pro rob de moris vtimur diamoron. D. N. Chriſtoforus Geor. vbi ſupra.

Pro rob de citoniis vtimur miua citoniorum vel miua ſimplici. Idem Chriſto.

Pro rob de granis vtimur ſucco granatorum. Idem Chriſto. vbi ſupra.

Pro rob myrtino vtimur ſyrupo myrtino. Id. Ch. vbi ſu.

S
Spica celtica Storax
Spodium Squilla
Staphiſagria Sal indum
Serapinum Sucutum
Secacul Sandalus
Semen cucurbitæ

Pro ſpica celtica ponitur ſalinuca. Platea.

Pro ſtorace ponitur æquale pondus de caſtoreo, & duplum ponderis eius de oleo ſizamino. Auic. in ij. can. cap. Lubue.

Pro ſpodio ponitur ebur combuſtum, vel quòd melius eſt, cinis qui inuenitur ſuper fornace argentariorum. Sera. lib. ag. ca. abayſir.

Pro ſquilla ponitur cordumeni in equali pondere, aut pondus æquale, & tertia ipſius de acoro, aut tertia ipſius de amomo, Auic.

Pro ſtaphiſagria ponitur pyrhetrum. Io. de ſancto amando in areolis ſuis.

Pro ſale indo ponitur zucca-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 122 sur 459

rum candi. Autor Pandect.

Pro ſerapino ponitur gumma cedri, & alij dixerunt pini maſculi, & alij dixerunt quòd ponitur pondus ipſius & medium de oppoponaco.

Pro ſucuto ponitur ſuccus foliorum lactucæ aut aqua ſolatri. Auicen. c. ſucutum, verum videtur quod Auicen. videtur neſciuiſſe quid eſſet ſucutū, cum dicit quòd dicitur quòd eſt ſemperuiua, & dicitur quod eſt ſpecies ſeminis mādragoræ, & ſic non accepit ſucutum niſi dubiè pro ſemine mandragoræ aut pro ſemperuiua, & ſic quia in ipſis ponitur aqua ſolatri aut ſuccus foliorum lactucæ.

Pro ſecacul ponitur ſatyrion. Auic.

Pro ſandalo quantum ad virtutem eius infrigidatiuam ponitur faufel. Ian. in litera F. in expoſitione huius termini faufeli.

Pro ſemine cucurbitæ ponuntur ſemina malorumdulcium. Platearius.

T

Theſifiæ — Taratif
Tyriaca — Terebentina
Tuthia — Tricon
Trociſci de tyro

Pro theſifie ponuntur duæ tertiæ ponderis eius de dragaganto, & tertia eius de euforbio. Auicen.

Pro taratif ponitur medietas ponderis eius de cortice oui aduſto & abluto, & ſexta ponderis eius de gallis, & decima ponderis eius de gummo arabico. Auicen.

Pro tyriaca ponitur triplum ponderis eius de zedoaria.

Pro terebenthina ponitur gummus gariofilorum glutem enim gariofilorum exiſtit in virtute glutinis alboti. Auic. ca. de garioſi.

Pro tuthia in paſſionibus oculorum ponitur cinis foliorum oliuæ ſimul cum floribus, qui ita debent fieri. Accipe folia ipſa cum flore & ſimul pone in olla terrea cruda, & obtura os eius & dimitte in fornace donec illa coquantur deinde proiice ſuper ea vinum quouſque infrigidentur & ſimul confice, & iterum combure ſicut prius poſtea laua ſicut lauatur ceruſa, & fac trociſcos, Creditur enim quòd quando comburuntur hoc modo: quòd non ſit earum virtus minor virtute tuthiæ in iuuamēto oculi: & ideo creditur quòd virtus huius ſit ſicut virtus illius. Serap. li. ag. c. cahitaitō, idem Bul. in ſerui.

Omnia nomina terminata in tricon capillum ſonant, ideò pro eodē accipiuntur ab eodem enim affectu ſunt impoſita, ideò hæc polytricon, alianthos, gallitricon, capilius veneris, pro ſeinuicem accipiuntur. Serap lib. ag. c. Berſegaſcen.

Pro trociſcis de tyro in tyriaca ponuntur trociſci facti de diptamo & tormentilla. Saladinus.

Vicetoxicum — V

Vineæ.

Pro vicetoxico ponitur arnal tormentillam.

Pro vineæ ponitur pondus eius de cordumeni. Auicen.

Zedoaria. — Z

Pro zedoaria ponitur ariſtologia, vnde Auic. zedoaria eſt in virtute ariſtologiæ & dicit etiam in fine ca. eius: quòd triplum ponderis eius ponitur pro vno tyriacæ. Et dicit filius Meſengue, quòd ipſa in operatione ſua eſt ſicut dorūgi id eſt doronicum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 123 sur 459

De ponderibus & mensuris.
CAP. XI. ET VLTI.

DIstinctio mensurarum & ponderum tribus de causis diuersificatur. Primo ratione diuersarum prouinciarũ vt aliud est kist Romanum, & aliud kist Italicum. Secundo ratione diuersarum medicinarum, vt aben mellis, & aben olei. Aben enim mellis sunt minæ duæ & aben olei sunt minæ duæ ß. & coclear mellis est pondus iiij. aureorum, & coclear medicinę est aure. j. Tertio diuersificantur ratione autorum, vt verbi gratia in distinctione ponderum & mensurarum quam ponit Auice. ex breuiario alseyl, scribitur quòd kist mellis est põdus li. viij. & ex breuiario Serap. scribitur quòd kist est pondus duarum ℔. cum dimidia. Similiter etiam differt Nic. ab aliis in põdere sextarij, quia ponit sextarium esse pondus ij. ℔. ß. Sed Auicen. & Ser. ponunt sextarium esse pondus vj. ʒ. & ij. dauich.

Attende ergò quòd ista sunt diuersa ponderum & mensurarum genera, quibus vtimur in medicina secundum ordinem minoris alphabeti.

A
Acetabulum
Aureus
Adarcami
Asuesim
Arseti
Adorat
Alem vrinæ
Abemen vel alemen
Armo
Alasacrayati
Alcomuna
Athuatu
Alnuluzeth
Auellana
Adari
Arsat
Arnula
Aben
Adasafati
Alsatil
Alimilmeisi
Alkantus
Aldegurach
Alse
Alsulef.

Acetabulum nomen mẽsuræ est quartam partẽ heminæ continentis, & est secundũ Isid. xij. ʒ. aliqui antiqui exposuerunt quantũ testa oui capere potest, quandoque inuenitur acetabulis scriptũ. Ian.

Alnulusetb est pondus ʒ. ij. vnde Aui. cap. de agarico & quandóque in potu dantur ex eo tres alnulusetb, & Sera. li. ag. cap. agaricus dicit quòd possumus dare ʒ. ij. sic ex cõcordia horum patet ꝙ alnulusetb est põdus ʒ. ii. Dic quod inter istos nulla est cõcordia, quia tres alnulusetb essent vj. ʒ. & talẽ dosim de agarico non cõuenit exhibere, sed Ian. exponit quod alnulusetb est obolus, i. xij. gra. & melius.

Aureus assumptus communiter. Serap. & Aui. est pondus. ʒ. j. ß. sed in reiveritate im medicinis magnę potentiæ, siue sint solutiuæ siue non, aureus est minus quàm ʒ. Dicit enim Sera. cap. de probatione tyriacæ. Et des de tyriaca ad quantitatem lupini, & est medius aureus. Et Auic. cap. de cura alchites, dicit & sumat de pilulis fulirinis in potu debilis aureũ. j. & fortis. ʒ. j. & ita patest in istis quòd aureus sit minus quàm. ʒ.

Auellana est aureus j. siue. ʒ. j. ʒ.

Adarcaimi secũdum Serap. sunt sex oboli, & est pondus. lxxij. granorum hordei.

Adari secundum Serap. est pondus trium liibrarum.

Asuesim secundum Serap. est pondus. ʒ. xviij.

Arsat est pondus. ℥. ca. & xx. secundum Serap.

Arseti Romani est pondus idem scilicet. ℥. cap. xx.

O

Amula, vel anula, vel anguem, quę idem ſunt & eſt pondus ſecũdum Serap. aureorum vii.

Adorat ſecundum Auic. eſt pondus trium librarum.

Inueniũtur aben mellis, & abẽ olei & eſt aben mellis ſecundum Serap. pondus ii. minarũ, ſed aben olei eſt pondus vnius minæ, & ß.

Alem vrinæ ſecundum ſerap. eſt pondus xxv. ſextariorum.

Abemen vel alemen ſecundum Auicen. eſt ſextaria. v. & ʒ. xxxi. & antuli iiii. Et attende quod vbi dicit Auicen. antuli dicit Ser. & melius armo.

Armo eſt pondus xxiiii. gra. hordei.

Adaſafati magna ſecundum Ser. eſt pondus ʒ. v. & gra. xvi. hordei ſed adaſafati parua ſecundum Ser. eſt pondus vii. ſemimet.

Alſacrayati apud Auicen. eſt nomen ponderis gra. m. ccc. Et alibi. alſacrayati magna granorum c. lxviii. parua verò granorũ lxxxiiii. Ian.

Alſati arab, eſt nomen ponderis apprehendens gra. v. c. lxxviii. Idẽ Ian.

Alcomuna ſecundum Serap. eſt pondus trium ʒ.

Alimilmeiſi ſecundum Sera. eſt pondus ʒ. i. ß.

Althuatu idem ſecundum. Sera.

Alkantes ſecundum Auicen. eſt pondus ʒ. ß.

Aldegurach vel danguarie ſecũdum Auicen. eſt pondus ʒ. iiii.

Alſe eſt pondus ʒ. iiii. ß.

Alſulef olei ſunt ʒ. vi.

Alſulef melis eſt pondus ʒ. iii. id eſt quartis i.

B Briala.

Briala ſecundum quoſdã eſt menſura continens ʒ. iiii. vnde Auice. primo can. cap. de regimine aquæ & vini, dicit ſuper cibũ duas brialas aut tres bibere non nocet ei qui contentus eſt.

Charine Coclear C

Coathi vel ſciathus.

Cohus mellis

Cohus olei Cohus vini

Choatus Carboni.

Charine ſecũdum ſerapionẽ, eſt quarta pars ʒ. i. & ſunt gra. xvi.

Coclear medicinæ ſecundũ Aui. eſt aur. i. ſed coclear melis ſecũdũ Sera. & Aui. eſt aurei. iiii.

Cohati vel cyathus eſt ʒ. iii.

Cohus melis eſt ℔. xiii. ß.

Cohus vini eſt ℔. x.

Cohus olei eſt ℔. ix.

Carboni eſt ʒ. xviii. ß.

Choatus vel choates eſt põdus ʒ. i. ß. ſed cohatus olei eſt darkimet. xii. Et cohatus vini eſt ʒ. i. & medietas darkimet & tertia. Et choatus mellis pondus ʒ. ii. & iiii.

Drachma. D

Drochimi ſiue darkimet.

Dorach

Dauich.

Drachma ſecundum omnes eſt pondus. ϑ. trium, & debet ſic figurari. ʒ.

Dorchimi ſiue darkimet eſt põdus aurei. i.

Dorachital cum eſt Iohein viii. & Iocin eſt acfac roma. vi. & quid ſit acfac dictum eſt.

Dauic eſt nomen ponderis viii. granorum hordei. Ian.

Exagium Erub. E

Exagium ſecundum Nicolaum & ſecundum communem opinionem eſt pondus. ʒ. i. ß.

Erub mellis ſecundum Auicen. eſt pondus, ii. lib. ß. ſed erub. olei

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 125 sur 459

est mina.i.& ß.

F Faba græca
Faba alexandrina
Faba ægyptiaca
Faba bassiria
Faba græca est ii.semimet aut ii.oboli.

Faba alexãdrina est pondus ʒ.i.ß. & grana xii.

Faba ægyptiaca est quatuor semimet & est ʒ.i. ß.

Faba bassiria est pondus. ʒ.ii. & granorum xvi.

G Gormia.
Gormia est quarta pars ʒ.i, ß.

K Kist.
Kirat vel kirates.
Kise Kadus.

Kist. Serap. in septimo in confectione electuarij de cytonis auctoritate Gale. dicit quòd kist romana est lib.i.cum dimidia. Et dicit Auicenna cap. de sciatica quòd kistus est cotile.ii.lib.& libro de doctrina Græca exponitur quòd est cadus i.ex cap. Auicen. supradicto in fine quinti quod extractum est ex breuiario Serapionis dicitur quòd est pondus ʒ. xx. Et kistitalicum est. ʒ. i. ß. pro quo attende quòd vbi in libris Auicenna Mesue. Serapio. Rasis & aliorum arabicorum ponitur kist debet poni kist italicum, scilicet lib. ß. sed vbi in libris græcorum vt Nicolai. Gale. Alexandri & aliorum ponitur, kist debet poni kist romana, scilicet lib.ii. inueniũtur tamen kist olei, & kist vini, & kist mellis.
Kist olei est ʒ.xviii.
Kist vini est lib.lxxx.
Kist mellis est lib.c.viii.

Kirat exponit Christoforus, Georgius super Mesue.

Recepta trociscorum de cipero quod est pondus vii.gra.hordei. Exponit tamen Mũdinus, q̃ est siliqua & exponit quod est pondus trium granorum ordei, & hanc expositionem imitatus est. Sala.

Kisse est mensura continens iiii. lib. vini.
Hoc pondus habetur in de secretis Gale.

Kadus secundum Papiam exponitur quod est vas amphora dicta cõtinés tres ʒ. sed in lib. de doctrina græca exponitur pro situla.

L Libra
Libra medicinalis est ʒ.xii.

M Mina.

Mina alia est romana, & alia italica: quando simpliciter ponitur mina in libris arab. vt Auicenna. Serapio mesue, debet poni mina italica: sed in libris græcorum vt Galieni. Alexandri & Nicolai, debet poni mina romana mina italica est pon. ʒ. xvi. sed mina romana est pondus ʒ. xx. & secundum Papiam quem videtur insequi Ian. mina est pondus. ca. ʒ. communis vsus non insequitur ipsum.

N Nux magna pro pondere est põdus ʒ. ii. ß. gra. xviii.

Sed nux parua est auellana de qua supra.

O Obolus.
Obolus est ϶. ß.

R Raficij.
Raficij exponit Saladinus, quòd est pondus ϶. i. ß.

S Scrupulus
Semimet
Semimen
Sasureg
Suse.

Scrupulus est tertia pars vnciæ, secundum communem opinionẽ, & sic figuratur in medicina. ϶.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 126 sur 459

Semimet exponit Auicen. quod sunt minæ.x.ß.

Semimen est pondus.xiiii. gra. hordei.

Safureg in secretis Gal. exponitur quòd est pondus ʒ.i.ß.

Suse in de secretis Gali. enim exponitur quod est mensura continens.℔.vi.aceti.

V Vncia.

Vncia est põdus. ʒ. viii. vt tenet modus communis, in diuersis tamen regionibus variatur & debet sic figurari. ʒ.

Pro habenda memoria de diuersis medicinarum põderibus vsualibus, quia non omnia prædicta pondera sunt vsualia. Nota hos versus.

Collige triticeis medicinæ pondera granis. Grana quater quinq; scrupuli pro põdere pone in drachma scrupulus ter surgit multiplicatus.

Si solidum quæris tres drachmas dimidiabis.

Exagium solido differt in nomine solo.

Aureus exagio solido quoque purificatur.

Constat sex solidis vel ter tribus vncia drachmis.

Vncia pars libræ duodena quis ambigit inde.

Si quæras pondus quot habet sextarius vnus.

Librarum quinque pondus debes mediare.

Cotila sextario differt in nomine solo.

Continet heminas sextarius vt puto binas.

Vt fertur obolus semis scrupulus esse probatur.

Cætera mensuræ non sint tibi nota curæ.

Nam quia sunt ficta sordescunt, suntque relicta.

Non eris illusus si tenes quod tenet vsus.

Finitur particula prima huius secundi libri.

Secunda particula secundi libri incipit.

Finita particula prima huius secũdi libri præsentis opusculi vbi docuimus modos generales conficiẽdi omne antidotũ supereſt in reliquis particulis antidota describere. Describemus autem vt diximus, omnia antidota quæ à Nicolao & à Mesue dicta sunt, licet apud apothecarios nostros non sunt vsualia: quia forsitam aliqui medici eis vtuntur magistra liter, & in aliquibus regionibus quibusdam in aliis vero reliquis.

Vt ergo noster libellus sufficiat vbique describemus omni cum diligẽtia correcta & emendata quãtum ars correctionis sustinere potest, licet enim canones practicos nunquam recuperet intellectus: cum in sola experientia consistant & non in ratiocinatione: propter tamen discrimen magnum scribẽtium in libris practicæ maximus in his subsecutus, est error: adeo quôd vt testatur Gentilis in suo de proportionibus medicinarum sicut processus in prole specem primi partis debilitat donec iam non sit dignum nomen genitum antiquæ proli radicaliter assimila-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 127 sur 459

ri. Sic libri ſapientum propter ſcriptorum ignorantiam in adulterio ceciderunt, & qui prius a ſapientibus cum diligentia ſtudij & experientia fuerunt exarati iam totaliter corrupti videntur, nec ſunt qui prius erant. Vbi enim diſcurreris per antidotarios inuenies in eis maximā diuerſitatē maxime in pōderib⁹, ſæpe enī ſcribitur ℥. pro ℔ & ʒ. pro ℥. cuius error facit apothecarium libris adhærentē apothecarium equiuocè. Hoc autem opus noſtrum breue nebuloſam viam elucidabit, & textus bene correctos inſequitur. Inſequemur autem in hoc noſtro libello vt moris fuit ordinem literarum minoris alphabeti. Sed quia dificile eſt neque impoſſibile antidota ſic omnia ordinata ſerie alphabetica pertractare: cum eorum quędam ſub forma pulueris, & alia ſub forma confectionis ſolidæ, alia ſub forma electuarij diſpenſentur ideo vbi ſub vna litera deſcriptio antidotorum non inuenietur recurretur ad aliam. Sequitur ergo primo tractare in hac particula ſecunda de receptis antidotorum quæ incipiunt per A. & in reliquis particulis de aliis ordine prædicto.

In hac particula erunt receptæ ſequentes.

Aurea alexandrina. D. Nicolai.
Adrianum D. Nico.
Achariſtum D. N.
Athanaſia D. N.
Athanaſia magna. D. M.
Athanaſia minor. D. Aui. inv. can.
Alcancalon. D. N.
Antimarum. D. N.
Antidotum magogum. D. N.
Aniſum laxatiuum D. Nico.
Aromaticum roſarum ſtomachi confortatiuum. D. M.
Aromaticum roſarū maius D. M. Gabriellis quod ponit. M.
Aromaticum roſarū minus D. M.
Aromaticum muſcatum. D. M.
Aromaticum gariofilatum. D. M.
Aromaticum nerdinum. D. M.
Alipta muſcata. D. N.
Alkermes. D. M.
Alfera. D. M. cuius duæ ponuntur. ℔ tæ.
Almezerion. D. M.
Acetum ſquilliticum. D. M. cuius duæ ponuntur receptæ.
Acetum roſarum anthoſatum & ſambucinum quæ deſcribūtur ſub vna & eadem recepta.
Acetum paſſulanum. D. Ioan. matthei de gradi, doctoris moderni.
Aqua fructuum. D. M.
Aqua melis. D. M. Cuius tres ponuntur receptæ.
Aqua hordei ſecundum. D. Auic. prima quarti.
Acatia. D. Bulcra. in ſeruitore.
Amidon ex frumento. D. Bul. in ſeruitore.
Amidon ex hordeo. D. Bulcra in ſeruitore.
Amidon ex orobo. D. Bul. in ſerui.

ADDITIO.

In huius ſecundi preſentiſque particule ex hordiis: iſtius operis Autor pollicitus fuit deſcripturū omnia & ſingula antidota quæ & a Meſue & a Nicolao poſita inueniūtur cum quibuſdam aliis, quāuis vſualia non ſint, minime quoque apothecario neceſſaria videātur: eo quòd in diuerſis regionibus diuerſę diſpēſentur cōfectiones, quorum tamē bona pars (neſcio quorū inſcitia aut negligētia) in ſuperioribus omiſſa reperitur

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 128 sur 459

impressionibus, quamobrem cõmuni studentes vtilitati, ea quæ ante hac defuerũt huic nostre impressioni, ipsius authoris alphabeticum insequentes ordinem, supraddere operepreciũ existimauimus.

Sequitur ergo Additio super litera. A. Alchelendi. D. M.

Aurea alexandrina. D. N.

℞. Azari
Seminis iusquiami an.ʒ.ij.ß.
Gariofilorum
Myrrhe
Ciperi
Opij thebaici an.ʒ.ij.
Balsami.
Cinamomi electi
Folij
Zedoariæ.
Zinziberis
Coralli
Euforbij
Dragaganti *b*
Thuris
Storacis calamitæ
Saliuncæ *c*
Cardamomi.
Sizelei
Saxifragiæ
Anisi an.ʒ.i.
Ligni aloes
Reubarbari *d*
Reupontici
Aliptæ muscatæ
Castorei
Spicæ nardi
Galange
Oppoponaci.
Anacardi
Costi
Casieligneæ
Carpobalsami
Meu
Napei
Aneti

Masticis *e*
Sulphuris
Yringi
Rosarum
Thimi *f*
Acori
Pulegij
Peonie
Vtriusque aristologiæ. *g*
Gentianæ
Corticis mandragoræ
Camedreos
Fu
Baccharum lauri
Dauci cretici
Ameos
Macropipris
Leucopiperis
Xilobalsami
Carui
Petroselini
Leuistici
Seminis rutæ
Seminis cinoni an.ʒ.ß.
Amomi
Auri cocti *h*
Argenti meri.
Ambarum margaritarum scilicet perforatarum & non perforatarũ glosa.
Balactæ byzantiæ
Ossis de corde cerui an. gra. xiiij.
Limaturæ eboris
Calami aromatici.
Pirhetri an.gra.ix.vel gra.viij.
Mellis quod sufficit.

Adrianum. D. N. *i*

℞. Opij thebaici ʒ.iij.
Xilocasiæ
Iusquiamy albi an.ʒ.ii.ϑ.ii.ß.
Leucopiperis
Euforbij an.ʒ.ii gra.vi. & tertiam

a Subtilissime pulueriset azarũ hic in aurea alexandrina vt repat ad vias vrinæ, Hæc recepta raro inueniuntur preparata aliquis tamẽ ea magistraliter vtuntur et seruatur per sex annos. Sal b Hic debet poni dragagãtũ citrinũ aut subrusũ & non album quia confectio est calida, saltem post eius debitam fermetationẽ quæ est post medium annum. c Pro saliũca pone spicam celticani. d Aliqui ponunt solum modo reubarbarũ & non reupõticum & bene. e Hic debet poni mastix, citrinum aut subrusum f Hic debet thimus subtilissimè pulueriſari, vt per eius subtilitatẽ repat ad vias vrinæ g Aliqui ponunt solum aristologiã longã & non rotundã quod credo melius. h Expone in hac confectione au. cocti i. purissimi, quia per decoctionem depuratur & debent aurum & argentum subtilissimè limari cum lima parua in pelui plena aqua: & debet lima sepius ablui cum aqua aut fricetur supra cotem: et fiant similiter postea dimittatur residere aqua et lima-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 129 sur 459

partem gran. i.
Seminis apij.
Seminis sizeleos an.ʒ. i.ʒ.ß.gra.ii.
Folij Origani.
Dragaganti an. ʒ.i. a
Oppobalsami
Storacis calamitæ
Zinziberis
Xilobalsami.
Petromacedonici Carpobalsami
Ciperi an.ʒ.i.minus gra.vi.
Maratri.ʒ.ii.gra.viii.
Calami aromatici ʒ ii.gra.ii.
Spicæ nardi
Cinamomi Croci
Costi Reupontici
Pithetri Acori
Dauci cretici
Anisi.an.ʒ.ß. gra.vi.
Castorei.ʒ.ß. Serapini.
Mirrhæ Rosarum.
Cardamomi
Amomi
Seminis rutæ agresti.
Ameos an.ʒ.i.gra.iiij.
Casiefist.ʒ.i.
Alij addiderunt lilifagi.ʒ.i.
Melix quod sufficit.

Reupontici Myrrhæ
Storacis calamitæ
Oppoponaci,
Bdelli mollis aut iudaici
Armoniaci
Olibani,
Cicidon
Spicæ celticæ
Abrotani, Acori
Azari
Bractei,
Roris syriaci. Sumach
Squillæ. Danidis
Pirhetri Anisi
Amoni Psilij
Ozimi
Dauci cretici
Leuistici
Maratri,
Miconis
Leucopiperis
Melanopiperis
Florum syriaci an. ʒ. ii.
Macropiperis
Elemni ʒ. i, ß.
Ellebori nigri
Zinziberis an. ʒ. i.
Mellis quod sufficit.

Acharistum. D. N. b desagreable

℔.costi Galbani
Opij Finicon indij
Hyssopi Selini an.ʒ.i.
Spicæ nardi Corali
Croci Xilobalsami.
Casiefistulæ.i. casieligneæ, c
Calami aromatici

Athanasia. D.N.

℔.cinamomi
Casiæfistulæ.an.ʒ.iii.gr. viii. d
Croci
Squinanti
Storacis calamitæ
Fu Sizelei

tura defæcandet ad fundum et illa limatura est quæ debet poni in medicinis aliqui tamen propter ab breviare ponunt auru & argentū foliatum.

a Adrianū conseruatur annis septē. Sala. Confectio tamē nō est usualis: nec præparata reperitur in a In adria. debet poni dragagātū citrinū aut subrusum non album.

b Confectio acharistunō est usuale, nec præparata reperitur.

c Quidquid dicat Platearius ibi debet esse casiefistulæ i. casieligneæ pro quo attende quod antiqui casiamfistulā vocabāt casiamligneā. Nam si legis capitulum Dio de casiafistula cum capitulis Auicen. & Sera. de casiæ ligneæ in-

uenies quod idem dicunt. Et quod sit verum quod antiqui vocabunt casiamligneam casiamfistulam potest. Nam Casius Felix in cap. de doloribus stomachi in descriptione pigre. Ga. vbi casiam ligneam alij scribunt ipse scribit casiamfistulam. Et ita similiter hoc fuit, vt piè creditur, quòd vbi supra lycasiæ fistulæ scribitur in glo. id est casieligneæ scriptores ignari remouerūt li. i. & vtrāque scripserunt. Debet ergo hoc scribi casiefistulæ, id est casieligneæ, cum hæc confectio nec sit laxatiua, nec competere videatur casiafistula ex suis proprietatibus sicut in quam plurimis aliis etiam antidotur sequentibus reperitur casiafistula & per hanc intelligere debes casiamligneam, vt exemplificat Ianuē. de athanasia. d Vide ergo ex dictis Ianuen. quod similiter in hac confectione athanasiæ debes glosare casiefistulæ i. casieligneæ vt dictum est.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 130 sur 459

a Hic pulueriſa aſarũ tantũ quod repat ad vias vrinæ.

Betonicæ
Seminis iuſquiani
Apij Aniſi
Dauci cretici
Opii.an.ʒ.i.ß.gra.iii.
Spicæ Folii
Caſtorei Mirrhæ
Lapidis ematithes
Sanguinis draconis
Coralli rubei Goſti
Mumiæ /
Boli armenici
Simphiti
Lempinas
Azari a Acori
Corticis mandragoræ Polij
Baccharum lauri, Meu
Macropiperis
Leucopiperis
Petroſelini an.ʒ.ß.
Mellis quod ſufficit.

b Iſta confectio cõmuniter nõ inuenitur preparata aliqui tamen medici eam magiſtraliter vtũtur.

Athanaſia magna. D. M. b

℞. Croci
Myrrhæ. Opij
Caſtorei
Seminis Iuſquiami
Coſti
Cordumeni
Spicæ
Eupatorii
Hepatis adip.

c Cornu dextri cerui dicit Chriſtoforus Georgius quod melius eſt.

c Cornu dextri capræ aduſti. in alio cornu dextri cerui an. partes æquales, terenda terantur & alia quæ liquefiant cum vino confice cum melle diſpumato.

d Iſta confectio nõ inuenitur preparata neque venit in vſum pe nes apothecarios noſtros preparata vero cõſeruatur, annis trib⁹ Saladinus.

d Athanaſia minor. D. Auicenna v. can.

℞. ſtoracis calamitæ.
Croci
Coſti
Spicæ nardi
Opii.
Caſielignææ an.ʒ.iiii.
Succi eupatorii ſc.ſicci ʒ.viii.
Radicis lilii ʒ.xii.
Mellis quod ſufficit.
Alii addunt.
Mirrhæ
Xilobalſami an. ʒ.iiii.

e Alcaucalon non venit in vſum nec inuenitur preparatum.

e Alcancalum. D. N.

℞. Corticis myrobalanorum
Citrinorum
Kebulorum.
Indorum an.ʒ.vii.
Seminis portulacæ
Seminis violarum
Seminis ſcariolæ an.ʒ.ß.
Bellirici
Emblici an.ʒ.i.gra.vii.
Maſticis ʒ.ii.ϑ.i.
Thamarindorum ʒ.iii.
Florum nimphe.
Berberis
Been rub.

f In alio. i. vn. & ſe. & melius.

f Reubarbari an.ʒ.i.gra.iiii.
Medullæ caſiefi.ʒ.iiii.
Confice ſic. in ℔ ii. aquæ bulliat vncia ß. violarum aliquantulum donec aqua coloretur, & poſtea ab igne deponatur & coletur & de eadem aqua accipe. quæſtio. ſ. ad abluendum prædictam caſianfiſtulam & thamarindos, & cola per caſſolam & cum alia aqua addatur. ℔.ß. zuccaræ & bulliat vſque ad conſumptionem aquæ, & poſtea addantur colaturæ caſſiefiſtulæ & thamarindorum, & iterum bulliant vſque ad ſpiſſitudinem ſyrupi,& ſi vis probare ſi coctum ſit, ponatur ſupra marmor, & ſi adhæret quaſi mel coctum eſt, & tunc ab igne deponatur, & aliquantulum in frigidari permittatur. Deinde puluis ſupradictarum ſpecierum ſuper aſpergatur, & cum ſpatula agitentur donec incorporentur.

Antama-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 131 sur 459

a Antamaron.D.N.
℞.aloes ʒ.v.ß.gra.vj.
Casiefi.ʒ.j. gra. vj.ß.
Croci. ʒ.ß.
b Azari. ϑ.ij.gra.v.
Xilobalsami.ϑ.j. gra.ij.ß.
Cinamomi.ϑ.ij.gra.v.
Yreos.ʒ.j.
Barbæ aaron
Dragunteæ añ.ϑ.j.gra.ij.ß.
Agarici
Coloquintidæ
Nitri
Euforbij
Castorei añ.ϑ ij.gra.v.
Ellebori nigri ʒ.ß.
Alexandrij
Apij
Petroselini añ.ϑ.ij grana v.
Coconidij
Diagredij an.ϑ.ij.gra.v.
Mellis quod sufficit.

Antidotum hæmagogum.D.N. c

℞.Acori
d Azari
Amomi
Seminis atriplicis
Maratri an.ϑ.j.gra. vj.
Anisi.ϑ.ij.
Aristologiæ longæ
Arthemesiæ
e Casieligneę an.ϑ.ij.gr. xiiij
Cętaureęminor.ϑ.j.gra.vij
Centaureæ maioris.
Dauci cretici an.ϑ.ij.
Ellebori nigri.ϑ.i.
Folio rũ lauri.ϑ.j. ß. gra.iij.
Liquiritiæ rasæ.ʒ.j.ϑ. j.
Lupini ʒ.ij.
Melancij.ʒ.ij.
Mirrhæ.ϑ.ij.gra.xiiij.
Orobi. ϑ j.
Stipteræ ϑ.ij
Macedonici.ϑ.j.
Pirhetri.ϑ. ij.gra.xiiij.
Piperis nigri ʒ.j.ϑ.ij gra.vij
Pulegij regalisϑ.ij.gra.xiiij
Peoniæ ϑ.i.gra.vij.
Cyperi ϑ.i.
Semis rutæ ϑ. ij.gra. xiiij.
Spicæ.ϑ.ij.gra.xiiij.
Smirnis.ϑ. ij.
Squinantii.gra.xiiij.
Apij.
Sauinæ.an.ϑ. i.
Xilobalsami ϑ.i. gra.xiiij.
Zinziberis.ϑ.ij.gra.xiiij.
Gariofi.ϑ.ij.
Radicis capparis.
f Cimimi.an.ʒ.i.
Mellis q. ß.
g Anisum laxatiuum D.N.
h ℞. Polypodi quercini ʒ.ij. Folliculorum senæ,mundatorum.ʒ.j.
Turbith. electi ʒ.i.
Zinziberis albi.ʒ.ß.
Esulæ mundatæ & rasæ. ʒ.vij.
Mannæ granatæ ʒ.i.
Garifilorum
Galangæ
Nuscis muscatæ
Ligni aloes
Macis
Spicæ nardi.
Cinamomi
Cordamomi maioris an.ʒ.ij
Diagredi ʒ.i.
i Masticis.ʒ.j.

Confice sic. Fiat decoctio ex polypodio vsque ad ʒ. iiij. remanentes,in qua temperentur per noctẽ folliculi senæ. Deinde de accipe zuc. ℔.ij. & clarifica in predicta decoctione addendo mannam granatam, & tunc accipe anisi boni electi & siccati quar. ß. & cooperi duodecim vicibus. Et omnia predicta reliqua pulueriſata aroma-

a Antamaron non est in vsu nec preparatũ reperitur.
b Hic nõ debet tamen pulueriſari azarum quod repat ad vias vrine: ſed aliquantulũ groſſius vt magis ſit ſolutiuũ quã apertiuum.
Hic variatur ordo ſimplicium ab ordine aliquorum libroriũ. Numerus tamẽ ſimplicium & quantitas eadem
c Hocantidotum non reperitur preparatũ nec eſt in vſu apud nos tamen eſt vſuale.
d Hic azariũ debet ſubtiliſſime pulueriſari vt repat ad vias vrine.
e In alio caſiæ fiſtulæ ſed debet gloſari caſiefiſtulæ i. caſiæ lign. propter cauſam declaratam in a chariſtũ.
Hic variatur ordo ſimplicium ab ordine aliquorum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 132 sur 459

tica & masticem & diagredium ad aliam & partem quæ omnia diuidantur in duodecim partes & in qualibet coopertura predicti aninisi vna pars desuper cum manu pulueriſetur, & in vltima vice pulueriſetur diagredium cum mastice & desiccalento igne.

k Aromaticum ros. stomachi confortatiuum. D. M.
℥. ros. rubearum. ʒ. i. ß.
Ligni alœs
Macis Gariofi.
Trociſcorum diarodon
Galliæ muſcatæ an. ʒ. ii. ß.
Liquiritiæ mundatæ ʒ. viij.
Cinamomi electi. ʒ iij.
Galangæ Zinziberis.
Nuſcis muſcatæ. an. ʒ. ii ß. Heyl
Spicæ nardi an. ʒ. i.
Syrupi roſa.
Corticis citri an. quod ſufficit.
Et ſunt qui aromatizant cum ſexta parte ʒ. i. muſci.

l Aromaticum roſa. maius D. Gabrielis quod ponit meſ.
℥. roſa. rubeorum ʒ. xv.
Liquiritiæ raſæ. ʒ. vii.
Ligni alœs.
Sandi mazachari an. ʒ. iij.
Cinamomi electi. ʒ. v.
Macis
Gariofilorum. an ʒ. ij. ß.
Gummi arab.
Dragaganti an. ʒ. ii. & ii.
partes alterius.
Nuſcis muſcatæ
Cardamomi maioris
Galangæ an. ʒ. i. Spicæ nardi
Ambræ griſiæ. an. ϑ. ii.
Muſci. ϑ i.
Syrupi roſa. quod ſufficit.

m Aromaticum roſa. min. D. M.
℥. roſ. rub. ʒ. x. Ligni alœs
Sãdalli muſcatellini an. ʒ. ii.
Cinamomi electi. ʒ. iiii.
Maſticis ʒ, i. ϑ. i.
Ambræ ϑ. ii. Muſci. ϑ i.
Syru. roſ. quod ſufficit.

n Aromaticum muſcatum D. M.
℥. Ligni alœs. ʒ. vii.
Darſeni. ʒ. x.
Ambræ crudæ ʒ. iii.
Muſci boni & electi ϑ. ii.
Syru. roſ. quod ſufficit

o Aromaticũ gariofilatum. D. M.
℥. gariofi. ʒ. vii. Macis
Zedoariæ. Galangæ
Sandali machazari.
Trociſcoron diarodon.
Cinamomi Ligni alœs.
Spicæ inde Piperis longi.
Heyl an. ʒ i. Roſarum ʒ. iiii.
Liquiritiæ raſæ
Galliæ muſcatæ an. ʒ. ii. Folii.
Cubebæ an. partes tres ʒ. i.
Syrupi corticis citri quod ſufficit.
Ambræ. ʒ. i. Muſci. ϑ. ß.

Aromaticum nardinum. D. M
℥. ſpicæ indæ. ʒ.
Roſarum ʒ. iiii.
Liquiritiæ. ʒ. ij. ß.
Galli muſcatæ Cubebæ
Ligni alœs Macis
Gariofilorum Cinamomi
Folii indi. Aniſi
Corticum citri
Trociſci diarodon an. ʒ. j. & tertiam alterius.
Pinearum purgatarum
Amygdalarum purgatarũ. an. ʒ. v.
Gummi arabici.
Dragagan. an. ʒ. ii.

Librorum numerus tamen ſimplicium & quantitas eſt eadem.

f Hic debet ciminum ſubtiliſſimè pulueriſari vt repat ad vias vrinæ.

g Aniſum laxatiuum non eſt in vſu, nec preparatum reperitur.

h Folliculorum ſenæ mundatorũ ſcili. à ſtipitibus & foliis magnis: quia ſunt eius ſtipites inutiles. Me.

i Iſte modus conficiendi raro inuenitur in libris, eſt tamen conueniens & credo quod ſit de intentione autoris.

e Diamoron præparatur secundũ præsentem descriptionẽ.

Pulegij Hyssopi
Liquiritiæ an.ʒ.vi.
Dragagan.
Amygdalarum
Pinearum cinamomi
Ziaziberis
Piperis an.ʒ.iii.
Caricarum
Carnium dactylorum.
Passularũ enucleatarũ, an.ʒ.iii.&ß
Storacis rub.ʒ.ii.ℨ.i.
Mellis quod sufficit.

a Diapenidion. D. N.

℞. Penidiarum ʒ.xvi.ß.
Pinearum
Amygdalarum dulcium
Amygdalarum amararum ambarum mund.
Seminis papaueris an. ʒ.iii.ℨ.i.
Cinamomi Gariofilorum
Zinziberis Succi liquiricię
ɒragagon. gummi arab.
Amidi candi.
Quatuor seminũ frigidorũ maiorum mundatorum an.ʒ.i.ß.
Camphoræ tertiam partem. ℨ.i.
Syrup.viol.quod sufficit.
Confice sic in ℔.i. aquæ bulliant ʒ.iii. viol.donec aqua aliquantulũ inficiatur. Et postea colletur,&colaturæ addatur lib.i. zuc. & buliat donec incipiat inspissari,& tũc addantur pineę amygdalę & semina frigida cõmunia vna quęque per se bene trita semper agitando cum spatula. ɒeinde addantur penidię subtiliter pulueriſatę & cum totũ bene liquefactum fuerit illud grossum quod supernatauerit in cassia colendo in mortario iterum bene teratu & campsore bene agitãdo commisceatur. Et ad vltimum pulueres prędictarum specierũ cum supradicto syrupo in mortario semper agitando moueantur donec bene incorporentur.

b ɒiadragagantũ calidum. D. M.

℞. Gummi dragaganti ʒ.iiii.
Hyssopi
Pinearum
Amygdalarũ dulcium ambarum purgatarum.
Seminis lini an.ʒ.vi.
Seminis fœnugræci
Cinamomi an.ʒ.ß.
Liquiricię & succi eius
Zinziberis an.ʒ.ii.
Fiat puluis.

c ɒiadragan.frigid. D. N.

℞. ɒragagan.albi.ʒ.ii.
Gummi arabici ʒ.i.ʒ.ii.
Amidi.ʒ.ß.
Liquiricię. ʒ.ii.
Penid. ʒ. iii.
Quatuor seminũ frigidorũ maiorum mundatorum.an.ʒ.ii.
Camphorę.ℨ.ß.
Syrupi violati aut iulep.violati quod sufficit.

d Diamoron. D. M.

℞. Expressionis mororum dulciũ quę currunt secundum semitam ficcus, & mororum de seni an. ℔. i.ß. Rob.
Mellis an. ℔.i.
Coque cũ facilitate vsque ad mellis spissitudinem. Et sunt qui faciũt medicamen. illud simplex. Et sunt qui addunt secundum necessitatem.
Aluminis
Myrrhæ Croci
Succi agrestę an. partes æquales.

e Aliud D. N.

℞. Succi mororum celsi ℔.ß.
Succi mororum bassi ℔.i.
Mellis ℔.ß.
Sapę ʒ.iii.
Confice sic succum cum melle & sapa in vase æneo vel stagnato

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 153 sur 459

ad prunas leues ad perfectam decoctionem bullire desine dum autem scire volueris si coctum fuerit pone ex eo guttã vnam supra marmor & inclinato marmore si se vt mel retinuerit coctum est, cola & reserua in vase stagnato.

a Dianucum. D. M.

℞. succi exteriorum corticum nucũ in diebus caniculatibus ℔. iiii. coque ebulitione vna. Deinde adde mellis ℔. ii. & decoque donec impinguatur & fiat sicut mel. Et his prædictis aliqui addunt.

Rosas Balaustias
Et interdum. Crocum
Myrrham
Interdum vero Baurac
Sal armoniacum
Et similia secundum diuersas medicorum intentiones.

Diacodion. D. M.

b Accipe x. capita papaueris albi in quibus sit mediocritas inter paruitatem & magnitudinẽ, & inter humiditatem, & exiccationem, & proiiciatur super ea aquæ sextariũ i. & sit aqua pluuialis. Et si papauera sint humida plusquã sicca dimittantur per diem & noctem, & si sint sicciora dimittantur plus. Tunc coquãtur donec duæ partes aquæ consumentur, & tunc cola succum eius. Et tunc secundum diuersas intentiones miscetur, tũc ex rob quãtitas quę sit medietas aquę & coquãtur super ignem sine flãma, & fumo, scilicet cũ prunis tantum non apponendo mel. Et quandoque fit cum vtriusque scilicet cum melle & musto. Propter verò alias intentiones quandoque ad vtramque libram ipsius proiiciatur desuper.

Acatiæ Rubeę
Hyfistidos
Croci Myrrhę
Balaustię an. ʒ. i.
Ramich. ʒ. iiii.

Et alij ad hanc intentionem loco mellis ponunt penidias, & alij ponunt zuccaram, & interdũ debet fieri ex papauere nigro, & sint capita eius vsque ad quinquagin ta, & quandoque requiritur vt fiat ex albo & nigro, & in his causis loco mellis debet poni zucca. aut penid.

c Aliud D. N.

℞. Capita papaueris non nimis viridia aut ficca numero. xiii.
Rosarum rubearum. ʒ. ii. ß.
Croci Acatię
Liquiricię an. ʒ. i.
Boli armenici ʒ. ß.
Cinamomi Simphiti
Ypoquistid.
Balaustiarum an. ʒ. i.
Myrtillorum ʒ. i.
Corali albi & rubei
Sumach
Sanguinis drachonis
Seminis lactucę an. ϑ. ii.
Seminis portulacę. ʒ. ß.

d Confice sic. capita papaueris in tantum aquę pluuialis ponãtur vt bene cooperiantur, & per tres dies ibi dimittãtur. Et in tali aqua bulliant vsque ad cõsumptionem tertię partis, & postea colentur, & in tali colatura apponatur ℔. i. ß. mel lis mirtilli, & in tali melle supradictę species misceãtur puluerisatę.

e Diapapauer. D. M.

℞. Papaueris albi. ʒ. xxv.
Amygdalarum dulcium excorticatarum.
Granorum pini excorticatorum
Gummi arab.
Dragagan.

a *Hæc cõfectio non est in vsu nec præparata reperitur: sed ponuntur nuces in cõserua quæ cõserua vulgo est vsualis.*

b *Hæc cõfectio dicitur esse galeni sed non reperitur vbi præparatur tamen secũdum hanc, descriptionem vbiq, reperitur præparata. Christoforus, Georgius.*

c *Hæc cõfectio nõ præparãtur secundũ hãc descriptionem Mes.*

d *Aliqui libri habent roris siriaci & falsæ, quia ros siriacus est sumach, sed debet scribi in glosa supra lyroris siriaci i. sumach.*

e *Diapapauer cõmuniter præparatur secũdũ præsentem descriptionẽ et est vsualem multũ*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 154 sur 459

a Diapapauec communiter preparatur secundū priorem descriptionē quæ est Mes. & non secūdū hāc quæ est Nicolai.

Succi liquiriciæ,an.ʒ.x.
Amili.ʒ.iiii.
Seminis portulacæ
Seminis lactucæ
Seminis citoniorum.an.ʒ.iiii.
Croci ʒ.i.
Penidiarum albarum.ʒ.iiii
Syrupi de papauere quod sufficit.
Et fit propriè syrupus ex capitibus papaueris albi & nigri & semine lactucæ.

b Hoc electuariū nō est in vsu nec præparatum reperitur.

a Aliud D. N.
℔. Dragagan.
Succi liquiriciæ
Gummi arabici,an.ʒ.x.
Papaueris albi
Penidiarum,an.ʒ.xx.
Amygdalarum dulcium mundatarum,ʒ.x.
Amidi
Seminis citoniorum
Seminis portulaceæ,an.ʒ.v
Seminis lactucæ.
Quatuor seminum frigidorum mundatorum.
Seminis maluæ,an.ʒ.iiii.
Fiat puluis, & misce cum syrupo violato vel sapa.

c Hæc cōfectio non est in vsu nec præparata reperitur.

Diasulphur. D. M.
℔.b Piperis albi & longi an.ʒ.vi.
Sulphuris citrini
Thuris Meu
Iusquiami albi
Myrrhæ Storacis
Cordumeni an.ʒ.viii.
Rutæ
Costi,an.ʒ.v.
Opij
Mandragoræ,an.ʒ.iii.
Croci ʒ.ii.ß.
Casieligneæ,ʒ.vi.
Confice cum melle dispumato.
Et da post sex menses.

d In alio additur trium piperū, an. ʒ.i.

c Diamorusion. D. M.
℔. Croci
Radacorį,an.ʒ.ii.
Myrrhæ,ʒ.iii.
Baccarum lari,ʒ.ii.ß.
Dauci
Cinamomi
Casieligneæ
Cimini carmeni
Carpobalsami
Florum squinanti.
Seminis apij
Anisi
Cordumeni
Spicæ nardi
Mentæ siccæ
Marmacur
Ameos,an.ʒ.i.
Costi
Trium piperum,an.ʒ.i.
Confice cum melle despumato.

e Hic azarum debet tantū pulueriſari quod repat ad vias vrinæ.

d Diacucurma maior. D. M.
℔. Croci Azari
Petroselini Dauci
e Anisi
Seminis apij,an.ʒ.iiii.
Rauedseni Meu
Spicæ nardi,an.ʒ.vi.

f Hæc confectio est illa quæ vbique præparata reperitur & quæ est multum vsualis & non diacucurma minor.

f Costi Myrrhæ
casieligneæ squinanti
carpobalsami
Rub. tinctorum
Succi absynthij
Succi expatorii
Oppobalsamy,an.ʒ.ii.
calami aromatici
cinamomi,an.ʒ.i.ß.
Scordeon Scolopendriæ
Succi liquiritiæ,an.ʒ.ii.ß.
Dragagan.ʒ.i.
confice cum melle dispumato

g Hic ponatur dragagantūcitrinū aut subtilem & non album, & debet per se pulueriſari quia cum aliis nunquam pulueriſaretur.

g Diacucurma minor. D. M.
℔. Spicæ nardi Myrrhæ
Croci Casiæ
Florum squinanti

Costi

a Costi
Cinamomi an. partes equales cõfice cum melle despumato.

b Dialaca maior, D. M.
℞. Laccæ ablutæ
Rauedseni an. ʒ.iii.
Spicæ aromaticæ Masticis
Seminis apij
Squinanti Absynthij
Succi eupatorij.
Ameos Sauinæ
Amygdalarum amararum ex corticarum.
Costi Mirrhæ
Rubeæ tinctorum
Fœniculi Anisi
c Azari d Aristologiæ
Gentianæ Croci
Cinamomi
Hysopi siccæ
Casieligneæ
Cimarum squinanti
e Bdellij an. ʒ.i.ß.
Piperis
Zinziberis an. ʒ.i.
Infunde mirrham & bdellium in vino & cetera tere conficiendo cũ melle dispumato.

f Dialacca minor. D. M.
℞. Laccę ablutę
Croci Costi
Florum squinanti
Rubę tinctorum
Aristologię longę Liquiritię
Piperis an. ʒ.i.ß.
Rauedseni. an. ʒ.iii. Mirrhę
g Bdellij an. ʒ.i.
Confice cum melle dissoluendo mirrham & bdellium modo supra dicto in confectione precedenti.

h Diacapparis D. N.
℞. Prasij viridis
Passularum enucleata. an. ʒ.xxv.
Croci Spicę nardi
Casieligneę Cinamomi
Capparis an. ʒ.i.
Calami aromatici
Squinanti Therebenthinę
Bdellij an. ʒ.ii.ß.
Mirrhæ ʒ.iiii.
Mellis quod sufficit.

Glosa notanda.

Nota circa modum confectionis huius electuarij quòd notatum est in electuario diaprassium de diaprassio viridi de intentione platearij, quia similiter hic censendum est.

Diasatyrion. D. M.
℞. Satyrionum qui absinduntur à pre. suo, ℔.i.
Terantur & coquantur cum lacte ouino dulci in quantitate sufficiẽti super prunas vsquequo cocti sint & consumptum sit lec, & tunc infunde super eos olei amygdalarum dulcium ʒ.iii. Et agitentur sicut conterẽdo cum ligno. Et postea funde super totum syrupum sequentem.
℞. Succi bugloſæ cocti & depurati à spuma continuę. ℔.ii.
Succi pomorum dulcium ʒ.ii.
Zuccari albi. ℔.iii.
Misce agitãdo ad ignem cum prędictis vsque dum fiat eius competens decoctio.
Et deponatur ab igne & proiiciãtur de super.
Cinamomi electi. ʒ.v.
Ligni aloes. ʒ.iii.
Been albi & rubei an. ʒ.ii.
Croci,
Sandai citrini an. ʒ.i.ß.
Confice & pone in vase vitreo.

Glosa notanda.

Huius electuarij duæ ponuntur descriptiones. Quarum prima est maioris efficaciæ & virtutis corporibus cõsumptis & exiccatis & pti-

a *Hæc cõfectio non est vsualis nec præparata reperitur.*

b *Hæc cõfectio non est in vsu.*

c *Hic azarum debet tãtum pulueriſari quòd repat ad vias vrinæ.*

d *Alij libri habent aristologiæ, lõgæ, & credo quod melius & vide in descriptione sequenti, ita similiter habetur.*

e *Et ponatur hic bdellij iudaicũ aut saltem bdellium molle.*

f *Hoc cõfectio non est vsualis nec preparata reperitur.*

g *Hic debet poni bdellium iudaicũ aut bdellium molle.*

h *Hæc cõfectio non est in vsu nec præparata reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 156 sur 459

ſicis & ethicis & ſimilibus ſi abſq; febre conſiſtant maximè talia corpora humectando. Et hæc eſt illa quæ in caſu debet preparari, licet etiam iuuet ad coitum multiplicandum & ipſum incitet. Deſcriptio tamen ſequẽs eſt maioris potentiæ in faciendo virilis membri erectionem & appetitum ad coitum incitandum & multiplicandum & ſemen ſpermaticum augendum. Et in iſto caſu confectio ſecũda eſt illa quæ magis habetur in vſu & quæ inuenitur preparata. Attende circa confectiones vtraſque quod ambę deſcriptiones nomen accipiunt à radice cuiuſdem herbę quę vulgati nomine teſticulus vulpis appellatur. Intitulauit enim has confectiones Meſue. in litera c. cõfectiones teſticulorum vulpis. Et alio nomine ſolet hæc verba, aut ſaltem radices eius vocari ſatyrion, propter hoc quod faciunt ad erectionem virgæ. Satyriacis enim grecè nimia erectio virgæ dicitur. Attende ſecundo quod ſatyrion loquendo de radice eius dicitur interfector patris ſui eo quod poſterior radix occidit priorem ita quod remanet viridis & prior exiccatur. Debent ergo accipi radices virides, & abſindi à patre ſuo mortuo, id eſt à radicibus ſiccis, & hoc eſt quod dicitur Meſue. in textu receptæ. Dicitur etiam in recepta quod tales radices debẽt teri & decoqui cum lacte ouino. Attende quod omne lac ſuperat in humiditate pluſquã in frigiditate, ideo omne lac conuenit ethicis & conſumptis. Diuerſificatur tamen lac ſecundum diuerſitatem ſpecierum animalũ à quibus emulgetur, non tamen quod exeat extra latitudinem dictæ complectionis niſi extra vbera diu moram contrahat & inde acetoſitatem acquirat ex qua efficiatur frigidius cum ſiccitate quadam, in quo caſu non ſic conferret propoſito. Debet ergo eſſe lac recenter mulſum. Inter autẽ omnia genera lactis: lac quod magis eſt propoſito conueniens eſt lac muliebre, quia magis humanę naturę eſt conforme. Et etiam quia eſt medium inter omnia genera lactis plus appropinquans temperamento complectionis.

Et poſt ipſum melius eſt lac caprinum. Lac verò vacinum aut ouinum de frigiditate & humiditate minus participant & ideo minus videntur conferre propoſito licet exprimatur in recepta de lacte ouino. Lac verò aſininũ frigidius eſt & humidius omni alio lacte, ideo licet quibuſdã aliis prædictis propter hanc cauſam magis videatur conferre propoſito, quia tamen minus eſt naturę humanę conforme: ideo inter alia minus eligatur, cum non ſic currat proprietas inter ipſum & naturam humanam. Dicitur etiam in recepta quod ponatur zuc. album. Pro quo attende quod vbi deberet dari ptiſicis & conſumptis ad magis infrigidãdum & humectandũ hoc eſſet cõueniens, vbi tamẽ deberet dari ad prouocandum coitum eſſet cõuenientius apponere zuc. rub. quod dicitur mel cannę, quod eſt calidius. Et attende ſpecialiter circa quancunque zuccaram, quod non apponas zuccaram antiquam, ſed debet eſſe recens anni illius, quia ſic eſt humidę complexionis verſus primum gradum, ſed cum an-

tiquatur gradum primum ſiccitatis acquirit & eius humiditas exiccatur. Attende vlterius quod licet hoc electuarium propter zuccarũ quod ibi ponitur ad formam confectionis ſolidæ poſſit reduci, tamen preparatur communiter ſub forma electuarij, quam appellant Apothecarij noſtri formam opiatę, quia ſic melius cõſeruatur propter ſuccos, & lac quę ibi ingrediuntur, etiam ſic efficacius operatur.

Gloſſa notanda circa ſecundũ deſcriptionem.

Circa modum confectionis ſecundæ deſcriptionis attende, quia ibi dicitur quod ſecacul debet elixari in aqua cicerum quorum prima aqua fuerit abiecta, quòd cicera debent eſſe recentia & non antiqua nec ſiccata quia ſic acquirerẽt gradum ſiccitatis conſumpta eorum humiditate. Debent ergo eſſe recentia dum ſunt in foliculo ſuo ad maturitatem attingentia, nam ſic humida ab authoribus dicuntur, & debent multum decoqui vt talis humiditas ſit multum ventoſa & inflatiua, & cum hoc portatiua virtutum aliatũ medicinarum ad genitalia membra. Nam ſi parum decoquãtur ſola virtus eorum nitroſa & abſterſiua quæ in ſuperficie eſt in aquam diffunditur, per cuius abſterſionem & nitroſitatẽ prohibetur ventoſitas & inflatio generari imò voluit autor iſte quod abiiciatur prima aqua vbi infuſſa eſt nitroſitas abſterſiua eorum & decoquatur ſecundo vt virtus vẽtoſa & inflatiua in hãc ſecũdã aquã ſola diffundatur, nihil de nitroſitate participãs per quã prohibeatur vẽtus & inflatio generari.

a Aliud de eiuſdem.

℞. ſecacul albi & mundi & elixati in aqua cicerum, quorum prima aqua fuerit abiecta. ℔.i.
Teſticulorum vulpiss ʒ.viii.
Radicis rafani, ʒ.iii.
Luf. plani, ʒ.ii.
Terantur & infundãtur ſuper ea lactis vacini aut ouini quantitas quæ ſuperemineat rad. duobus digitis.
Olei ſizamini.
Butyri recentis an. ʒ.iii.
Coquantur cum facilitate vſque ad ſpiſſitudinem. Et ſi adhuc radices non bene coctæ ſint, fundatur ſuper eas ex lacte butyro & oleo ſizamino vſquequo perfectæ coctæ ſunt, Poſt hoc infunde ſuper hoc totum mellis diſpumati, ℔. iij.
Succi ſæpe humidæ. ℔.i.
Coque omnia ſimul ad perfectam decoctionem, & tunc depone ab igne & proiice deſuper puluerem harum ſpecierum.
Caudarum ſtinci cum renibus.
Et ſumen an. ʒ.viii.
Seminis erucæ
Zinziberis
Been albi. & rubei.
Linguę auis
Seminis naſturcij
Cinamomi
Piperis longi
Baucie
Sinapis
Seminis ſparagi an. ʒ.iiii.
Confice cum eis, vltimo verò ponatur in medicamine.
Pinearum mundatarum ℔.i.ß.
Fiſticorum mundatorum ʒ.x.
cerebellorum paſſerum. ʒ.ii.
confice omnia bene & aromatiſa cum ʒ.i. muſci boni.

a *Nota circa hanc cõfectionẽ pro modo confectiõis huius illa quę notata ſunt in fine gloſæ precedẽtis receptæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 158 sur 459

Aliud D. N.

℞. Testiculorum viridium satyriorum.
Baucię.
Nuscis indicę
Pinearum purgatarum
Pistacearum
Secacul an. ʒ. xii.
Gariofilorum
zinziberis Anisi
Erucę
Linguæ auis an. ʒ. v.
Cinamomi
Caudarum stincorum recentium.
Seminis bulbi an. dra. ii. ß.
Musci gra. v.

a Hoc electuariũ nõ est in vsu secũdũ presentem descriptionem sed bene est in vsu secũdum descriptionem positam à Nicolao.

Confice sic. In tanto mellis dispumati quod sufficit ponantur testiculi satyrionum & baucia & secacul vnumquodque per se prius bene tritum, & similiter vnumquodque in supradicto melle mittatur, & cum spatula bene misceatur & bulliant aliquantulum.
Deinde addãtur pineæ & pistaceæ bene tritæ.
Et cum aliquantulum bullire voluerint deponatur ab igne & pulueres prædictarum specierum ibi commiscendo adiungantur. Ad vltimum verò muscus cum aqua rosa. apponatur & sic vsui reseruetur.

Diaspermatum. D. N.

℞. Leucopiperis ʒ. xi.
zinziberis ʒ. iii.
Carui,
Leuistici an. ʒ. vi.
Petro macedonici
Amomi,
Fenugreci an. ʒ. ii.
Mellis quod sufficit.

Glosa notanda.

Hoc electuarium non est in vsu. nec preparatum reperitur. In diuersis tamen libris diuersimodæ scribitur, sed potest quilibet facere suo modo.

a Diacitonitem. D. M. Διακιτωνιτεσ

℞. Carnium citoniorum coctarum in vino ℔. iii.
Mellis dispumati tantundem.
Decoque cum facilitate, & postquam fuerit coctum proiice super ipsum.
Cinamomi Gariofilorum
Cardamomi an. ʒ. i.
Galangæ
Darseni an. ʒ. iii.
zinziberis
Piperis longi
Macis an. ʒ. iiii.
Et quandoque vrget necessitas, vt decoquantur citonia in aceto & quãdoque miscetur eis tertia pars eius aut media & quandoque permiscetur eis succi granatorũ acetosorum medietas ponderis eorum, & quandoque cum puluere istorum.
Spodij Berberis
Seminis acetosæ
Trium sandalorum
Ros. rub. an. partes æquales. Et quandoque ponuntur alia secundum diuersas medicorum intentiones, & quidam aromatizant cum musco & camphora aut altero eorum tantum, & quandoque fit cum zuc. & quandoque cũ melle.

Aliud D. eiusdem quod fit cum succis citoniorũ & cum speciebus.

℞. Succi citoniorum.
Mellis dispumati an. ℔. iii.
Aceti puri & boni ℔. ii.
Coquantur cum facilitate & continuo auferatur spuma eius. Et cũ mellis spissitudinem habuerit pulueriza super ipsum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 159 sur 459

Piperis longi Zinziberis
Cinamomi an.ʒ.i.
Gariofilorum
Ligni aloes an.ʒ. ß.
Muſci ʒ. i. tertiam.
Et quandoque fit ſine ſpeciebus, & quandoque fit cum zuc. & quãdoque cum melle.

a Diacitonitem aliud laxatiuum D. eiuſdem.

℞. Succi citoniorum ℔. iii.
Mellis tabarzed. lib. ij.
Scamoneæ. ʒ.i.ß.
Galiofilorum Galliæ
Maſticis Zinziberis
Piperis longi Cinamomi
Nucis muſcatæ an. ʒ.iii.
Confice
Et interdum propter aliam intentionem ponuntur.
Scamoneæ. ʒ.v.
Turbith. ʒ.xii.
Et interdum abiectæ ſcamonea ponuntur.
Medullæ carthami ponderis ſcamoneæ. Turbith. ʒ.xii.
Et interdum loco prædictorũ ponuntur.
Elleborus niger
Epithymus aut Polypodium
Secundum diuerſas medicorũ intentiones. Et interdũ fit hoc medicamen cum melle, interdũ cum zuccara, interdum cum carnibus & interdum cum vtriuſque ſimul.

Aliud D. N.

℞. Carnium citoniorum à cortice exteriori mundatorũ & in aqua elixatorum ℔. iii.
Mellis diſpumati ℔. iii.
Supradicta citonia fortiter in mortario terantur & cum ſupradicto melle in caldario ſupra ignem ponãtur cum ſpatula ſemper agitãdo donec incipiant inſpiſſari, & ſi voluerís ſcire quando coctum fuerit ponantur in parapſide plena aqua & ſi non inuiſcatur vt colligi valeat coctum eſt, & tũc ab igne deponatur, & puluis harum ſpecierũ cum ſpatula ſemper agitando ſuper aſpergatur.
Cinamomi ʒ.i.ß.
Zinziberis ʒ.i. Piperis
Galangæ an ʒ.ß,
Gariofilorum
Nucis muſcatæ an. ʒ.iii.
Spicæ nardi Ligni aloes Macis
Cardamomi an. ʒ.ii.
Zedoariæ ʒ.i.
Super marmor infuſa aqua roſ. cum aliquãtulo muſci diſtẽperata ſuperaſpergantur carnes citoniorum cum ſupradictis ſpeciebus ſic ad inuicem mixtis, & cùm infrigidatum fuerit cum cultello fructatim incidantur & ſi laxatiuum facere volueris in vnaquaque ℔. ponatur ſcamoneę bene tritæ ʒ.ß. tamen dum calidũ fuerit antequam ſupra marmor ponatur & antequã ex caldario extrahatur.

Gloſa notanda.

Communiter diacitonitem non laxatiuum præparatur ſecundum hanc deſcriptionem & non ſecundum deſcriptionem Meſue, & iterum pręparatur cum zuc. interdum cum melle interdũ cum ſpeciebus, interdum ſine ſpeciebus.

b Diamaſticis D. N.

℞, Cimini
Gariofilorum
Spicæ nardi Cardamomi
Carpobalſami Xilobalſami
Zinziberis Piperis albi
Macropiperis Azari
Galangæ Caſieligneæ
Calami aromatici
Nucis muſcatę

a *Hoc electuariũ nõ eſt in vſu nec præparatur.*

b *Diamaſtic. non eſt in vſu nec præparatũ reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 160 sur 459

Cyperi Myrtillorum
Macis an. ʒ.i.
Masticis ʒ.v.
Mellis quod sufficit.

a Diaolibani D. N.

℞. Castorei Opij
Iusquiami an.ʒ.iii.
Casieligneę ʒ.ii.ϑ.ii.
Folij Croci
Thuris masculini an.ʒ.ii.
Reupontici
Amomi an.ʒ.i.ϑ.ii.
Myrrhę ʒ.i.ß.
Spicę nardi
Pyrethri
Euforbij
Leucopiperis an.ϑ.ii.ß.
Peonię
Storacis
Macropiperis an.ʒ.i.ϑ.iiii.
Mellis quod sufficit.

a *Hoc electuariũ nõ est in vsu nec præparatum reperitur.*

b Diaprunum D. M.

℞. Carnium prunorum oblongorum & muzorum accedentium ad dulcedinem & elixatorũ in qua portulacę fuerint elixatę ℔.ii.
Zuccari albi ℔.ii.
Aquę viola ℔.i.
Coque cum facilitate vsque ad spissitudinem & reconde in vase vitreo.

b *Hoc electuariũ nõ est in vsu nec præparatum reperitur.*

c Aliud D. N.

℞. Prunorum damascenorum viridiũ numero. c. Ponantur in vase stagnato & cum tanto aquę qua bene cooperiantur & bulliant donec dissolui videantur. Et tunc ab igne deponantur. Cumque tepefacta fuerit aliquantulum ab aqua extrahãtur: & in cribro super cathino posito tandiu pruna manibus fricentur vt nihil remaneat prętęr ossa & cortices, & in aqua, in qua pruna cocta fuerint, ponatur. ʒ.ß. violarum, & iterum bullire permittantur, & fiat syrupus cum ℔.ii. zuccare in quo cyrupo ponatur li.i. pulpę talis prunorũ, & ad spissitudinem coquantur & incipiente inspissari ponatur casieſi. mundę cum prędicta aqua, ʒ. thamarindorum in predicta aqua similiter prius dissolutorum & colatorum per cassiam ʒ.i.
Memento tamen quòd in prędicta aqua prunorũ bulliat ʒ.ß. violarum vt dictum est, & coquantur ad perfectionem semper & indesinenter agitando cum spatula. Cumque ad perfectionem decoctionis deuenerit depone ab igne & semper cum spatula mouendo puluerem harum specierum desuper asperge.
Sandali albi & rubei Spodij
Reubarbari an. ʒ. iii.
Rosarum Violarum
Seminis portulacę
Seminis sacriolæ
Berberis Succi liquiriciæ.
Dragagan. an. ʒ.ii.
Quatuor seminum frigidorum mundatorum an.ʒ.i.
Si verò laxatiuum facere volueris adde in vnaquaque ℔. cum ab igne deponitur.
Scamoneæ ʒ.ß.

c *Hoc electuarium cõmuniter præparatur secũdũ præsentem descriptionem & præparatur laxatiuum & non laxatiuum.*

Diasinicon D. M.

℞. dactylorum keyron infusorum in aceto tribus diebus, ac noctibus partes c.
Penidiorum sacchari partes l.
Amygdalorum mundatarum partes xxx.
Turbith partes xxxv.
Scamoneæ partes xii.
Zinziberis
Piperis longi,
Foliorum rutæ siccorum
Cinamomi, Macis

Ligni aloes Anisi
Fœniculi
Dauci
Galangę an. partes ij. ß.
Fiat omnium trituratio bona, & conficiatur cum melle dispumato.

Glosa notanda.

Vide quòd in qualibet ʒ. huius cõfectionis ponuntur de scamonea gra. xx. sc. ϑ. i.
Hæc confectio est multum vsualis & vbique præparata reperitur. Scribitur etiam à Mesue in cap. de turbith. autoritate Iohannitij.

Circa hanc confectionem notat Sauonorolla quòd in ea debent poni dactyli immaturi, qui viscosi sunt, & quorum viscositas facit partes subtiles solutiuorum ingredientium eius compositionẽ membris nutritiuis adhęrere adeo vt non possint ad remotas partes extendi, & ideo diafinicon coufert in colica, Similiter penidij hac de causa in hac compositione ponũtur.

Diaturbith D. N.

℞. Zinziberis ʒ. v.
Turbith albi & gummosi ʒ. x.
Zuccari ʒ. v.

Glossa notanda.

Hæc confectio vbique præparata reperitur vtimur tamen magis diafœnicon quę potius deberet dici diaturbith quoniã intrantia plus phlegmati quàm coleræ sunt appropriata etiam mellius corrigitur. Ad hanc tamen confectionem adde ratione scamoneę de mastice & sic quod ad omnia quę in turbith sunt corrigenda corrigentur Et licet à diuersis diuersificetur quãtitas simplicium sic tamen illum dosauit Mesue. cap. de turbith de intentione zezar dicẽs & quãdoque addidi masticis ʒ. iii.

Diacarthami D. arnaldi de villa noua.

℞. Pulue. diadraga. frigidi ʒ. ß.
Carnium citoniorum ʒ. i.
Medullæ carthami ʒ. iiii.
Zinziberis albi ʒ. ii.
Diagridii ʒ. iii.
Turbith albi ʒ. vi.
Mannæ granatę ʒ. ii.
Mellis ros. collati ʒ. i.
zuccaræ ʒ. viii.
Hermodactylorum. ʒ. iiii.
Fiat electuarium addendo zuccatę quod sufficit.

Hoc electuarium raro inuenitur præparatum secundũ eandem descriptionem penes diuersos apothecarios. Reuerẽdus tamen magister Robertus de leone turonẽsis medicus volebat vt ita præpararetur in botheca fratris sui.
Attende quod vbi deberet in puluere propinari conuenienter ponerentur. ʒ. viii. zuc. vt voluit recepta. Si verò debeat conseruari tantũ conseruetur puluis sine zucne liquefiat zucca. sed tẽpore propinationis addatur zucca. Et vbi deberet confici in forma electuarij, tunc debent remoueri illę ʒ. viii. zuccarę quę ponuntur in recepta quia pro modo conficiendi eius additur de zucca. sufficienter, verumetiam plusquàm oportet pro correctione simplicium. Et quod ibi notatur intelligẽdum est similiter de omni cõfectione, vbi in ℞. ponitur zuccara pro correctione simplicium.

a Diasenæ D. N.

℞. Senæ ʒ. iii.
Auellanas assatas numero l.
Serici combusti ʒ. ii.
Lapidis armenici ʒ. i. loti cum fa-

a *Diasenæ secundum quamcunque receptarum nõ reperitur præparatum.*

cilitate per xxx. vices cum aqua clara fontis, & per ix. vices cum aqua rosſ. vel bugloſſæ. Sed reuera melius eſt loco lapidis armenici ponere lapidem lazulum eodem modo præparatum, quia teſte Rabi moyſe nemo nouit lapidem armenum, horum lotionũ tales approbat Alexander.

a *Diacaſtoreum nõ eſt in vſu nec præparatũ reperitur.*

Zuccaræ ʒ.vi.

Addunt alij præſenti receptæ quæ ſequuntur.

Lapidis lazuli loti vt decet ʒ.ii.
Cinamomi ʒ.i
Gariofilorum
Galangæ Piperis
Spicæ Ozimi
Zinziberis Folii
Cardamomi Croci
Floris roriſmarini
Macropiperis an.ʒ.ii.

Et ſecundum iſtam receptam ſic adimpletam communiter ab aromatariis præparatur.

Aliud D.eiuſdem.

℞. Ligni aloes
Gariofilorum
Galangæ
Nucis muſcatæ
Folij Macis
Cinamomi an.ʒ.ii.
Lapidis lazuli
Lapidis armenici an.dr.ii.ß.
Senæ in duplo prædictorum
Croci dr.i.
Serici crudi & combuſti an.℈.ii.
Raſuræ eboris Spodij
Anacardi
Oſſis de corde cerui
Blacte bizanciæ an dr.ii.
Hermodactylorum ʒ.i.
Myrrhæ Gencianę
Baccharum lauri
Ellebori nigri an dr.ii.
Auellanarũ cõbuſtarũ xv. numero
Ambræ ℈.ii.
Quidam adhunt pro leproſis carnium ſerpentum ʒ.ii.

a Diacaſtoreum D. N.

℞. Caſtorei
Myrrobalanorum citrinorum an.ʒ.iii. minus gra.i.ß.
Aloes ʒ.i.ß. minus gra.i.
Folij Antimonij
Pirhetri Liquiriciæ
Dragagan.
Calami aromatici
Nitri Galbani
Spicæ nardi Squinanti
Oppoponaci Caſſielignæ
Trionpiperum Xilobalſami
Carpobalſami Coloquintidæ
Serapini Reupontici
Storacis calamitæ
Zinziberis
Cinamomi an.ʒ.i.gra.ii.
Aſſæ fœtidæ Myrrhæ
Euforbij an.ʒ.i.gra.xvii.
Staphiſagriæ
Dauci Maratri
Petroſelini Spij
Sileris montani
Daſnocoti Petrolei
Cinoni Storacis rubeæ
Sanguinis draconis
Cardamomi Thuris
Agarici Maſticis
Salis armoniaci
Zedoariæ
Aniſi an ℈.i.gra.ii.
Saturegiæ Yſopi
Camedreos
Pulegij regalis
Origani Balſamitæ
Ozimi Rad. brancæ vrſinæ
Diptami Seminis rutæ
Vtriuſque ariſtologiæ
Mabathematicon
Aaron Azarí
Saluiæ Roſarum

Bdellij

Bdellij an. gra. xvii.
Epythimi
Polypodij quercini
Oppobalſami an.gra.xiiij.
Olimpiados
Capparis.an gra. xi.
Paucedani
Abſynthij an.gra.vij.
Anacardi Sauinæ
Gentianæ
Corticis rad. mandragoræ an. gra.xi.
Yreos gra. iij. & tertiam partem gra. vnius.
Mellis quod ſufficit.
a Diabraginatum D. N.
℞.Auellanas aſſatas & tritas.xx.
Serici combuſti ʒ.ß.
zinziberis ʒ.i.
Gariofilorum Nucis muſcatæ
cardamomi
Spicæ nardi an.ʒ.ij.
Lapidis armenici
Lapidis lazuli an.ʒ.ij.
Succi borraginis
Succi eupatorij an. quod ſufficit.
b Diabugloſſatum. D.N.
℞.pulue.diadraga.frigi.ʒ.ß.
Carnium citoniorum ʒ.i.
Medullæ carthami ʒ.iiij.
zinziberis albi ʒ.ij.
Diagridii.ʒ.iij
Turbith albi ʒ.vi.
Mannæ granatę.ʒ.ij
Hermodactylorum.ʒ.iiii.
Mellis roſ.colati ʒ.j.
zuccaræ ʒ.viij.
Fiat electuarium
c Aliud D.M.
℞.Bulgloſſæ
Mentę ſiccæ
Florum roſ.
Corticis citri
Foliorum citri an ʒ.iij.
Alfelengemiſch ʒ.j.ß.

Setæ crudæ inciſæ
Nucis muſcatæ
zedoariæ Galangæ
Been albi & rubei
Sandali citrini
Croci an.ʒ.j.ß.
Ligni aloes ʒ.ij.
Vini & aquæ an.℔.vi.
Mellis ℔.viij.
Aromatixetur cum
Muſci ʒ.j. Galliæ ʒ.ij.

Additio ſuper litera D.

Diaciminum bonum D.M.
℞.cimini pridie in aceto infuſi & exiccari ʒ.x.
zinziberis
Cinamomi an.ʒ.iiij.
Gariofilorum
Ligni aloes
Maci an.ʒ.ij.ß.
Galangæ Piperis longi
Cardamomi an.ʒ.ij.
Muſci ϑ.ß.
Mellis diſpumati quod ſufficit.
Hoc electuarium ſecundum præſentem deſcriptionem habetur in vſu apud aliquos, nonnulli verò & præcipuè galli præparant ſecundum Nicolai deſcriptionem.
f Diamargariton frigidum magiſtrale.
℞. Sandalorum omnium
Florum violarum
Se.melonum mund.
Troci ſcorum diarodon
Serici combuſti an.ʒ.ij.
Oſſis de corde cerui
Spodij
Doronici romani Been albi
Been rubei Nardi
Croci an.ϑ.ij.
Margaritarum perforatarum
Margaritarum non perforatarum.
Raſuræ eboris Saphyrorum
Hyacinthorum

a *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur. Ad ipſum tamen conficiendum deberet addi zuc. & miſcere & ſyrupari cum dictis ſuccis & poſtea additis ſpeciebus debet cõfici.*

b *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur etiam ſecundum aliquam harum deſcript.*

c *Hoc electuarium non eſt Meſue quicquid dicat titulus eius & non eſt in vſu, nec præparatũ reperitur.*

διαμαργ. διὰ τριῶν διὰ λιθων τριῶν hab in Cant cauti

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 164 sur 459

Smaragdorum. Se.acetosæ
Se.endiuiæ Ligni aloes
Ambræ grisęæ an.ʒ.ß.
Auri optimi ʒ.i.
Camphoræ ϑ.i.
Musci gra.ij. Fiat puluis.
Hoc electuarium præparatum reperitur,& in vsu habetur maximè apud medicos & aromatarios lugdunenses

Diacorallum magistrale.

℞. Specierum diarodon abbatis ʒ. iij.
Corallorum alb.
Corallorum rub.
Fragmentorum prætiosorum
Margaritarum non perforatarum an.ʒ.ß.
Puluerizentur subtiliter & addatur zuccari dissoluti in aqua ros.ʒ. vij.ß.& fiat confectio in morsel.
Hoc electuario interdum magistraliter vtuntur medici vltramontani. Medici vero galliæ,& præcipue lugdunenses vtuntur diacorallo facto cum duabus partibus corallorum rub.& vna parte margaritarum non perforatarum cum zuccaro quod sufficit in aqua ros. dissoluto. Et sic quilibet suo modo vti poterit.

Diacubebe Ioan.Anglici

℞. sandalorum omnium an. ʒ.ij.
Spodij.
Rasurę eboris an.ʒ.i.ß.
Ozimi
Cubebarum an. ʒ.ß.vel ʒ. iij. si sit multa caliditas
Quatuor se.frigidorum mundatorum an.ʒ.ij.
Se. endiuiæ
Portulacæ an. ʒ.i.
Ligni aloes
Nucis muscatæ an.ʒ.ß.
zuccari ℔.i.
Dissoluantur cum decoctione endiuiæ vel aquæ , endiuie vtatur mane,& est expertum.
Istud electuarium describitur a Iohanne Anglico ca.1 de cura vlti hidropisis.Et dicit quod aliquando loco ligni aloes ponit spica nardi,interdum vtuntur eo medici nostri temporis.

Diacubebe aliud thesauri pauperum.

℞.sandalorum omnium. an.ʒ.ij.
Rasuræ eboris,an.ʒ.i.
Spodij
Cubebæ,ʒ.iiij.
Quatuor se.communium frigidorum,an.ʒ.i.ß.
Se.endiuiæ
Portulacę an.ʒ.i.
zuccari ℔.i.
Fiat electuarium cum decoctione endiuiæ.

Diacarthami

℞.pul.diadraganti frigidi.ʒ.i.
Carnium citoniorum cum zuccaro conditorum , ʒ. ij. zinziberis albi.
Hermodactillorum an.ʒ.ß.
Medullæ carthami.ʒ.vi.
Diagridij boni,ʒ.iiij.
Turbith electi. ʒ.i.ß.
Mannæ granatæ
Mellis rosati collati an.quartum ß
zuccari,ʒ.xvi.
Fiat electuarium.

Quamuis superius descriptum fuerit tamen quia presens descriptio mihi visa est rationabilior, ideo hic eam apposui, & est illa quam scribit Guido de caliaco.

Diacasiafistula pro enematibus magistralis.

℞.Florum violarum
Matrum violarum
Maluarum Mercurialis.

Bletarum
Parietariæ an. M.i.
Abſynthii romani M.ß.
Omnium viridium, fiat ex his decoctio inſufficienti quantitate aquæ poſtea colletur manibus exprimendo. In qua collatura diſſolue.
Caſiefiſtulę ℔.i.
Mellis electi.℔.ß.
Coquatur totum vſque ad conſumptionem decoctionis
Alia dia caſiafiſtula, cum melle vel zucaro.
℔.prunorum numero.xxx.
Thamarindorum Violarum
Se.aniſi an.ʒ.ii.
Medulæ caſiefi.℔.ii.ß.
Mellis ℔.iiij.ß.
Et fiat electuarium, & ad faciendū de zuccaro loco mellis accipe.
zuccari candi.ʒ.iiij.
Mannæ electæ.ʒ.ii.
Et nota quod decoctio debet fieri de prunis violis & aniſo ſupraſcriptis.

Alia diacaſiafiſtula
℔.pulpæ caſiefiſtulę
Pulpæ prunorum damaſcenorum an.℔.i.
Thamarindorum ʒ,vj.
Mellis ℔.iij.
Caſia & thamarindi diſſoluantur cum decoctione, malue matre viol.& mercurial. in qua decocta ſunt pruna damaſcena quantum ſufficit.

Diaturbith cum reubarbaro
℔.ſandal.alb.
Sandal.rub. Violarum.
zinziberis an.ʒ.i.ß.
Aniſi. Cinamomi.
Crocian.ʒ.ß. Turbith.
Maſticis.
Hermodactilorum.an.ʒ.i.
Reubarbari electi.ʒ.x.
zuccari albi ℔.ij.Fiat &c.

Finitur particula quinta.

Sexta particula ſecundi libri incipit.

SVpereſt in hac ſexta particula determinare de antidotis quorum nomina incipiunt per E. quæ eſt litera immediate ſequens ad literam D. in ordine minoris alphabeti.

Erunt autem in hac particula ℔tæ ſequentes.
Eſdra magna D.N.
Electuarium diafinicom.D.M.???
Electuarium plyris arcoticū D.N.
Electuarium de aromatibus D.M.
Electuarium de gemmis. D.M.
Electuarium ſarbotheng. D.M.
Electuarium letitiæ.Gale. D.N.
Electuarium reſumptiuū ſiue ad reſtaurandum humiditatem D.N.
Electuarium catolicon.D.N.
Electu.de granis myrti. D.M.
Electu.de ſucco roſ.cuius duæ ponuntur receptæ.
Electu.de phylio cuius duæ ponuntur receptæ.
Electuarium de citro.D.M.
Electuarium alarif, cuius duæ ponuntur receptæ
Electuarium indum maius. D.M.
Electuarium indum minus. D.M.
Electuarium eleſchop.D.M.
Electuarium confortatiuum ſtomachi, cuius duę ponuntur ℔tæ.
Electuarium de fructibus. D.M.
Emblici conditi ex D.M.
Electuarium dulce, cuius quatuor ponuntur ℔ tæ.
Electuarium contra peſtem
Emplaſtrum de muſcilaginibus.???

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 166 sur 459

Emplaſtrum diaquilon commune cuius duæ ponuntur receptæ.
Empla.diaquilon magnum.D.M.
Empla.diaquilon paruum D.M.
Empla.pro ſtomacho,D.M.
Empla.de granis lauri D.M.
Emplaſtrum de gallia cuius duæ ponuntur receptæ.
Empla. de xiloaloe. D .M.???
Emplaſtrum relatum ad andromachum cuius duæ ponuntur ℔. tæ
Emplaſtrum de ſinapi D.M.
Emplaſtrum de fermento cuius iij.ponuntur receptæ
Emplaſtrum ad duritiam iunctarum, & eſt Raſis quod ſimiliter ſcribit Meſue.
Emplaſtrum diaſinicon,cuius duę ponuntur receptæ.
Empla.de aleis D.M.
Emplaſtrum relatum ad ariſtarchum.D.M.
Empla Oribazij,quod ponit D.M.
Empla.de melliloto.D.M.
Empla.apoſtolicon D.N.
Empla.ceroneum D.N.
Empla.oxirocroceum D.N.
Empla.de ianua D.N.
Empla.gratia dei.D.N.
Empla.contra rupturam. D.N.
Empla.diuinum. D.N.

Additio ſuper litera E.

Electuarium de margaritis. D.Auicen.
Electuarium conciliatoris
Electuarium de branchiis lauri Raſis
Electuarium de cineribus. D. Auicen.
Electuarium quo vtuntur reges & prelati D,M.
Electuarium ſecundum quo vtuntur reges & prelati.
Electua.de pomis D. M.
Electuarium de perſicis.D.M.
Electuarium de ſorbis. D.M.
Eegetea,D.M.
Electua.lenitiuum magiſtrale.
Empla. de cruſta panis magiſtrale & vſuale.
Emplaſtrum pro ſtomacho quod præparant aromatarii lugdunenſes.
Empla.aliud pro ſtomacho.
Emplaſtrum pro matrice
Emplaſtrum pro renibus
Eſdra magna.D.N.

a ℔.Aliptæ muſcatæ
Myrrhæ
Foliorum rutæ zuccaræ
Seminis apij
Camedreos
Fœnugræci an.ʒ.iə .i.gra.i.
Raſuræ eboris
Pigami
Seminis lilifagi Golenæ
Balauſtiarum an. ʒ. i. gra. vij.ß. & parum plus
Gariofilorum
Cinamomi
Xilobalſami
Spicæ nardi
zodoariæ
Laccæ
Roſarum
Capparis
Pulegi regalis
Abrotami
Melanopiperis
Petroſelini
Oſſium,dactilorum an.ə.ii.ß.gra. iiii.
Galangæ
zinziberis
Croci hortenſis
Anacardi
Lithodemonis
Mandragoræ
Radicis acori
Radicis peoniæ

a *Hæc confectio non eſt vſualis nec præparata reperitur & hic alludendo cõfectionem ſit loquitur Pla. Notandum dicit quod magiſter cepo & magiſter Ioan. de Platea in hoc erant gemelli & ad cætera omnia peno diſcordes quod eſdra modicam vel nullam habet efficatiam, quia cum infinitæ ſpecies in ea recipiantur in eius doſi de tot numero vnum fere nihil poteſt operari.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 167 sur 459

a Tymi Iſopi
Roris cyriaci
Baſilicoñ.
Dauci cretici
Seminis fœniculi
Seminis alteæ
Oſſium oliuarum
Vini veteris optimi añ.ʒ.ß.
ϑ.ß.gra.i.
Balſami
Croci orientalis
Folij
Galliæ muſcatæ
Coſti amari
b Calami aromatici
Caſiefiſtulæ
Myrobalanorum
Nardi Celticæ
Xilo aloes
Dragagan.
Coralli albi & rubei.
Conſite rub.
Caſtorei
c Bdelli
Opoponaci Galbani
Aſpalti
Terebenthinæ
Maſticis
Tyriacæ adriani
Splenis pultri
Ventris merguli
Reupontici
Ariſtologiæ longæ
d Azari
Hermodactylorum
Meu Yreos
Pirhetri
Peucedani Gentianæ
Epithymi
Violarum
Arthemiſiæ
Chimoleæ
Foliorum citri
Laureolæ
Mentæ
Malabaſtri
Quinque folij
Carpobalſami
Aniſi Amomi
Cimini Miconis
Seminis ozimi minuti
Platocimini
Seminis rutæ hortenſis
Baccarum lauri
Sanguinis draconis
Lapidis magnetis
Lapidis agatis
Oſſis de corde cerui
Muſcelini
Petrolei an.ϑ.i. & tertiam partem alterius
Camphoræ Ambræ
Ambarum margaritarum
Blaccæ bizanciæ
Florum ſambuci
Storacis calamitæ
Serapini
Sulphuris viui
Armoniaci
Antimonij
Accatiæ Betheconicæ
Cabalini marini
Ypoquiſtidos
Macis Licij
Squinanti
Berbæ ſyriace
Florum oleandri
Fu Marrubij
Sulphuratæ
Abſynthij
Alexandrini
Euforbii
Cardami
Seminis aneti
Amei
Gith
Leuiſtici
Seminis citri
Piperis albi
Piperis longi

a *Hic thimus debet tantum pulueriſari quod repat ad vias vrinæ & efficiatur magis prouocatiuum, quã ſolutiuum.*

b *Credo quod debet dicere caſtelignee propter causam dictã in acharisto*

c *Hic pone bdellium iudaicum vel ſaltem bdellium molle.*

d *Azarum debet tantum pulueriſari quod repat ad vias vrinæ & ſit magis prouocatiuum quã ſolitiuum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 168 sur 459

Nigellę
Vſifur
Corticis neræ
Mabathematicum
Aquæ vitis an.ʒ.ß.gra.ij.
Lithargirij auri
Amidi
Opii thebaici
Radicis iunci
Calamenti
Iuſquiami an.gra.vii
Mellis quod ſufficit.
a Electuarium pliris arcoticum.
D.N.
℔.Cinamomi
Gariofilorum Ligni aloes
Galangæ Spicæ
Nucis muſcatæ
Zinziberis
Spodij Squinanti
Cyperi
Roſarum
Violarum an.ʒ.i. gra.xv.
Folij
Liquiriciæ Maſticis
Storacis ſanſuſci
Balſamitæ Baſilliconis
Cardamomi
Macropiperis
Myrtillorum
Corticis citri an.ʒ.ii.gra.v.
Gemmarum id eſt margaritarum albarum & ſplendidarum.
Been albi & rubei
Coralli
Cerui combuſti an.ʒ.i.gra.ii.ß.
Muſci gra.vii.ß.

Camphoræ gra.v.
Syr.roſa quod ſufficit.
b Electuarium de aromatibus.
D.M.
℔.Ligni aloes crudi
Roſa.an.aur.xii.
Galliæ muſcatæ, Macis
Doronici
Piperis longi
Nuſcis muſcatæ
Mentę ſiccæ Spicæ
Caſieligneæ Maſticis
Gariofilorum Cinamomi
c Azari an.aur.iii.
Calami aromatici aur.iiii.
Cardamomi maioris & minoris
Trium ſandalorum
Reubarbari
Cubebæ Coſti
Zinziberis Seminis fœniculi
Keyſim
Aniſi an.aur.ii.zuccare.ʒ.vi.
Miuæ aromaticæ ʒ.xii.
Mellis diſpumati quod ſufficit.
Electuarium de gemmis.D.M.
d ℔.Margarita.albarum ʒ.iii.
Fragmentorum ſaphyri.
Hyacinthi Sardinis
Granatorum
Feruzegi an.ʒ.i.ß.
e Zedoariæ Deronici
Corticis citri Macis
Seminis alphelengemiſch an.ʒ.ii.
Coralli rubei Karabæ
Limaturæ eboris an.ʒ. vnius partes ii.Been albi & rubei.
Gariofilorum Zinziberis
Piperis longi Spicę Folij
Croci Heyl an.ʒ.i.
Trociſcorum diarodon
Ligni aloes an.ʒ.v.
Cinamomi Galangæ
Zurumbet an.ʒ.i.ß.
Foliorum auri & argenti an.aur.ß.
Muſci boni ʒ.ß.

a *Hoc electuarium non eſt in vſu nec preparatum reperitur, ſi quis tamen vellet confice re magiſtraliter lignum aloes ambra muſcus & camphora vnũ quodque eorum per ſe debet pulueriſari & reliqua ſimul & tunc cum ſirupo roſato cocto ad perfectionẽ fiat electuarium aliqui tamen non ponunt camphorã propter delicatos, quia inducit horribilem ſaporẽ ſed loco eius in ſyrupo roſ. ponunt de ſandalis albis & rubeis Platea.*

b *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur. Vtuntur nõ nulli medici preſenti electuario ſine ſpeciebus maxime in febribus ſed raro vtuntur eorum ſpeciebus.* c *Hic azarum debet tãtum pulueriſari quod repat ad vias vrinæ, & ſit magis prouocatiuum quam ſolutiuũ.* d *Hoc electuarium non eſt in vſu nec preparatum reperitur.* e *Quidam libri habent ſmaragdorum & feruzegi, ſed falſo, ſed debet ſcribi feruzegi id eſt quod ſmaragdorum: quia feruzegi idem eſt quod ſmaragdus.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 169 sur 459

Ambræ ʒ.ii.
Confice cum melle emblicorum & colatura geleniabin de roſ. i. melle roſato partibus æqualibus quantum ſufficit.

a Electuarium ſarboteng. D. hameg filij zachariæ quod dicitur electuarium letificans, & illud ponitur Meſue. ℞.roſ.
Ligni aloes an.ʒ.vi. Macis
Nuſcis muſcatæ Galliæ muſ.
Cardamomi Heyl an.ʒ.ii.
Cinamomi Croci an.ʒ.ii.ß.
Ciperi ʒ.ii. Gariofilorum
Spicæ nardi Maſticis
Azari. an ʒ.iii.
Fiat omnium trituratio bona & cõfice cum melle emblicorum, & aromatiſa cũ muſci ʒ. vnius quarte.
Electuarium leticiæ galen. D N.
℞.Succi pomorum dulcium & odoriferorum.
Succi citoniorum Vini veteris
b Succi boraginis Florũ baſilicõis
Croci zedoariæ Xilobalſami
Gariofilorum Corticis citri
Galange Macis
Nuſcis muſcatæ.
Storacis calamitæ an.ʒ.v.
Camphoræ Ambræ
Muſci an ʒ.i. Aniſi
Raſuræ eboris Thymi
Epythimi an.ʒ.ii.
Margaritarum perforatarum.ʒ.i.
Oſſis de corde cerui.ʒ.i.
Auri puri Argenti meri an.Ə.i.
Zuccaræ quod ſufficit.

c Electu.reſumptiuum ſiue ad reſtaurandum humiditatem.D.N.
℞.roſ. Liquiritiæ.
Zuccaræ an.ʒ.ii. & gra.v.
Gummi arabici.
Dragagantum an.ʒ ii.Ə.ii.
Sandali albi & ru.an.ʒ.i.Ə.i.ß.
Papaueris albi.
Succi liquiritiæ Amidi
Seminis portulacæ
Seminis lactucæ
Seminis ſcariolæ na.ʒ.iii.
Gariofilorum Spodii an.ʒ.i.
Cinamomi ʒ.i. Zinziberis
Storacis calamitæ an.ʒ.ii.
Croci gra.v.
Penidiorum ʒ.ß.
Seminis citruli Melonum.
Cucumeris
Cucurbitæ an.ʒ.iii.
Seminis citoniorum Ə ii.
Amygdalarum Pinearum
Berberis an ʒ.ii.
Seminis maluæ seminis coti
Violarum sebeſtem
Nenufa an.ʒ.ii.
Confice cum ſyrupo violato vel ſyrupo decoctionis gummi arabici, & draganti. & roſ.

d Electuariũ catholicon quod dicitur eſſe nicolai deſcribitur tamẽ a galeno in antidotario minori.

e ℞.ſenæ bene mundati
Caſiefiſtulæ mundæ
Thamarindorum an.ʒ.viii.
Reubarbari Violarum
Polipodii Aniſi an.ʒ.iiii.
Liquiritiæ mundatæ
Penidiorum Candi an.ʒ iiii.
Quatuor ſeminum frigidorum mundatorum an.ʒ. i.
Tunc accipe ℔.i. polipodii & tere & in aquæ diutiſſimè decoque & ex colatura fac ſyrupum cum viii. ℔.zuccaræ. In parte autem colaturæ diſtẽpera caſianfi. & thamarindos, & in fine decoctionis ſpecies pone deinde confice electuarium.

f Electuariũ de granis myrti D.M.
℞.confectionis electuarii de aromatibus cui adde.
granorum myrti tritorum ſicut alcohol. ʒ.vi.

a *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

b *Succus boraginis debet accipi de floribus quia ſic eſt magis cordialis.*

c *Hoc electuarium non eſt multum in vſu interdum tamen in aliquibus botheeis præparatum reperitur.*

d *Hoc electuarium eſt in vſu multum & vbique præparatum reperitur.*

e *Senæ debet mundari à foliis magnis & ſtipitibus foliorũ quia ſtipiter nullius ſunt vtilitatis, vt Meſ. c. de ſene.*

f *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

Myrobalanorum indorum
Bellericorum Emblicorum
Super quod iam præteriit ebullitio vna in aqua citoniorum cum vino odorifero an.ʒ.vij.
Carui Anisi
Cimini
Seminis apij infusorum in aceto die vno ac nocte & exiccatorum an.ʒ.v.
Confice cum miua aromatica.
a Electuarium de succo ros. D.M
℞. succi rosarum rub. completarum ℔ iiij.
Zuccaræ tabared.℔.i.ß.
Teneriabin puri & recentis ʒ.vi.
Scamoneæ antiochenæ ʒ.i.ß.
Coquantur omnia cum facilitate super ignem clarum vsque dum mellis habeat spissitudinem.
Deinde proiice super illud.
Trociscorum de spodio ʒ.i.
Croci an ʒ.iij. Galliæ
Trociſci de berberis.ʒ.iiij.
Repone in vase vitreo.
b Aliud D.N.
℞.Zuccaræ
Succi ros.an.℔.i.& ʒ.iiij.
Trium sandalorum an.ʒ.vi.
Spodij ʒ.iij.Diagridij.ʒ.xii.
Camphoræ.ϑ.i.
Tempera ad modum electuarij cũ syrupo facto de eodem zuc.&suc. ros.
c Electuarium de psylio.D.M.
℞.Succi bugloſſæ siluestris & domesticæ.
Succi endiuiæ
Succi apij coctorum & deparatorum an.℔.ii.
Et proiice desuper.
Seminis cuscutæ Anisi
Folliculorum senæ an.ʒ.ß.
Capillorum veneris M.i.
Succi fumiterræ.ʒ. iii.
Azari.ʒ.iiii. Spicæ ʒ.ii.
Dimitte dia ac nocte, deinde bulliat ebulitione vna, & proiiciatur desuper.
Violarum viridium vel siccarum ʒ.iii.
Epithymi.ʒ.ii.
Et bulliant iterum alia ebullitione parua.Deinde colatur & exprimatur,& in colatura ponantur.
d Psylii ʒ.ii
Et dimittatur per diem ac noctem omni hora tamen agitando cum spatula.Deinde exprimatur viscositas tota deinde accipe huius viscositatis ℔.iiii. & proiice desuper zuccari albi ℔ ii.ß
Scamoneæ antiochenæ coctæ in pomo ʒ. iii. ß. & coquantur cum facilitate & postquam coctũ fuerit proiiciatur super ipsum pulueris.
Trociscorum de spodio
Trociſci diarodon
Trociſci de reubarbaro añ ʒ. i.
e Trociſci de berberis.ʒ.ß.

Glosa notanda circa confectionem.

Hic debet grosso modo pulueriſari azarum vt sit magis solutiuum quam prouocatiuum. In hac etiã confectione ponitur violarum viridium &c. In alio Prunorum & vtraque litera est bona & conueniens proposito,& adhuc erit melius si vtrumque ponatur: scilicet violæ & prunæ, sed debent poni pruna sicca non viridia.

Aliud

a *Hoc electuarium est in vsu multum & vbique preparatum reperitur, non tamen preparatur secundum presentem descriptionẽ sed secundũ descriptionem Nicolai immediate sequẽtem.*

b *Hoc electuarium est multum vsuale & communiter preparatur secundũ presentem descriptionem. Et scitote quod in hac confectione in qualibet ʒ. confectionis intrant fere ϑij.diagredij & quãtus eius virtus sit multum repressa nihilominus excedit nimis, & vide quod in diacitonio non posuit Mes. dediagridionis ϑ. i. aut circa pro ʒ confectionis, & vbi in hac confectione tota ponuntur ʒ.xij. si diceres ʒ.viij. tu ita faceres.*

c *Electuariũ de psilio est multum vsuale apud nos tamen non reperit preparatum.*

d *Aliqui habent psilij ʒ.vi.*

e *Attende quod in qualibet ʒ. huius confectionis intrat de diagridio ϑ. & est quantitas conueniens.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 171 sur 459

a Aliud.D.N.
℞.seminis pſilii. ℔.iii.
Pone in aqua feruēti per triduum poſt ea coletur & colaturæ addatur.
Diagridii ʒ iii.
Zuccaræ ℔.iii.
Et per duos dies dimittantur, poſtea coquantur & ab igne deponātur, & puluis iſtarum ſpecierum miſceatur.
Sandali albi & rubei
Roſarum Spodii.
Reubarbari Dragagañ.
Gummi arabici
Violarum Berberis an.ʒ.ß.
Seminis ſcariolæ
Portulacæ an.ʒ iiij.
b Electuarium de citro non laxatiuum D.N.
℞ corticum citrorum aun xx.
Gariofilorum Ligni alœs.
Cinamomi electi Macis
Galangæ
Calami aromatici an.ʒ.ii.
Muſci ʒ.ß. Cardamomi
Zinziberis an ʒ i.
Confice cum melle
Apothecarii noſtri vtuntur quod quodam electuario laxatiuo quod appellant electuarium de citro & condiunt per ℞.ſuas & eo vtuntur in aliquibus regionibus vt in monte peſſulano ego non vidi receptam ſed poteſt quilibet facere & vti ſecundum bonam conſuetudinem loci vel regionis.
c Electuarium alarif.D.& inuentionis Meſue.
℞. Mirobalanorum citrinorum.
Kebulorum
Indorum an. partes æquales. Tere & cribra & accipe olei amygdalarum quantum ſufficit & infunde ſuper eos & frica manibus,& hoc facias tribus diebus in ſole ſemper infundendo oleum poſtquam,fuerit exiccatum. Deinde quātitatem zuc. albi in decuplo ipſius aquæ fontis clari diſſolue ſicque prædictam mixturam triduo continuo tene ſemper parum de oleo infundendo & hoc facias donec myrobalanorum amaritudo ceſſet, dein de ſicca in vmbra, deinde accipe ex hoc toto ʒ.xv.
Turbith albi.ʒ.vi. Aniſi
Maſticis an. ʒ.ii.
Spicæ nardi ʒ.i.ß.
Violæ ſiccæ ʒ.vii.
Se.apii.ʒ.i.ß. Nabeth.
Zuccari albi an.ʒ.x.
Confice cum melle diſpumato.

Gloſa notanda.

Hoc electuarium debet confici tempore eſtatis vt notatur in textu cui conformatur litera Meſ. ca.de myrobalanis de rectificatione eorum vbi iſta dicit ad literam. Sumatur de mirobalanis contritis quātitas quam volueris & ſit hoc in æſtate. Dicitur in ℞.quod fundatur ſuper myrobalanis huiuſmodi quantum ſufficit de oleo amygdalarum dulcium, loco huius tu potes ponere oleum roſ. aut oleū violarum, aut oleum de ſizamo aut ſaltem contere cum eis amygdalas dulces aut paſſulas aut violas aut mel paſſularum. Talia enim confortant operationes myrobalanorum & ſunt proprii iuuamenti cum eis,vt Meſue.loco ſupradicto. Dicitur enim in ℞.quod zuccara diſſoluatur in decuplo ipſius aquæ claræ, forte quod melius eſſet quod diſſolueretur in aqua lactis caprarum, vt Meſ. vbi ſup. In aliquibus libris ſuperadditur huic confectioni aniſi ʒ. ii. viol. ʒ. vii.

a *Hoc electuarium non eſt in vſu ſecundum preſentem deſcriptionem ſed ſecundum priorem que eſt Meſue.*

b *Hoc electuarium non eſt in vſu nec preparatum reperitur.*

c *Hoc electuarium non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 172 sur 459

a *Hoc electuarium non est in vsu nec præparatum reperitur.*

Decoquantur cum facilitate cũ quatuor ℔. aquæ vsque ad libras duas.Et proiice super ipsum casiefistulæ vnciã vnam colatæ & mundate à stophis, i. superfluitatibus.
Et proiice desuper.
Rob.ʒ. iiij.
Penidiorum ℔.ß.
coque donec impinguetur.
Deinde misce cum eis Farinæ.
Fabarum.ʒ.ii.

d Looth aliud ad idem. D. eiusdem ex intentione eis.
℞.Seminis papaueris.ʒ.x.
Radicis liquiritiæ.ʒ.vij.
Sebesten.xx numero. Pſylij.
Seminis citonjorum an.ʒ.v.
coquantur in ℔.iij.aquæ vsque ad consumptionem medietatis, coletur & proiiciatur super illud.
Rob. Penidiorum an.ʒ. iiij.
Iterum coque donec impinguetur deinde misce cum eis.
Dragagan.
Gummi arbici an.ʒ.v.
Papaueris albi
Granorum citri an.ʒ.ii.

e Looth pro ethicis consumptis & ptisicis Mesue.
℞.papaueris albi Spodij
Seminis lini torrefacti
croci
Amygdalarum dulcium an.ʒ.iii.
Amidi
Dragagan.
Gummi arabici
Seminis citoniorum
Seminis citrulli an.ʒ.vi.
Granorum nasturcij
Amygdalarum amararum.
Fabarum an.ʒ.i.ß.
Penidiorum.ʒ.lxx.
Dissoluantur penidi. in aqua

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 193 sur 459

fontis, & coquantur & conficiantur cum eis cætera.

a Looth ad asma. D.M.
℔. Squillæ assæ. ʒ. iiij.
Radicis lilij celestis. ʒ. iij.
Hyssopi
Prassij an. ʒ. i.
Myrrhæ croci an. ʒ. ß.
confice cum melle.

Looth de amihd. D.M.
b ℔. Amygdalarum dulcium
Amygdalarum amararum
Seminis lini torrefacti
Granorum pini Amidi
Dragagan.
Gummi arabici
Succi liquiritiæ
Radicis liquiritiæ an. ʒ. i. ß.
Zuccaræ
Penidiorum an. ʒ. iij.

Confice cum melle & succo fœniculi bullitis quantitate sufficienti.

c Looth de caulibus. D. Gordonii
℔. Succi caulium rubeorum lib. i.
croci ʒ. ii. Zuccare.
Mellis an. lib. ß.
Misce simul vt decet & fiat looth.

Aditio super liteta L.

Looth de alleis. D. M. cap. de tussi humida.

d ℔. Aleorum mundatorum ℔. ß. Et elixa ea in aqua decoctionis cicerum rub. & hysopi siccę vsque quo sint bene decocta, deinde colentur & terantur allia sicut medula, & proiice super ea mellis & butyri an. ʒ. vi decoquantur lento igne vsque ad terminum looth & vtere bonum est.

e Looth de pulmone vulpis D.M. cap. de ptisi.
℔. Pulmonis vulpis sicci
Succi liquiritæ
capilorum veneris
Se. fæniculi an. ʒ. iiij.
confice cum zuccaro decocto in aqua quantum sufficit. Et quandoque conficitur cum rob myrtino & est confortatiuum amplius.

a *Non est in vsu nec præparatū reperitur.*

Looth de farfara magistrale multum valens in passionibus pectoris.

f ℔. Radicum farfaræ elixatæ in aqua communi ʒ. vj. Pistentur subtiliter in mortario lapideo cum pistello ligneo, & postea addatur.
Pinearum purgatarum. ʒ. i. ß.
Passularum Henucleatarum, ʒ. ii.
Pistentur omnia subtiliter, & cum ℔. i. zuccari dissoluti in decoctione vbi coctæ sunt radices farfaræ.
Et sunt qui addunt infra scriptas species
℔. croci
Gariofilorum
Cinamomi
Macis an. ʒ. i.
Succi liquiritiæ ʒ. iiij.
Misce & fiat loot secundum artē.

b *Non est in vsu nec præparatū reperitur.*

Finit particula vndecima.

Duodecima particula secundi libri incipit.

c *Looth de caulibus est in vsu & præparatū reperitur.*

SEquitur in hac duodecima particula de litera M. quæ ad literam. L. immediatè subsequitur in ordine minoris alphabeti. Erunt autem in hac particula receptæ sequentes.

d *Raro habetur in vsu.*

Metridatum D.N.
Musa ænea, cuius duæ ponuntur
℔ tæ. Nicolai Miua simplex D.M.
Miua aromatica. D.M.
Miua acetosa. D.M. cuius duæ ponuntur. ℔ ræ.
Miua acetosa de succis fructuum cuius duæ ponuntur receptæ.

e *Istud looth multum habetur in vsu.*

f *Interdum habetur in vsu.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 194 sur 459

Mel roſ. D. M.
Mel anthoſatum
Mel bugloſatum
Mel alkikil
Iſtæ tres ſpecies mellis ſupradictę vltimæ decribuntur in margine de intentione Meſue ſuper melle roſato.
Mel anacardi. D. Bulcra. in ſeruitore.
Mel paſſulatum
Mel myrtinum. D. Galen.
Mel embricorum.

Additio ſuper litera M.

Metridatum Auicen. ex deſcriptione communi. Errores qui in ipſius conſtructione communiter committuntur.
Mel anacardinum faciendi alius modus.

a Metridatū opiata famoſa vbique vſualis eſt & vbique preparatum reperitur.

a Metridatum D.N.
℔. Storacis calamite ʒ. i. ℈. i.
Gariofilorum Nardi
Xilobalſami Orobi
Lentiſci Dragagan.
Maſticis Galbani
Gummi cedri Aſpaliti
Caſtorei Offei

b Hic debet poni bdellium de mecha aut ſaltem Bdellium ſiccum & non molle.

b Bdellij
Terræ ſigilatæ
Melliloti Laudani
Opoponaci
Amoniaci Opij
Sulphuris viui
Liquiritiæ Nitri
Ypoquiſtidos

c Hic azarū debet ſubtiliſsimè pulueriſari: vt magis ſit prouocatiuum quam ſolutiuum.

Acatiæ Roſarum
Camedreos ypericon
Abrotani Peoniæ.
Hyſſopi Origani
Elemni Kami cedri
Damnidis
Ariſtologiæ longæ
Epythimi Peucedani
Roriſmarini
Centauræ
yringorum Balauſtiæ
Cymarum myrti
Pſidiæ
Romei Squillæ
Carpobalſami
Aniſi Gith
Iuſquiami Fœniculi
Cimini Cardamomi
Sizelei Teſapei
Amei Cinoni
Leuiſtici Seminis rutæ
Miconis Apij
Dauci Orminum
Macropiperis Ozimi
Amomi an. ʒ. i.
Acori ylafeos
Caſſami Filix
Zuccorariæ
Cathanenſis an. ℈. ij.
Balſami Cinamomi
Croci Coſti
Sq̃inanti Zinziberis
Folij Terebentine
Myrrhæ Olibani
Caſſiæ Agarici
Celticæ Reupontici
yrei c Azari
Diptami Praſſij
Interioris coloquintidæ
Sticados Arthemeſiæ
Calementi Scordei
Silphij camepitheos
Melano piperis
Leucopiperis
Ozimi
Seminis petroſelini
Anagodam
Malabaſtri
cardami
Penthaphilon an. ℈. i.
Dannoti tertiam partem ℨ. vnius
Vini fortiſſimi & vetuſtiſſimi. ʒ. i.
Mellis quod ſufficit.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 195 sur 459

a Musa ænea D. N.
℞. Piperis albi gra. xvij.
Thuris masculi
Gentiane Myrrhæ
Iusquiami an. ʒ. vi.
Opij ʒ. iiii.
Croci. ʒ. iii., minus gra. vii.
Euforbij
Mandragoræ
Aristologiæ longe an. ʒ. i. ℈. i.
Mellis quod sufficit.

Alia. D. M.

℞. Castorei Myrrhæ
Opij Piperis
Macropiperis
Galbani Costi
Cinamomi.
Fu Meu
Dauci Azarij
Croci an. partes equales.
Confice cum melle dispumato.

b Micleta D. N.

℞. Myrabalonorum citrinorum
Indorum
Kebulorum mundatorum & assatorum an. ʒ. ii. ß.
Cimini Anisi
Maratri Ameos
Carui an. ʒ. i. ß.
Belliricorum
Emblicorum assatorum an. ʒ. ii.
Nasturcij torrefacti. ʒ. ii. ß.
c Infusa in aceto die ac nocte postea assata pulueriſentur, tunc adde.
Spodij Balaustiæ
Masticis Gummi arabici
Sumach an. ʒ. i. gra. xv.
Fricentur omnia cum oleo ros. & distemperentur cum syrupo myrtino.

Glosa notanda.

Hic ly omnia non distribuit pro generibus singulorum, sed pro singulis generum ita quod solum distribuit pro myrobolanis, nasturcio, cimino, matatro, anisso, & carui, illa enim debent cum oleo rosarum fricari, cætera vero debent per se pulueriſari, & omnia postea simul confici cum syrupo myrtino. Platea.

d Miua simplex. D. M.

Succi citoniorum ℔. c.
Ponantur in vase lapideo mundo & bulliant cum facilitate auferendo omni hora spumam eius vsque ad consumptionem medietatis ipsius, deinde coletur & dimittatur residere per horas iiij. & proiiciatur super ipsum vini antiqui ℔. lx.
Deinde coquatur super prunas donec inspiſſentur. Quidam faciunt cum speciebus & quidam sine & quidam cum melle, & quidam sine & aromatisa si visvt dicetur in miua aromatica.

e Miua aromatica D. N.

℞. Succi citoniorum acetosorum ℔. xx.
Vini antiqui ℔. x.
Coque cum facilitate donec eius tertia pars consumatur, spumam semper auferendo. Deinde coletur, & dimittatur residere vt clareſcat. Et proiice super illud mellis dispumati ℔. vi. iterumbullias auferendo spumam eius & proiiciantur desuper species alephangi-næ ligatæ in panno suspenso super illud. Et sunt propriæ.
Cinamomi electi
Heyl an. ʒ. iii.
Gariofilo. ʒ. ii.
Zinziberis
Masticis an. ʒ. i. ß.
Croci. ʒ. ii.
Ligni aloes
Macis an. ʒ. i ß.
Hæc omnia præter crocum teréatur contritione grossa & suspen-

a *Musa ænea nõ est in vsu nec preparatum reperitur secũdũ quãcunque harum descriptionum.*

b *Micleta est vsualis, & vbiq; præparata reperitur.*

c *Notat hic Platearius quòd ista non debent infundi in copia aceti sed solũ debent aspergi vt humectantur.*

d *Miua simplex est in vsu & vbique præparata reperitur.*

e *Non est in vsu nec præparata reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 196 sur 459

a Miua acetosa non est in vsu nec præparatū reperitur secundum quamcunque harum descriptionum.

dātur in panno sicut diximus omni hora fricando illud supra medicamē donec fiat ei spissitudo, deinde aromatisetur.
Cum musci ʒ.i.
Galiæ ʒ.ii.
Et aliqui faciunt sine speciebus, & sunt qui loco melli ponunt zuccarum, & proprie quādo oportet, & faciunt cum speciebus & sine illis.

a Miua acetosa. D. M.

℞. Succi citoniorum ℔.lx. Decoque vsque ad cōsumptionem medietatis, deinde funde super eum.
Aceti boni & albi ℔.lx.
Et fiat sicut in aliis dictum est.

Aliter fix ex D. eiusdem. M.

℞. Succi citoniorum acetosorum ℔.lx.
Proiice super ipsum mentę siccę.
Foliorum citri an. ʒ.viii.
Foliorum ros. ʒ.iii.
Bulliant ad medium, deinde colentur & funde super ipsum vini antiqui albi ℔.xxv. Deinde compleatur decoctio eius sicut in aliis supradictū est cum speciebus aut sine. Et sunt qui faciunt cum vino, & quidam cum aceto. Et quidam cum vtrisque.

Miua acetosa de succis fructuum. D. M.

℞. Succi citoniorum qui iam decoctus sit vsque ad medium ℔.ii.
Succi malorum montanorum.
Succi pirorū agrestium decoctorū vsque ad medium. an. ℔.i.
Vini antiqui ℔.ii.
Coque sicut dictum est in aliis supra descriptis cum speciebus aut sine.

b Mel ros. D. M.

℞. ros. rubearum preparatum vt in conserua ipsarum inferius dicetur in litera. ʒ. Et sūt eius partes ij.
Mellis boni partes vj.
Coquantur cum facilitate sicut oportet. Et sunt qui ponunt mellis & succi ros. partes æquales, & non ponunt ex foliis aliquid omnino. Et sunt qui ponunt folij ros. partem scilicet.
Succi partem i.ß.
Mellis partes iii.

b Eodē modo fiūt mel buglossatū & mel aliquikil, idest anthosatū, sed in melle aliquikil, sūt qui ponunt species alephanginas. Mes. in litera.

c Mel anacardi. D. azaranij in ℔. suo de preparatione medicinarū, siue in seruitore. Accipe anacardos & aufer pedem eorum scilicet id quod adhæret ramo eorum, & pone in olla munda cum aqua & bulli quousque super faciem videas natare sicut mel, quod colliges cum cocleari paulatim quousque nihil remaneat de eo super conaquam.
Quod repone & custodi.

c Mel anacardi est in vsu pro quanto intrat alias cōfectiones alias non præparatur

d Mel passularum. D. Io. mat. in filio suo de lepra.
Accipe passulas mundas quas infunde per diem & noctem in aqua calida. Deinde fiat decoctio earū sufficiens & cum bona expressione coletur, & colature iterum ponantur ad ignem lentum & tantum bulliat quod veniat ad spissitudinem mellis.

d Mel passularum est in vsu pro quanto ingreditur alias cōfectiones, & hac de causa præparatur alias raro.

e Mel myrtinum. D. Gal. in antidotario minori.
Accipe mellis partes ii. Succi myrti partem. i. Coque cum facilitate sicut oportet.

e Mel myrtinō eodēmodo describitur a, Nicolao in diacodiō, etiā ingreditur alias cōpositiones. f Mel emblicorū

f Mel emblicorum.
Est mel illud vbi conditi fuerunt emblici & reseruati.

Additio super litera M.

Metridatū Auicen. ex descriptione communi.

℞. Myrrhæ	Croci
Agarici albi	Zinziberis

est in vsu & ingreditur alias compositiones.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 197 sur 459

Cinamomi
Dragaganti an. ʒ. x.
Spicæ nardi Olibani
Naſturcij Squinanti
Xilobalſami
Sticados
Sizeleos Coſti
Camepitheos
Galbani Terebenthinę
Macropiperis
Ypoquiſtidos
Caſtorei
Folij Storacis calamitę
Oppoponacis an. ʒ. viii.
Caſieligneę
Leucopiperis
Melanopiperis
Hermodactylorum
Polij Scordeon
Dauci Melliloti
Gentianę Olei balſami
Carpobalſami
Trociſcorum chochion an. ʒ. vii.
Bdellij Rutę an. ʒ. ii.
Amoniaci Spicę romanę
Maſticis Gummi arabici
Petroſilij
Cordumeni
Seminis fœniculi an. ʒ. v.
Aniſi Acori
Meu Serapini
Azari an. ʒ. iii.
Opij Roſ. rub.
Pulegij ceruini an. ʒ. v.
Fu Acatię
Amblici ſtincorum
Semi. iuniperi an. ʒ. iiii. ß.
Vini odoriferi antiqui in quo infundantur ea quę oportet infundi. q. ſ.

Mellis diſpumati q. ſ. & miſceãtur, & reſeruentur, & adminiſtra poſt vi. menſes.

Summa medicinarũ prętер mel & vinum ſunt numero lvi.

De modo conſtruendi metridatũ dicetur inferius cum fiet mentio de tyriaca.

Errores qui in metridati cõſtructione communiter committuntur ſont tres.

Primus eſt quod in ipſo non ponitur terebenthina, ſed reſina laricis que notabiliter differt a terebenthina.

Secundus error eſt quod in metridati cõſtruſtione non ponitur balſamum, ſed aliqui ponunt oleum balſaminum quod maximè differt à balſamo.

Nonnulli verò ponũt loco balſami oleum laurinum, quod etiam a vero balſamo multum differt.

Tertius error qui in metridati cõſtructione communiter committitur eſt, quod in ipſa ponitur plus de melle quam debeat poni, quia Halyabas vult pro qualibet ℔. mellis debere poni ʒ. iiii. ſpecierum, & tamen communiter non ponũtur niſi duæ vel tres ad plus. Hac cõfectione metridati vtuntur nõnulli. Alij verò confectione poſita a Nicolao. Hanc tamen deſcribunt Heliabas, Ioannes ſerapio, Conſtantinus & Raſis.

Mel anacardinum faciendi alius modus præter alium ſupraſcriptũ.

Tere anacardos & pone eos in aceto, & dimitte ſic diebus viii. & coque eos lento igne, & renoua acetum ad duas partes, quæ colatę cum linteo pone fecem in medicina loco anacardi, & cum aceto pone tantumdem mellis & coque hæc ſimul vſque ad ſpiſſitudinem & hoc erit mel anacardinum quod intrat in electuario de anacardiis, & aliis confectionibus.

Finitur particula duodecima.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 198 sur 459

Decima tertia particula secundi libri incipit.

SEquitur in hac decimatertia particula de litera N. que ad litera M. immediatè subsequitur in ordine minoris alphabeti. Erit autem in hac particula receptavnica.

a Nefrocartaticon. D. N.

a Non est in vsu nec præparatũ reperitur.

℔. Lapidis lincis ʒ.ii.gra.xv.
Croci orientalis.ʒ.i.gra.xviii.
Zinziberis Euforbij.
Myrrhæ Olibani
Veſicæ apri
Lapidis in epate vel in veſica porci inuenti.
Cimini Iuſquiami
Macedonici
Seminis citri an.ʒ.i.gra.vi.
Nardi Squinanti
Coſti Pirhetri
Caſieligneæ Reupontici
Praſlij Elemni
Sanſucci Gliconis
Roriſmarini Gentianæ
Saxifragiæ Gummi hederæ
Criſpularum
Baccharum diafinidis
Piperis nigri Piperis albi
Seminis rutæ
Seminis iuniperi an.ʒ.ß.gra.iiii.
Balſami Storacis calamitæ
Sanguinis hyrci
Strucij Acori
Azari Feu
Meu Ariſtologiæ longæ
Ariſtologiæ rotundæ
Bethonicæ Fiſalidos
Dauci Petroſelini.
Semis erucæ an.gra.ij.
Semis vricæ,ϑ.ß.gra.ii.ß.
Succi ſparagiet.
Bruſci an.gra.v.& ß.
Mellis quod ſufficit.

Finitur particula decima tertia.

Quartadecima particula secundi libri incipit.

SEquitur de litera O. quæ ad literam N. immediatè ſubſequitur in ordine minoris alphabeti. Erunt autem in hac particula receptæ ſequentes.

Opiũ cuius duæ ponuntur ℔ ptæ.
Oppopira. D. N.
Oximel D. N.
Oximel ſimplex. D. N.
Oximel compoſitum. D. N.
Oximel aromaticum. D. N.
Oxizaccara ſimplex. D. N.
Oxiccara compoſita. D. N.
Oleũ de amygdalis dulcibus cuius duæ ponuntur receptæ.
Oleum de amygda. amaris
Oleum de chriſomilis
Oleum de perſicis
Oleum nucum
Oleum de auelanis
Oleum de ben
Oleum de kerua
Oleum de carthamo
Oleum de nuce indica
Oleum de ceraſis
Oleum amaleb
Oleum de granis citri
Oleum de fiſticis
Oleum de pineis.

Hęc quatuordecim olea ex deſcriptionibus Meſue ſcripta ſunt in margine ſuper oleo roſarum.

Oleum laurinum cuius duæ ponũtur receptæ, vna textualis & alias in margine.
Oleum balſamum cuius tres ponuntur receptæ.
Oleum de ſizamo cuius duæ ponuntur receptæ.
Oleum de ſemine lini.
Oleum de granis papaueris
Oleum de ſemine lactucæ.

Istorum trium oleorum vltimorũ receptæ ponuntur in margine super prima recepta olei de sizamo.
Oleum de semine cucurbitę cuius receptam vide super secunda 2ta olei de sizamo.
Oleum nardinum cuius quatuor ponuntur receptæ.
Oleum de costo, cuius duæ ponũtur receptæ.
Oleum de sansucco D. M. cuius recepta est eadẽ cũ oleo de costo ideo notata est in margine super recepta olei de costo.
Oleum de cinamomo D. N.
Oleum de auro.
Oleum de argento.
Et alia olea quæ fiunt ex lapidibus vt chrystallo & ex lignis. Istorum receptæ sunt notatæ in margine super recepta olei de cinamomo.
Oleum de piperis D. M.
Oleum puleginum D. N.
Oleum de enula, cuius recepta notata est in margine super recepta olei pulegini D. N. Aliam tamen postea immediatè videas in textu.
Oleum rutaceum cuius tres ponũtur receptæ, quarum duæ sunt textuales & alia notatur in margine,
Oleum de aneto, cuius duæ ponũtur receptę vna est textualis & alia notatur in margine.
Oleum de camomilla, cuius duæ ponuntur receptæ vna est textualis & alia notatur in margine.
Oleum de keyri, cuius recepta notatur in margine super recepta olei de camomilla aut saltẽ in quadam glosula notanda quę quasi videtur esse textualis.
Oleum de melliloto ibidem.
Oleum mirtinum, cuius duę ponuntur receptę vna textualis & alia notatur in margine.
Oleum de lilio cuius duę ponuntur receptæ.
Oleum yrinum D. M.
Oleum ros. cuius quatuor ponuntur receptę.
Oleum viola.
Oleum sambucinum in alio sambucinum.
Oleum de floribus papaueris.
Oleum de lactuca
Oleum nenufare
Oleum de cucurbita. Quorum sex oleorũ receptæ notatę sunt in margine super recepta olei ros.
Oleum de citoniis D. M.
Oleum de sansucco, cuius recepta notatur super oleo de citoniis.
Oleum mandragoratũ, cuius duæ ponuntur receptę.
Oleum de mastice, cuius tres ponuntur receptę.
Oleum de storace, cuius duæ ponuntur receptę.
Oleum de laudano D. N.
Oleum picis D. A.
Oleum muscelinum D. N.
Oleum de castoreo D. N.
Oleum de euforbio, cuius duę ponuntur receptę.
Oleum vulpinum D. M.
Oleum de lateribus ex descriptionibus Nicolai Mesue.
Oleum de croco D. M.
Oleum de tartaro D. N.
Oleũ de cucumere asinino, cuius duæ ponuntur receptę.
Oleum de mezerion D. N.
Oleum oleandri D. N.
Oleum de ase quod est oleum sercinum cuius duę ponuntur 2pte.
Oleum de alkanna D. M.
Oleũ de pomis citrãgulorũ D. M.
Oleum de ouis cuius duæ ponuntur receptę.
Oleum sinapinum D. N.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 200 sur 459

Oleum de iunipero. D. M.
Oleum ſcorpionũ, cuius duæ ponuntur receptæ.

Opium de Azaruij in libro qui dicitur ſeruitor.

a Venias ad papauera nigra quæ ſunt completæ maturitatis poſtquam deſiccata ſunt arore qui cecidit ſupra ea in mane, & ſcindatur cutis eorum parum cum facilitate, ita quod nõ profundetur nec transfigatur cutis eorum ſed ſuperficies tantum inſcindatur, quoniam hac ingrederetur concauitatem & non poſſet poſtea colligi. Deinde rade papauera circunquaque ex omni parte eius. Et incipe abraſionem tuam a ſummitate capitis papaueris, & extrahe vſque ad finem ſciſuræ quam feciſti directæ, & caueat raſor ne radat de cute eius cum lacte & collige lac cũ digito & pone in vaſculo vitreo. Deinde expecta per tempus aliquot, & reuertere iterum ad papaueris primã quoniam inuenies per ſciſſuras quas feciſti iterũ lac egreſſum quòd iterũ collige modo ſupradicto, & tandiu facias quãdiu aliquid de lacte egredietur, & ſi vides aliquid egredi ſecunda die & tertia collige, & deinde miſce ſimul totum quod collegiſti, & reconde in loco mundo donec coaguletur vt poſſis ex eo facere trociſcos & fac & vſui reſerua.

Aliter ſic ex D. eiuſdem.

Accipe capita papaueris nigri & folia eorum & tere bene & extrahe ſuccum eorum cum ſtrictorio aut aliter & tere ſuccum illum aſſiduè donec coaguletur taliter quod poſſint inde fieri trociſci, & fac & ſerua.

b Oppopira D. N.

a *Opium eſt in vſu & præparatur in mõte peſſulano, ſed credo quod nõ ſit bonũ eligendũ eſt opium thebaicũ propter lationẽ corporũ ſuperiorũ ibi eſſe conuenientiorem & aliqui preparãt ſecũdum primã deſcriptionẽ & quidam ſecundũ ſecũdã, prima tamẽ eſt cõuenientior.*

b *Non eſt in vſu nec præparata reperitur.*

c *In alio caſieſiſtu. ſed debet exponi i. caſieli. vt ſepius notauimus & expreſſius in achariſton.*

d *Hic azarum debet tamen pulueriſari quòd repat ad vias vrinæ.*

℞. Opij thebaici ʒ.ii. ϑ i. gra. iiii.

Cinamomi	Gariofilorum
Nardi	Croci
Galangæ	Coſti
Zedoarij	Zinziberis
Xilobalſami	Reupontici
Pirhetri	Coralli
Dragagan.	Myrrhæ
Caſtorei	Oppoponaci
Piperis nigri	
Piperis albi	
Piperis longi an. ʒ.ii. gra. vi.	
Raſuræ eboris	Lilifagi
Herbæ paralyſis an. ʒ.i. gra. xiii.	
c Balſami	Muſci
Ligni aloes	
Squinanti	
Caſieligneæ	
Storacis calamitæ	
Maſticis	Confitæ rubeæ
Galbani	Serapini
Plantæ aſſefœditæ	
Melliloti	
Vtriuſque ariſtologiæ	
Dragunteæ	
d Azari	Ellebori nigri
Meu	Peoniæ
Raſani	Peucedani
Acori	Bethonicæ
Mandragoræ	Gentianæ
Camedreos	Pulegi
Centaureæ maioris	
Centaureæ minoris	
Celticæ	Abſinthij
Proſerpinatæ	Bractei
Capilli veneris	Sponſæ ſolis
Ypericon	Millefolij
Vicetoxici	Praſſij
Pigami	Calamenti.
Radicis iuſquiami	
Cardãmomi	Carpobalſami
Aniſi	Leuiſtici
Lupini	Polinis
Orobi	Alexandrini
Baccarum lauri	Maratri

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 201 sur 459

Sileris an.ʒ.i.gra.xviij.
Mellis quod ſufficit.
a Oximel D.N.
℔.Prunorum damaſcenorum ſiccorum ℔.ii.coque in ℔.v.aquę vſque ad medietatē poſtea ab aqua extrahantur & apponantur in cribro, & cathino ſuppoſito tandiu manibus fricentur donec tota pulpa exeat. Et in aqua in qua cocta ſunt pruna bulliat ʒ. ß. violarum. Poſtea ex hac decoctione fiat ſyrupus non ad plenū coctus cum ℔. ii.ß.zuccarę&addita pulpa prunorū buliat ad ſpiſſitudinē.Et poſtea addātur thamarindorū ʒ.iiii.caſiefiſtulæ mundatæ & diſſolute cum aqua roſarū, vel cum prædicta decoctione, & per caſſiā colatæ ʒ. ii. Et colatura iſta caſiefiſtulæ ponatur cum prædicto ſyrupo & cùm ceperit inſpiſſari ponantur ſucci granatorum ʒ. viii. Et decoque quouſque perueniat ad perfectam decoctionem agitando ſemper cū ſpatula, & depoſito ab igne, adde puluerem harum ſpecierum.
℔.Sandali albi
Sandali rubei
Spodij an.ʒ.iiii.
Seminis portulacæ ʒ. vi.
Roſ.
Dragaganti an.ʒ.ij.
Si laxatiuum facere volueris in vnaquaque libra, pone de ſcamonea puluerizata ʒ.vii. tunc ſcilicet quādo ab igne deponitur. Eodem modo faciendum eſt, vt de diaprunis.

Gloſa notanda.

Credo quòd ſufficeret apponere de ſcamonea ʒ.ß.pro ℔.confectionis, vt ipſe fecit in diacitoniten,& ſic intrabit in ʒ.i. confectionis ϑ. vnus diagredij

b Oximel ſimplex D.N.
℔.Mellis diſpumati ℔.i.
Aceti fortiſſimi ℔.i.ß.
In quo bullíant
Rad.feniculi ʒ.ii.
Rad. rafani ʒ.i.ß.
Bulliant vſque ad tertiam partem. Deinde colentur, & colaturæ addatur ſupradictum mel in ſtannato vaſe, & iterum bulliant lento igne, ſemper cum ſpatula agitando vſque ad acceti conſumptionē.

Gloſa notanda.

Iſtud oximel quod hic deſcribit Nicolaus non eſt propriè oximel ſimplex, imò potius debet dici oximel compoſitum, imò ſi vis facere ſimplex oportet vt ab eo remoueas radicem fœniculi & rafani, & ſit tantum in eo mel aqua & acetum, & ita præparatur communiter & vbique terrarum. De proportione tamen eorum in medicamine dicit Auicenna in v.can. quò debet proportionari ex parte aceti & melius ſecundum guſtum vtentis, ita quòd plus aut minus debes ponere de aceto aut de melle ſecundum quod vtenti aut patienti videbitur ad guſtum delectabilius. Modus tamen communis ſecundum quem præparatur communiter de intentione Meſue, & Auicen. vbi ſupra eſt, quòd accipiantur mellis boni partes ij. aceti pars vna aquę fontis partes iiij. Et debent primo ſimul decoqui mel & aqua, & diſpumari, ita quòd nō permittatur creſcere ſpuma deſuper. Poſtea ponatur acetum & decoquatur ad perfectionē,& dicit Auicen. quòd tantū debent decoqui quòd hæc tria, ſcilicet acetum, mel & aqua benè ſint permixta & nō remaneat ace-

a *Oximel nō eſt in vſu nec præparatū reperitur, quia vtūtur diaprunis, quòd cōuenit cum oxi in virtute, imò eorum eſt eadē receptaomnino præterquam quod in diaprunno ponitur reubarbarū quòd non ponitur in oxi. Se. ʒ. dulcium& debet poni ſurcus iſte illi co. cum extracto ſuerit quia ſeruari nō poteſt vt not. Pla in iſto paſſu.*

b *Secundum præſentēdeſcriptionem non præparatur, ſed ſecundum quā deſcriptionē præparatur videas in gloſa notanda in fine recepte.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 202 sur 459

tum crudum, & quanto mel magis spumat tãto est deterius, & tanto longiori & perfectiori indiget decoctione.

a Oximel diureticum siue compositum D. N.

℞. Radicum apij
Petro
Corticis radicis sambuci
Rafani Enulæ
Yreos. an. ℔. i.
Fœniculi Bruſci
Sparagi
Graminis. an. ℔. iii.

Confice sic, radices in aceto albo fortissimo tribus diebus infunde postea parum simul bullire desine vsque ad factam spissitudinem.

Aliter sic ex D. M.

Accipe corticis radicis apij, & fœniculi. an. ʒ. i. Mundentur cortices & conterantur, & proiiciantur super eas in vase lapido aceti boni antiqui & albi ℔. x. aquę ℔. xx. & dimittantur per diem & noctem. Deinde coquantur donec eius tertia pars consumatur deinde colletur & proiiciatur super ipsum mel lis medietas eius, & coquatur cum facilitate vsque ad perfectam decoctionem syrupi, continuè auferendo spumam.

b Aliter sic, & est descriptio famosa quę communiter prępparatur.

℞. Corticum radicum apij
Fœniculi. an. ℔. i.
Petroselini Bruſci
Sparagi. an. ʒ. ii.
Seminis apij
Seminis fœnugræci. an. ʒ. j.

Decoquantur prædictę radices & semina in ℔. xii. aquę, & in ℔. j. aceti vsque quo redeant ad medietatem aut modicum plus, deinde cum melle quãtum sufficit fiat syrupus qui decoquatur tandiu donec suam perfectam habeat decoctionem.

Glosa notanda.

Notat Christoforus Georgius q. iste communis modus construendi hunc syrupum. Quidam tamen (dicit ipse) loco seminum suprascriptorum ponunt ʒ. i. ß. rad. rafani, sed sic rarissimè prępparatur. Alij nec ponunt semina nec rafanum, & iste modus est communio, & alij addunt aut minuunt secundum quod putant melius: quocunque tamẽ modo vocatur oximel compositum, quòd adhuc dupliciter solet construi, scilicet cum aceto & sine aceto, quando cõstruitur cum aceto vocatur oximel compositum, sed quando construitur sine aceto vocatur syrupus de radicibus, & per totam Italiam vocatur syrupus de radicibus sine aceto. Et vtroque modo penes apothecarios communiter præparatum reperitur.

c Oximel aromaticum D. N.

℞. Rad. apij
Fœniculi Petro
Squinanti an. ʒ. ii.
Seminis anisi Fœniculi
Apij an. ʒ. i
Spicę Masticis
Casiæ Azari
Calamenti agrestis
Calamenti domestici
Seminis petro
Dauci an. ʒ. vi.
Gariofilorum Cardamomi
Zinziberis an. ʒ. iii.

Ista omnia in x. ℔. aquę & vi. aceti decoque vsque ad medietatẽ & totidem mellis apponatur.

d Oximel squilliticum D. M.

℞. Mellis dispumati ℔. iij.

Aceti

a *Non est in vsu nec præparatum reperitur.*

b *Communiter inuenitur prępparatũ secũdũ præsentem descriptionem & magis communius secundũ sequentem.*

c *Non est in vsu nec præparatum reperitur.*

d *Hoc est vsuale & præparatum reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 203 sur 459

Aceti ſquilitici. ℔.ij.
Coquatur & diſpumetur & perficiatur decoctio eius, vt dictum eſt in oximelle ſimplici.

a Oximel ſquilliticum compoſitum D. eiuſdem.

Fit ſicut oximel compoſitum ſed pro acete communi ponitur acetum ſquilliticum.

Oximel ſquilliticum democriti quod ſcribit Meſue.

℞. origani
Hyſſopi ſiccę
Alhaſce keyſim
Cordumeni Sticados an. 3.v.
Coquantur in ℔. iij. aquæ vſque quo deueniat ad ℔. i. proiice deſuper.
Mellis ℔.ij.
Mellis paſſulati ℔.ß.
Succi alfeſſera ʒ.v.
Aceti ſquillitici ℔.i.ß.
Auferatur ſpuma eius omni hora, & coquatur ſicut diximus in oximelle.

Gloſa notanda.

Multæ ſunt aliæ deſcriptiones oximellis, quas vide in litera. S. vbi ſecaniabin nominantur & licet ita ſimiliter iſtæ, quia non eſt communis vſus ita appellari, ſed communiori nomine appellantur oximel ideo hic illas inſerui.

b Oxizaccara ſimplex. D.N.

℞. zuccaræ ℔.j.
Succi malorum granatorum acetoſorum ʒ. viij.
Aceti ʒ.iiij.
Pone iniſtãnato vaſe ſuper ignem & tandiu bulliant cum ſpatula agitando ſemper donec ad quantitatem zuc. redeat, & inpixide poſſit deportari ad modum electuarij.

c Oxizaccara compoſita. D.N.

℞. Capillorum veneris recentium
Scolopendriæ Ceterac
Pollitrici Epaticæ
Violarum Fæniculi
Bruſci Sparagi
Graminis an ℔.i.

Confice ſic, in ſucco malorum granatorum acetoſorum herbas & radices infunde per tres dies, quarta die modicum bullire deſine & cola cum depreſſione fortiſſima. Poſtea adde zuc. quod ſufficit, coque ad perfectam ſpiſſitudinem.

d Oleum de amygdalis dulcibus D.M.

℞. Ex amygdalis mundis ab vtraque cortice partem aliquam & tere contritione vltima, & fac paſtones ex eis, & dimitte in loco calido per ſpacium quinque horarum. Iterum tere & pone in zaphali i. in torculari & exprime & manabit oleum. Si autem in vaſe duplici per ſpacium coxeris, deinde expreſſeris in torculari manabit abundantius, aut ſi amygdalis tritis ſacellos impleueris & ſub cinere calido aut arena calida inter pannos ſepelias, poſtea exprimas, & abundanter emanabit.

e Aliter ſic. D. eiuſdem.

Malaxentur manibus in tina ſicut malaxatur paſta & ſit domus in qua malaxãtur calida, & infundatur deſuper aqua calida parum & ſit pila decliuis, vt ibi maneat oleum, & dum ſic expreſſeris abundabit.

a *Non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

b *Oxizaccara ſimplex eſt in vſu & vbique præparata reperitur ſecundum præſentem deſcriptionẽ Melius ad modum ſyrupi.*

c *Oxizaccara compoſita eſt in vſu & generaliter vbique præparata reperitur ſecundum ſequẽtem deſcriptionem.*

d *Oleum de amygdalis dulcibus eſt multum in vſu & vbique præparatum reperitur & quidam faciunt ſecundum præſentem deſcriptionem, & quidam ſecundum ſequẽtem & ſimiliter oleum de amygdalis amaris eſt in vſu, & vbique præparatum reperitur.*

e *Iſtis modis fiunt olea de amygdalis amaris, de chriſomil., de perſicis, nucum, de auellanis, de ben, de ca de carthamo, de nuce indica, de cerаſ., de amaleh, de granis citri, de fiſticis, de pineis Meſ. in litera eodem modo fere deſcribit Meſ. iõ. hic non ponitur eius recepta, & eſt in vſu.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 204 sur 459

Gloſa notanda.

Hæc omnia olea quæ hic ſupra nominantur in margine raro habentur in vſu præterquam oleum de amygdalis amaris, rariſſiméque reperiuntur præparata.

Oleum laurinum D.N.

℞. baccarum lauri electarum & maturarum, & contritarum in aqua diu coquatur & colentur. Cumque infrigidatum fuerit illud pingue quod ſupernatat colligatur.

Oleum de balſamo D.M.

Fit ex planta longitudinis cubiti vnius aut duorum ad plus ſimilis rutæ agreſtis, cortici cuius ſi acciderit ſcarificatio aut ſcarpellatio ex parte ortus ſolis, fluunt ſicut lacrymæ pinguedinis.

a Aliter ſic ex D. eiuſdem.

Accipe palmites plantæ in principio veris, & tere in pila & coque in aqua & exprime in torculari.

Aliter ſic ex D. eiuſdem.

Tere palmites, & funde ſuper eos oleum antiquum, & pone in ſole diebus quadraginta. Deinde coque in duplici vaſe, & iterum innouentur in eo alii palmites, & ita tertio deinde coletur & repone.

b Oleum de ſizamo D.M.

Mundetur ſizamus ab omnibus immunditiis deinde roretur ſuper ipſum aqua cum ſale pauco & cõfricetur manibus. Iterumque roretur donec madefiat. Poſtea expandatur vt exiccetur deinde aſſetur aſſatione modica & ponatur in ſacculo panni aſperi & fricetur multum donec excorticetur, deinde mundetur à corticibus & molatur & trahatur oleum ſicut oleũ de amygdalis.

Gloſa notanda.

c Hæc omnia olea tam notata in margine quàm oleum de ſizamo raro habentur in vſu præterquam oleum de ſizamo quo præparatur quia ingreditur alias confectiones alias raro vtimur eo.

Aliter ex D. eiuſdem.

Quandoque trahitur oleum præterquam quod excorticetur. Et eius operatio eſt vt aſſetur primo ſizamus, deinde molatur & trahatur oleum vt dictum eſt.

d Oleum nardinum D.N.

℞. Olei hiſpanici ʒ. lxxv.

Aſpalti Myrrhæ
Nigellæ viridis
Spicæ an. ʒ. vi.
Xilobalſami
Gariofilorum
Ciperi
Squinanti
Ariſtologiæ longæ
Enulæ campanæ an. ʒ. iij.
Balſami Cinamomi
Calami aromatici
Folii Carpobalſami
Caſſami
Cardamomi an. ʒ. ii.
Nucis muſcatæ
Storacis Coſti
e Caſieligneæ
Laudani
Fu Azari
Thamariſci
Maſticis Praxini
Fructus iuniperi
Mente
Syriacæ ſiccæ an, ʒ. ß.

Conficefic aſpaltum, myrrham, enulam, fu, azarum, carpobalſamũ, xilobalſamum, thamariſcum, particulariter contuſa in aqua vel vino die & nocte infuſa oleo immiſce, & tandiu coque donec aqua conſumatur & cum paruo igne vt

a *Iſto modo fiunt olea de ſtinco de granis viridibus Meſ. in litera.*

b *Hoc modo fiunt olea de ſemine lini, de granis papaueris, de ſemine lactucæ præterquã non oportet vt excoriẽtur ſemen lini Meſ. in litera.*

c *Hoc modo fit oleum de ſemine cucurbitæ Meſ. in litera.*

d *Oleũ nardinum eſt multum in vſu & vbique præparatũ reperitur, non tamen ſecundum præſentem deſcriptionem, ſed ſecundum ſequentem quæ eſt. Meſ.*

e *In alio caſieſiſtu, ſed debet exponi. caſt-fi. vt ſæpius notauimus & expreſſimus in ac hariſtion.*

oleum non ardeat. Cumque infrigidatum fuerit die vna ſtudioſe cola & fœces proice. Deinde cyperum, ſquinantum, ariſtologiam, caſſamæm, coſtum, galbanú cardamomum, folium, thus, nigellam, calamum, caſiam, ſemotim cõtuſa, & in vino tribus diebus infuſa vt alii pàrs decocta eſt, ſimiliter decoque & oleo bene colato feces proiice & tunc ſpicam Gariofillos, Cinamomum, nucem muſcatam, ſtoracem & coſtum trita & in puluerem ſubtiliſſimum redacta in vini optimi mina vna per biduum infunde, & ſuperiori diſciplina cum oleo ad vini conſumptionem decoque & colatum ab igne depone. Et in parte ipſius olei laudanum & maſticem contuſa cum balſamo medicamini ſupermiſce, & ad lenes prunas aliquantulum bullire deſine & cum ſpatula ſine intermiſſione agitando omnia commiſce, & ſic ab igne depoſitum obtura ne iocundiſſimus odor foris euaporet.

Aliud D. M.

a ℞. Spicæ aromaticæ ʒ. iij.
Vini
Olei ſizamini lib. i. ß.
Aquæ. an. ʒ. ii. ß.

Decoquatur in vaſe duplici lento igne quaſi per horas quatuor & frequenter moueatur omni hora.

Aliter ſic ex. D. eiuſdem Meſ.

b ℞. Spicæ inde ʒ. iij.
Sanſuci ʒ. ij.
Xiloaloes Enulæ
Folij indi
Calami aromatici
Foliorum lauri
Ciperi
Squinanti
cordumeni. an. ʒ. i. ß.
Proiiciantur ſuper ea priuſquam fuerit contrita Vini
Aquæ fontis an. quod ſufficit
Olei ſizamini. ℔. iiii.

Deinde fac ſicut primum & coque horis ſex & agitetur omni hora.

Aliter ſic ex D. eiuſdem Meſue.

c ℞. Spicæ indæ ʒ. iiii.
Storacis
Gariofilorum an, ʒ. iij.
Nucis muſcatæ ʒ. v.
Olei balſami. ʒ. vi.

Fiat ſicut illud & coquatur quinque horis.

d Oleum de coſto D. N.

℞. ſucci oleandri ℔. i.
coſti ʒ. i. Piperis
Pirhetri
Euforbii. an. ʒ. iii.
Olei de lilio ℔. i.
Vini odoriferi quart. i.
coque omnia ſimili

Aliud D. eiuſdem.

e ℞. coſti ʒ. x.
f Caſie. ʒ. vi.

Mitte in vino die vna olei ſizami ℔. ii. ß.

Fiat inde oleum coquendo ſupple omnia ſimul ad vini conſumptionem.

g Aliud D. M.

℞. Coſti amari ʒ. ii.
Caſiæ ʒ. i.
Extremitatum ſanſuſci ʒ. viij.

Vini odoriferi quod ſufficit ad infundendum noctibus duabus.
Olei ſizamini ℔. iij.
Decoque ſicut oleum nardinum.

h Oleum de cinamomo. D. N.

a *Communiter præparatur ſecundum hanc deſcriptionẽ*

b *Communiter non præparatur hoc oleum ſecundũ præſentem deſcriptionem, ſed ſecundũ præcedẽtem*

c *Hoc oleũ communiter præparatur ſecundum primã deſcriptio. Meſ. ſupra dictam.*

d *Oleum de de coſto cõmuniter nõ præparatur ſecundum deſcriptionem. Nicolai ſed ſecundum deſcriptionẽ. Me.*

e *Non ſic præparatum reperitur.*

f *In alio caſi. fiſtu. ſed debet exponi i. caſieli. vt ſæpius notauimus & expreſſimus in acharifton.*

g *Hoc oleum communiter præparatur ſecundum præſentem deſcriptionem h Oleum de cinamomo non eſt in vſu, nec præparatum reperitur. Hoc modo poteſt fieri oleum de auro & argento ligni & lapidibus: præterquam ex cryſtallo. Nicolai in litera*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 206 sur 459

Ponatur cinamomum in vaſe ſubtus peforato & ſuperius obtuſo, prius tamen cum oleo aſpergatur & aliud vas ſub eo ponatur. Deinde iſta duo vaſa ſub terra poſita & aliqua terra tenaci bene conglutinentur & fiat ignis deſuper, tunc vapor ſuperius eleuabitur, & quia orificium eſt clauſum inferius deſcendere cogetur, & iſte vapor oleum dicitur.

a Oleum de piperibus. D. M.
℔. Trion pipereon an. ʒ. iij.
Kebulorum Bellericorum
Emblicorum
Indorum an. ʒ. v.
Radicis apij
Fœniculi an. ʒ. iij. ß.
Serapini Oppopanaci
Iuſquiami albi an. ʒ. ii. ß.
Turbith albi ʒ. xij.
Zinziberis ʒ. iij.
Cauli recentis
Haſce humidæ
Foliorum rutæ humidæ an. M. i.
Decoquantur omnia poſt contritionem eorum cum aquæ ℔. xxiiii vſque ad tertiam partem. Deinde coletur & proiice deſuper olei de kerua, eminas duas & coque vſque ad conſumptionem aquæ.
Et aliqui addunt yreos ʒ. vi.
Capſiæ ʒ. ii. Aniſi
Cordumeni an. ʒ. i. ß.
Calami aromati ʒ. ii. ß.
Spicæ indæ ʒ. i.
Expreſſionis alhaſce i. thimi ſextaria iii.
Et aliqui loco olei de kerua ponunt oleum yrinum, aut oleum de keyri, aut oleum de amigal. amigdal. amaris, & ex omnibus partes conuenientes.

b Oleum puleginum D. N.
℔. Florum pulegij ℔. iiij.
In vaſe duplici cum oleo & aqua tantũ vt oleum non ardeat & ſatis bulliant. Cumque incipiant dimittere humores, ponantur ſub preſſorio, & ſic fortiter expreſſi quicquid ex ſe dimiſerint in vaſe vitreato collig & vſui reſerua.

c Oleum de enula. D. M.
℔. Radicis enulæ contuſæ.
Succi eius
Olei ſizamini an. partes equales.
Vini odoríferi partem ß.
Fac ſicut dicetur inferius in oleo de citonis.

Aliud ex D. eiuſdem M.
Adde permixtioni prædictæ
Foliorum lauri Cordumeni
Spicæ indæ.
Calami aromatici. an. vi. partem vnius.
Et decoque ſicut in allio.

d Oleum rutaceum D. N.
℔. olei. ʒ. lxx.
Foliorum rutæ ʒ. xxxiii.
Sanſuci
Cimini an. ʒ. ví. ß.
Confice ſic herbæ & ciminum cõtuſa ſemotim in oleo diebus quinque infundantur & in vaſe duplici coquantur & vſui reſeruantur.

e Oleum anetinum. D. M.
℔. Olei communis ʒ. xxxvi.
Florum aneti. ʒ. xii.
Flos aneti tribus diebus infundatur in oleo. Quarta vero die lento igne modicum coquatur diligenter & extrahatur, & iterum decoctioni addantur florum aneti ʒ. iii. & ad ſolem ſuſpendatur & vſui diligenter reſeruetur.

Oleum de camomilla. D. N.
℔. olei dulcis ʒ. xxxvi.
Florum camomillæ in menſe Iulij collecte, ℔. i.

Confice

a *Oleum de piperibus non eſt in vſu neo præparatũ reperitur.*

b *Meſ. facit ſicut oleum de enula ſecundum tamen nullã harum deecriptionũ nſt in vſu rec prepaſatũ reperitur.* c *Hoc modo fiunt olea de cinamomo de ſanina, de pulegio Meſ. quæ omnia receſſerunt ab vſu, nec inueniuntur præparata.*

d *Oleum rutaceum facit Meſue, ſicut oleum de citonis. Et communiter præparatur hoc oleum ſecũdum deſcriptionẽ quæ eſt Meſue & non ſecundum illam. N.*

e *Hoc oleum eſt multum in vſu & communiter preparatur ſecundũ deſcriptionẽ Meſ. facit autem Meſ ſicut oleum de camomilla.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 207 sur 459

Confice sic flos oleo immissus in diebus canicularibus in vase vitreo ad solem ponatur & vsui reseruetur. Glosa notanda. Mesue facit sicut oleum ros. prætèrquam oportet quod fiat cum oleo de oliuis completis, aut cum oleo de sizamo cum illis modis preparationum quas diximus & similiter oleum de melliloto. Et similiter oleum dekeiri & de sansucco quæ non sunt in vsu, præparatur tamen communiter oleum de camomilla secundum descriptionam Nicolai.

a Oleum mirtinum. D N.

℞. Olei ℔.v. Vini sextarium
Foliorum myrrhæ tenerrime
Crocei orientalis
Mentæ an. ʒ.x. Masticis
Acatiæ an. ʒ.viii.

Confice sic, folia myrtæ in pila sine intermissione contúdantur, & in vino die ac nocte infundantur. Alia vero die oleo immissa ad lenes prunas vsque ad cũ sumptionẽ vini coquantur, & sic fortiter colentur. Ad vltimum vero puluis croci & aliorũ supermittatur, iterumque lento igne tandiu bulliãt exagitando donec commisceãtur optimè, & conditum vsui reserua.

b Oleum de lilio. D. N.

℞. Olei ℔.v. Liliorum ℔.i.
Ros. ℔.ß.
Masticis ʒ.ii.
Croci ʒ.ß. Crocus & mastix pulueriſati simul cum oleo infundantur in vase vitreo, & vas sit obtusum nouem diebus in sole suspensum, decimo die coquatur & colatum vsui reseruetur.

Aliud. D.M. ℞. Florum liliorũ. ʒ.xii. Masticis
Calami aromatici Costi
Carpobalsami an ʒ.i.
Gariofilorum an. ʒ.ß.
Croci ʒ.iii.

Omnia præter folia liliorum infundantur in aqua sufficienti, & dimittãtur die ac nocte postea bulliant ebullitione vna aut duabus deinde proiice desuper olei sizamini, aut olei de oliuis completis ℔. iii. & pone in vase vitreo cum foliis, & dimitte in sole per dies xl.

c Oleum yrinum. D.M.

℞. Radicis yris quantitatem aliquam.
Foliorum eius tantundem aut duplum eius. Aquę decoctionis radicis eius quod sufficit: funde super ea oleum sizaminum, aut de oliuis maturis quãtum oportet, & decoque in vase dupplici, deinde permuta rad & folia yris & fac vt dicetur de oleo ros.

d Oleum ros. D.M.

Accipe oleum de oliuis aut oleum sizaminum recens, lauetur cum aqua fontium lotionibus pluribus, deinde accipe foliorum rosarum rub recentium contusarum quantitatem sufficientem, & sepellias in oleo quod lauasti, & reconde in vase vitreo, & obtura orificium eius, & expone soli per dies septẽ deinde coque in vase duplici per horas tres, deinde fac permutationem foliorum rosarum & vtere aliis recẽtibus & dimitte per alios dies septem, deinde exerce coctio-

Mes. oleum violatum excepto quod debet fieri cum oleo rudỹ aut amygdalino aut fisamino & simili modo esset sit oleum sambucinum. Et similiter oleum de papauere & propriè ex floribus eius & capitibus papaueris & est illud quod est in vsu & quod præparatum reperitur, similiter oleum de lactuca, & similiter oleum de nenufare & oleum de cucurbita excepto ex succo rasuræ cucurbitæ & floribus eius & oleo.

a *Mes. facit sicut oleum de citonis secundũ quã descriptionem cõmuniter præparatur.*

b *Communiter non præparatur secundũ presentem descriptionẽ. In aliomasticis ʒ. ỹ. sed credo quod debuit dicere ʒ.ỹ & ita scripsi in textu. Credo etiam quoddebuit dicere croci ʒ.ß. & tu vide quia alias nõ sufficeret pro tanta quãtitate olei.*

c *Oleum yrineum generaliter habetur in vsu & vbique præparatum reperitur & dicit Sal. quòd flores yreos ad faciendum oleum yrinum debent colligi de mense aprilis & illo mense debet fieri oleum.*

d *Similibus modis facit*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 208 sur 459

nem in eo ſicut feciſti prius, & fac denuo permutationem foliorum roſarum, & proiice ſuper illud aquæ infuſionis roſarum deſcriptæ in litera .I. ſicut quantitas olei, & ſtringe orificium vaſis, & dimitte in ſole per dies xl.

Gloſa notanda.

Iſte primus modus eſt ille qui communiter habetur in vſu ſecundum quem communiter inuenitur præparatum, dicit tñ Iañ. quod omnes concordant quod oportet fieri ex oleo oliuarum non maturarum aut loco eius ex oleo amygdalarum dulcium, vſus tamen cõmunis tenet contrarium, forte propter carentiam eius in regione iſta & forte propter multitudinem ægritudinum currentium quæ non indigent ſtipticitate tanta. Et dicit Chriſtoforus Georgius ſuper iſto paſſu quod quidam antiqui oleum lauant cum aqua frigida vel cum aliis aquis frigidis diſtilatis vt plus reducant ipſum ad complexionem frigidam & vt bene intelligat apothecarius attendat de mẽte Arnaldi de villa noua in ſuo ſpeculo, quod vbi corpus inungẽdum aut emplaſtrandum eſſet aridum aut acutis abundans fomoſitatibus vt contingit in ethicis & acutæ febrientibus, etiam quam quod non exprimatur in recepta, tamen ſemper debent ablui oleo & cera, vt per talem ablutionem acuitas ceræ & olei remoueatur, & vbi oleum de nouo conficeretur non ſolum deberet ablui, ſed etiam decoqui cum aqua dulciſſima, quia non bene tolluntur partes acutæ olei per ſolam ablutionem propter fortitudinem mixtionis partium in oleo de cera ſecus eſt quia debiliter ſunt colligati in cera: ipſa namque abluta cũ aqua frigida albeſcit & infrigidatur.

Aliter ſic ex D. eiuſdem.

a ℞. Suſci roſarum.

Aquæ infuſionis roſ. prædicte an: partem i. Olei loti & preparati partes iij. recondе in vaſe vitreo, & expone ſoli ſicut diximus. Deinde operare de decoctine eius, & permutatione ſucci roſarum & aque infuſionis roſarum, & expone in ſole ſecundum quod diximus, & hoc fiat bis, vltimo vero oleum ſolum cum ſucco roſ. & aqua infuſionis earum recondatur in vaſe & exponantur ſoli per xl. dies.

Aliter adhuc ex D. eiuſdem Meſ.

b ℞ Amygdalarũ dulcium purgatarum quantitatem aliquam & tere in pila contritione vltima, deinde quantitatem earum cum foliis roſarum per ſe tritis, iterum ſimul tere & fac puſtones & dimitte in loco calido per diem vnum: deinde iterum tere & malaxa cum pila malaxatione vltima ſine intermiſſione, & fundatur ſuper illud aquæ infuſionis roſarum calidæ parum & indeſinenter malaxando, manabit enim oleum, vltimo vero exprime in zaccalii tortulari, cũ autẽ expreſſeris totum pone in vaſe vitri & ſtringe os eius & expone ſoli, & vtere quando opportet.

c Aliud ex D. eiuſdem:

Fiat quarto modo cum ſizamo ex corticato vt prius dictum eſt de amygdalis. Attende tamen quod amygdalæ ſunt melior materia ad oleum roſarum rude: & ſizamum ad oleum roſ. completum Meſue in litera.

d Oleum de citoniis ex D.M.

℞. Carnium citoniorum tritorum

a *Hoc ſecundo modo nõ præparatur oleum roſa.*

b *Hoc tertio modo non præparatur olleum roſa.*

c *Iſto modo non præparatur etiã.*

d *Oleum de citoniis vbique præparatum reperitur. Hoc non fit oleum myrtinum & ſimiliter oleum rutaceum Meſue & ſimiliter oleũ de ſanſuco.*

cum cortice ſuo quibus media accidit maturatio.
Succi eorum ante partes equales.
Oleum de oliuis incõpletis quod ſufficit. Pone in vaſe vitreo per dies xv. ad ſolem deinde coque in vaſe duplici per horas iiij. poſt illud fiat permutatio citoniorum & ſucci eorum & fiat ſicut dictum eſt bis vel ter deinde cola & reconde.

a Oleum mandragoratum. D.M.
℞. Succi expreſſionis pomorum mandragoræ completorum.
Olei ſizamini ante partes equales
Decoque in vaſe duplici vſque ad ſucci conſumptionem, deinde cola & reconde in vaſe cum eiuſdem ſucci expreſſione ſicut in quarta parte & vtere.
Aliud D. N. ℞. olei cõmunis, ℔ ij.
ſucci malorum mandrago. ʒ. iiii.
Succi Iuſquiami albi. ʒ. ij.
ſucci capitum papaueris nigri & hortenſis, ʒ iij.
Succi violarum tenerrimarum
Succi cicute an. ʒ. i. Opij
Storacis an. ʒ. ß.
Confice ſic omnes ſucci prædicti in oleo mittantur : & per x. dies ſtent ad ſolem & bene commiſceatur, xi vero die ad conſumptionem ſuccorum coquantur. Cũque coctum fuerit ab igne deponatur & cum infrigiditatum fuerit coletur & in parte ipſius olei opium & ſtorax ſoluta agitando ſupermittantur medicamini & bene commixta in vaſe recondantur, & vſui reſerua.

b Oleum de maſticæ. D.N.
℞. Olei ℔ ii.
Vini odoriferi ℔ i.
Olei nardini ʒ. vi.
Celticæ Carnium dactylorum
Maſticis an. ʒ. ii. Abſinthij
Mellitoti an. ʒ. i.
Confice ſic dactyli & ſpecies ſemotim contuſe in vino & oleo tribus diebus infundantur quarto die lento igne tandiu coquantur donec conſumatur, & cum omni diligẽtia exiccetur. Ad vltimũ adde oleum nardinũ reconde & reſerua.

c Aliud ex D.M.
℞. Maſticis ʒ. iii.
Olei ſizamini kiſt. i.
Coque in vaſe duplici.

d Aliter D. eiuſdem.
℞. olei roſ. ʒ. xii.
Maſticis ʒ. ij.
Vini boni ʒ. viii.
Decoque ſicut primum ad vini conſumptionem.

e Oleum picis D. Aui ii. can.
Sic fit cum decoquitur diſtiletur eius humidum in cucurbita aut alembico. Vel ſic ſuſpendatur ſupra ipſum lana vt madefiat ex vapore eius. Et cum madefacta fuerit exprimatur in vaſe alio. Attende quod ſi poſſibile eſt vt diſtiletur in vaſe alembico melius eſt, & melius ſeruatur. Auicen.

f Oleum de Storace D.N.
℞. vini odoriferi ℔ ii.
Olei nardini ℔ i. Celticæ
g Ariſtologiæ longæ an. ʒ. iii.
Alœs Maſticis
Nucis indicæ an. ʒ. ii.
Storacis Meliloti
Abſinthij. an. ʒ. i.
Confice ſic omnes ſpecies contuſas in vino per triduum infuſas ad tertiam partẽ decoque & nardino oleo ſupermiſſo iterũ ad vini conſumptionẽ decoque & vno die infrigidare permitte. Cumque infrigidatum fuerit cola & cum omni diligentia reconde & ſerua.

a *Oleum mãdrogaratũ raro habetur in vſu ſecundum quamcunque harum deſcriptionũ vbi tamen eo vtimur ſolet præparari ſecum. D.N.*

b *Oleum de maſtice comiter non præparatur ſecundum hanc deſcriptionem. N.*

c *Non præparatur ſecundum hanc deſcript.*

d *Præparatur ſecundũ hanc deſcript. ʒ.*

e *Non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

f *Non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

g *Aliqui libri habent cicidi indice & debet exponi cicidi, i. gallię vel nucis.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 210 sur 459

Aliud D M.
℞. Olei ſizamini ʒ.xii.
Storacis ʒ.iii.
Fiat ſicut oleum maſticinum deinde coletur & reſeruetur vſui.

Oleum de laudano.D.N.
Decoquatur ʒ.i.laudani pulueriſati in ʒ.iiii.olei ad conſumptionem medietatis poſtea coletur.

Oleum muſcelinum.D.N.
℞.Olei puri.℔ viii.
Aquæ ſextaria duo
Folij Spicæ nardi
Coſti Maſticis an.ʒ.iii.
Storacis Croci
Mirrhæ troclitem
a Caſieli.an.ʒ.i.ß.
Gariofilorum
Carpobalſami
Bdellii an.ʒ.i.
Muſci ʒ.vi.
Nucis indicæ numero quatuor
Confice ſic, tere folium myrrham caſiam carpobalſa.& bdel.& contuſa in aqua biduo infuſa oleo coque vſque ad conſumptionem aquæ. Et poſt infrigidationē vnius diei ſtudioſè cola:poſtea adde gariofilos ſpicam coſtum & nucem indicam ſubtiliſſimè pulueriſatā, & in parte olei ſtoracem , maſticē & muſcum contuſa ſupermittes, iterumque deſine bullire modicū & infrigidata cum omni diligentia reconde & vſui reſerua.

Gloſa notanda.
Oleum muſcelinū dupliciter pōt. intelligi vel muſcelinum quod in ſui receptione recipit muſcum vt hic , vel quod fit de bene quod arab.vocatur muſcelina &tale oleū ſimiliter vocatur ballaminum de quo ſupra ſuper ſecunda rece. olei amygdal. dulcium in margine ſecundum neutram harum deſcriptionum preparatur.

b Oleum de caſtoreo D.N.
Decoquatur ʒ. i. caſtorei in ℔.i. olei vſque ad conſumptionem tertiæ partis : & conſeruetur oleum cum puluere caſtorei.

c Oleum de euforbio D.M.
℞. Euforbij ʒ.ß.
Olei de keyri ʒ.v.
Vini odoriferi tantundem.
Coque vſque ad vini conſumptionem & vtere.

d Aliud ex D.eiuſdem.
℞.Staphiſagriæ
Condiſi an ʒ.iiii.
Pirhetri .ʒ.vi.
Calamenti montani ſicci.ʒ.xii.
Coſti ʒ x.
Caſtorei.ʒ.v.
Tere & decoque in vaſe vitreo cū vini odoriferi ℔. iii. ß. poſtquam infuſa fuerint in eo diebus duobus vſque ad medium vini deinde frica manibus fricatione vehemēti & cola & funde ſuper ipſum olei de keyri,aut olei zizammi ℔.i. ß. & coque vſque ad conſumptionem vini,deinde proiice ſupra ipſum euforbii recentis & albi ʒ.iiii. triti contrictione vltima &coquatur cum eo & vtere.

e Oleum vulpinum DM.
℞. Vulpem integram cuius interiora ſunt euulſa & pone in vaſe, & pone ſuper ipſum.
Aquæ fontis
Aquæ marinæ an.kiſtæ.i.
Olei antiqui clari kiſt. ii. ß.
Decoque lento igne cum ſalis ʒ. iii. vſque ad aquæ cōſumptionem, deinde pone in vaſe & proiice ſuper ipſum.

Her-

a *In alio caſiæfiſtu. ſed debet exponi i. caſiel. vt ſæpe notum eſt in aliquibus libris habetur caſieſi. & ſequitur xiloaloes caſiæfiſtu. & debuit dicere i.xilocaſiæ ſed ignorantia ſcriptorum omiſſum eſt ly i.caſieſiſtu. enim propoſito non vtūtur conuenire.*

b *Oleum de caſtoreo nō eſt in vſu nec preparatum reperitur.*

c *Oleū de euforbio eſt in vſu ſecū dum preſentem deſcriptionem.*

d *Non eſt in vſu ſecundum preſentem deſcriptionem ſed ſecundū priorem.*

e *Oleū vulpinum eſt vſuale multum & vbique preparatum reperitur. Attende quod vulpis tandiu debet decoqui donec per decoctionem omnes artus eius laxentur & diſſoluantur. Meſue.in litera.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 211 sur 459

Herbæ aneti
Herbæ alhaſſæ an. ℔.i.
Et funde ſuper ea aquæ dulcis vbi coctum fuerit & eiſdem herbis an. M.i. decoque ſicut prius vſque ad aquæ conſumptionem.

a Oleum philoſophorum ſiue oleum de lateribus. D.M.

℞. Ex lateribus antiquis multæ antiquitatis & propriè factis ex terra rubea & comminue eas in fruſtra, & accende deſuper ignem carbonum ſine fumo vſque dum inflammantur & rubeant deinde ſubmergeas in concha plena oleo alkikil, aut oleo antiquo claro vſquedum imbibantur imbibitione vltima & pone in caſſola & permitte exiccari per ſe poſt illud iterum comminue illas communitione vltima & pone in caſſolla, & ſigilla orificium caſſolæ cum orificio alembici & ſigilla cum luto alkimiſtarum, & pone in fornacẽ cuius ignis ſit prunæ & coquatur vſque dũ diſtillet oleum, & tu ordinabis vas ſub roſto alẽbici in quo fluat oleum. Deinde recondile illud & ſigilla orificium vaſis in quo recondis & adminiſtra vbi oportet.

b Oleum de croco.

D.M. ℞. Croci ʒ.i.
Myrrhæ puræ ʒ.iiii.
Cordumeni ʒ.ix.
Calami aromatici. ʒ.viii.
c Infunde medicinas in aceto diebus quinque præter cordumeni die ſexta proiiciatur ſuper ea cordumeni, & dimittatur die vna deinde fundatur ſuper ea olei ℔.i. ß. & coque lento igne vſque ad aceti conſumptionem.

d Oleum de tartaro D.N.

℞. Tartari vini albi ℔.ii. vel quantum volueris. Puluerizetur & inuoluatur in pãno lineo vel in ſtuppis, deinde madefiat in aceto albo forti, vt totum ſit madidum, deinde coquatur ſub cineribus optimè calidis quouſque bene nigreſcat, tunc iterum puluerizetur & ponatur in cathino inclinato in loco frigido, & ſtet ſic per octo dies quouſque reſoluatur in oleo & fluat & ſi non fluxerit exprimatur in vaſe vitreo & reſeruetur.

e Oleum de cucumere aſinino. D M.

℞. Succi cucumerum eius completorium.
Olei ſizamini an. partes æquales.
Coque vſque ad ſucci conſumtionem.

f Aliter ſic ex D. eiuſdem.

℞. Succi rap. eius
Radicis eius contritarum an ℔.ß.
Olei ſizamini ℔ i.
Coque ſicut diximus.

g Oleum de mezerion D.M.

℞. Foliorum almezerion ʒ.iiij.
Proiice ſuper ea aquæ dulcis. ℔.i.
Dimitte die ac nocte, deinde fundatur ſuper ipſum.
Lactis dulcis & recentis ʒ.vi.
Olei ſizamini ʒ.viii.
Coque vſque ad lactis & aquæ cõſumptionem, deinde coletur & repone.

h Oleum oleandri. D N.

quancumque harum deſcriptionũ. f Non reperitur præparatũ. g Non eſt in vſu nec præparatum reperitur. In ca. de mezerion dicit Meſ. aque dulcis lib. iij. h Hoc oleum non eſt in vſu nec præparatum reperitur. i Expone titulum receptæ oleum de aſſe. & eſt oleum ſericinum i. oleum quod eſt compoſitum ex oleo aſſe & ſereno i. ſizamino, autor pandectarum non eſt in vſu nec præparatum reperitur ſecundum quancumque harum deſcriptionem.

a *Eandem deſcriptionẽ poſuit Nicolaus in forma. Et credo quod hanc excerpſit autor iſte. Nicolao quia idem dicunt formaliter. Hoc autẽ oleum raro habetur in vſu interdum tamen apud aliquos apot. reperitur præparatũ.*

b *Eodem mõ facit oleum de ouis Meſue. Hoc oleum nõ eſt in vſu nec preparatũ reperitur.*

c *Aliqui loco aceti vinum ponũt Meſ. in litera.*

d *Oleum de tartaro interdum inuenitur præparatũ raro tamen.*

e *Oleum de cucumere aſinino non eſt in vſu nec preparatum reperitur. Etiam ſecundum*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 212 sur 459

℞. Succi olcandri ℔ i.
Olei roſa. ℔ ß.
Miſce & bulliant lento igne in caſſia vſquequo remaneat oleum, cola & reſerua. Efficitur autem fortior ſi imponatur ʒ. i. ſulphuris pulueriſati.

a *Non reperitur preparatum in defectu floris eius fiat cum fol. & iteretur decoctio eius cum modico vino Meſ. in litera non eſt in vſu, nec prearatum reperitur.*

a Oleum de aſſe & eſt oleum ſericinum. D. M.
℞. aſſe ʒ. iiii.
Zinziberis ʒ. i. ß.
Funde ſuper ea in vaſe vitreato.
Succi extremitatum alhaſce. ʒ. iiij.
Olei ſizamini ʒ. xiiii.
Aquæ dulcis quod ſufficit, & decoque ad aquæ conſumptionem.

Aliud ex D. eiuſdem.

℞. Olei ſizamini
Succi alhaſce
Lactis vacini recentis an ℔ ii.
Penidiarum albarum ʒ. v.
Zinziberis albi ʒ. xii.
Coque vſque ad lactis & ſucci cõſumptionem & adminiſtretur.

b *Oleum ouorum non eſt in vſu etiã ſecundum quacunque harum deſcriptionũ.*

a Oleum de alkanna D. M.
℞. Florum alkannæ. ʒ. iiii.
Olei antiqui ʒ. x.
Fiat ſicut oleum roſatum.

c *Oleum ſinapinum non eſt in vſu.*

Oleum de pomis citranguli. D. M
℞. Poma citrangulorum xii.
Et ſint propriæ antiqua & pone ea integra in vaſe fictili vitreato, & funde ſuper ea olei de oliuis aut olei ſizamini. ʒ. xxvi. aut plus ſecundum magnitudinem & paruitatem citrangulorum.
Aquæ fontis
Aquæ maris an. ℔ i.
Coque ad conſumptionem aquæ deinde funde ſuper ipſum aquæ dulcis claræ ℔ i. ß.
Et proiice deſuper.
Penidiarum albarum ʒ. viii.
Decoque vſque ad aquę conſumptionem & vtere.

d *Oleum de iunipere nõ eſt in vſu nec preparatum reperitur aut raro eodem modo fit oleum fraxinum quod non eſt.*

b Oleum ouorum. D. N.
℞. Oua elixa quæ bene mundentur a cortice, & pone vitella in vaſe ferreo ſuper prunas lentas mouendo cum ferro continuè vſquequo aſſentur bene, & impone calida in panno forti inuoluta & pone in compreſſorio olei amydalini & emanabit oleum quod conſerua.

Aliud ex D. M.

Modum ſupradictum terigit Meſue. ad literam, ſed preterea dicit quod in caſſola & alembico diſtilletur ſicut dictum eſt de oleo philoſophorum.

c Oleum ſinapinum D. N.
℞. Seminis ſinapis ℔ iiii.
Pulueriſa & pone in oleo per xi. dies cola & reſerua.

d Oleum de iunipero D. M.
℞. ex lignis iuniperi quantitatem ſufficientem & ſcinde in fruſtra & imple ex eis dolium magnum vitreatum interius cuius orificium ſit arctum, & fac foueam in terra, & prepara parietes eius cum terra figuli, deinde pone ollam vitreatam ex directo infundo foueæ habẽtem orificium amplum & cooperiatur lamina ferrea ſubtili perforata foraminibus multis ſicut cribratiorum tritici: ita quod lamina vndique ollæ orificium cooperiat, deinde ſuper laminam preparetur orificium dolij ex inuerſo & preparetur cum terra figuli, vt nihil ex vtriſque orificiis reſpiret, poſt illud accende ignem ſuper totum corpus dolij, & dimitte ſic ardere per horas duas, manabit enim ex hac arte oleum & reconde neceſſitati.

a Oleum scorpionum D.M.
℞. scorpiones xx. vel plus vel minus secundum quãtitatem eorum & pone in vase vitreo & funde desuper olei amygdalarum amararum ℔. ii. & stringe caput vasis & dimitte in sole diebus xxx. Deinde cola & vtere.

b *Aliud ex D. eiusdem M.
℞. Aristologiæ rotundæ.
Gentianæ
Ciperi
Corticum rad. capparis an. ʒ i.
Funde super ea olei amygda. amararum kist. i & pone in sole. xx diebus deinde proiice desuper ex scorpionibus a x. vsque ad xv. & iterum stringe orificium vasis & dimitte in sole per dies xxx. deinde cola & vtere.

Finitur particula quartadecima.

Quintadecima particula secundi libri incipit.

Sequitur de litera P. que ad literam O. immediate subsequens in ordine minoris alphabeti.

Erunt autem in hac particula receptæ sequentes.
Potio sancti pauli D.N.
Paulinum antidotum D.N.
Panchristum D.N.
Potio muscata D.N.
Puluis contra pestem.
Puluis electuarii de bolo.
Puluis contra lumbricos
Penidiæ D. B. in seruitore.
Pignolatum simplex.
Pignolatum compositum quod potest fieri in forma electuari. & tunc appellatur a Mes. elect. quo vtuntur reges, cuius sunt duæ receptæ.
Poma & pira condita.
Prisia communis ad facilitandum partum
Prisia communis contra pestem
Pilulæ sine quibus esse nolo, D.N
Pilulæ aureæ D.N.
Pilulæ cochiæ cuius duæ ponuntur receptæ
Pilulæ de castoreo D.N.
Pilulæ de octo rebus D.N.
Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum D.N.
Pilulæ al. phanginæ D.M.
Pilulæ aggregatiuæ D.M.
Pilulæ aggregatiuæ maiores, D.M.
Pilulæ aggregatiuæ minores, D.N
Pilulæ de eupatorio maiores, D.M.
Pilulæ de eupatorio minores, D.M.
Pilulę de reubarbaro, cuius duę ponuntur receptæ
Pilulæ de alkekenge D. & inuentionis M.
Pilulę ad febres antiquas D.
Filagri quas ponit Mesue
Pilulę indę quas scripsit Halyabbas quas ponit Mesuę
Pilulę Alhandal hermetis quas ponit Mesue: cuius duę ponuntur receptę
Pilulę de sarcocolla D.M.
Pilulę fœtidę maiores D.M.
Pilulę fœtidę minores
Pilulę de serapino, cuius duę ponuntur receptę.
Pilulæ de euforbio D.M.
Pilulæ de mezerion D.M.
Pilulæ lucis maiores cuius duę ponuntur receptę.
Pilulæ lucis minores D.M.
Pilulæ ad febres cholericas, D.M.
Pilulæ diarodon, D.M.
Pilulæ de turbith cuius duæ ponuntur receptæ.

a *Oleum scorpionum cõmuniter præparatur secundum hanc primã descriptionem & male imo deberet preparari secũdum descriptionem sequentem quæ maioris est efficaciæ & secundum hanc primam descriptionem hoc talem oleum attinet frigiditatem propter scorpiones sed secũdum descriptionem secundam attinet caliditati, ratione aromatum.*

b *Non præparatur communiter oleum scorpionum penes hãc descriptionem & male vt notatum est in recepta precedenti.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 214 sur 459

Piilulæ de lapide lazuli D. M.
Pilulæ de lapide armeno. D. M.
Pilulæ de bdellio maiores, D. M.
Pilulæ de bdellio minores, D.M.
Pilulæ de oppoponaco D.M.
Pilulæ de hermodactylis D.M.
Pilulæ de hermodactylis maiores, D.M.
Pilulæ de hermodactylis minores D.M.
Pilulæ arteticæ D.N.
Pilulæ quæ non valentes surgere faciunt incedere. D. Rasis
Pilulæ de coloquintida D.M.
Pilulæ sebelliæ D.M.
Pilulæ stomatichæ, cuius quinque ponuntur receptæ
Pilulæ ante cibum D.N.
Pilulæ ante cibum clarissimi doctoris magistri Pāthaleon. de versellis.
Pilulæ de agarico D.N.
Pilulæ de fumoterræ D. Auic.
Pilulæ rufi siue pilulæ communes
Pilulæ de asseyret, quas notauit Auicen. tertij prima cap. de cura vniuersali doloris capitis quas redegit in forma præclarus ille doctor gentilis de fulgineo.
Pilulæ ad omnes morbos catarrhi D.M.
Pilulæ bichiæ D.M.
Pilulæ albæ D.M.

a Non est in vsu nec præparata reperitur.

a Potio sancti Pauli D.N.
℞. Nitri ʒ.iij.ϑ.j.
Castorei
Antimonij
Cinoni
Folij
Dannocoti
Sileris
Apij
Petroselini
Maratri
Dauci

b Hic azarum debet tātum pulueriz_ari quod repat ad vias vrinæ, & sit magis prouocatiuum quàm laxatiuum.

Staphisagriæ an. ʒ.i.ϑ.j.
Salis amoniaci
Epithimæ an. ʒ.i.ϑ.ß.
Calami aromatici
Myrobalanorum
Liquiritiæ Dragaganti
Peoniæ
Pirhetri an. ϑ ij.
Costi Coloquintidæ
Agarici Masticis
Aristologiæ longæ & rotundæ
Rosarum
Mabathematicon
b Azari Lilifagi
Aaronis Diptami
Basiliconis
Brancæ vrsinæ
Balsamitæ Origani
Pulegij Camedrei
Hyssopi Saturegiæ
Trionpiperon
Seminis rutæ an. ϑ.i.gra.xviij.
Cardamomi
Thuris an. ϑ gra.iiij.
Balsami Nardi
Croci Squinanti
Casiæ Myrrhæ
Oppoponaci Sulphuris
Mandragoræ Gentianæ
Bractei Euforbij
Amomi
Sanguinis mergulæ an. ϑ.j.
Cinamomi Gariofilorum
zinziberis Anacardi
Xilobalsami
Reupontici
Peucedani
Carpobalsami
Storacis calamitæ
Serapini Assari
Sanguinis draconis
Coaguli agni
Coaguli leporis
Coaguli capr.oli
Coaguli vituli

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 215 sur 459

Fellis vrſi
Sanguinis anatis
Petrolei an.ℨ.i.minus gra.iiii.
Herbæ paralyſis ʒ.vij.& gra.iiij.
Mellis quod ſufficit
a Paulinum antidotum D.N.
℔.aloes ʒ.xj.gra.xv.
Croci Coſti
Anacardi Agarici
Coralli Myrrhæ
Amoniaci
Terebenthinæ
Galbani Serapini.
Oppoponaci
Confitæ rubeæ
Storacis calamitæ
yrei an. ʒ. iiijß.
Olibani
Maſticis Opij
b Bedellij
Corimbri an.ʒ.ij.gra.xv.
Balſami
Folij an.ʒ.i.ß.
Meliſſæ.ʒ.ij.
Confice ſic galbanum & ſerapinum oppoponacum & amoniacum aliquantulum terantur,& in albo vino odorifero ſufficienter pervnam noctem ponantur,mane verò ſuper ignem mittantur donec lique fiant ſicut incauſtum, & deinde colentur, & iterum ſuper ignem ponantur & bulliant poſtea adde mellis diſpumati ʒ, iiii. & dimitte bullire donec incipiant inſpiſſari, tunc paulatim ponatur ſtorax calamita confita rubea,corimbrum cum piſtello calido bene contuſa ponantur in caldario ſemper agitando cum ſpatula donec lique fiant poſtea addatur terebenthina,& ſignum decoctionis eſt ſi ponatur aliquantulũ ſupra marmor. & ſi colligatur ad modum mellis, mox caldario in terra poſito addatur myrrha cum bdellio, deinde maſtix & olibanum, poſtea addatur coſtus, anacardus, agaricus, corallus, yreos, opium,folium meliſſæ, iſta omnia ſimul piſta in caldario mittantur Et hoc totum ſupra marmor oleo laurino inunctum ponatur, & cũ puluere aloes malaxetur ad vltimum cum puluere croci orientalis magdaleones informentur.

a *Non eſt in vſu nec præparatiõ reperitur.*

c Panchriſtum.D.N.
℔. opij thebaïci ʒ.v.
Croci ʒ.ij.ℨ.i.ß.
Sizelei ʒ.ii.
Calami aromatici
Caſtorei
Carpobalſami
Cardamomi
Perroſelini an.ʒ.j.ℨ.j.
Zinziberis Caſiæ
Serapini
Piperis albi
Iuſquiami
Semis rutæ agreſtis
Maratri an.ℨ.ii.
Nardi Pirhetri
Meu Euforbij
Aniſi
Trifolij acuti
Dauci cretici an. ℨ. i.ß.
Mellis quod ſufficit.

b *Hoc pone bdellium in daicum vel ſaltem bdellium molle*

c *Non eſt in vſu,nec preparatur.*

d Potio muſcata D.N.
℔.Spicæ Folij
Piperis longi
Zinziberis zedoariæ
Confitæ rubeæ
Confitæ muſcatæ
Gariofilorum
Xilobalſami Roſarum.
Violarum Anacardi
Acori Coralli
Coſti Leuiſtici
Nucis muſcatæ
Raſuræ eboris

d *Non eſt in vſu nec præparatum reperitur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 216 sur 459

Margaritarum integrarum & perforatarum.
Antifolij
Reubarbari Amomi
Ossis de corde cerui
Croci
Piperis albi
Ossium dactylorum
Vmbilici marini
Spodii Sandali albi
Sandali rubei
Macis Liquiritiæ
Cinamomi Aliptæ
Anisi Dragaganti
Blactæ bizantiæ
Cardamomi
Ozimi.
Limaturæ auri & argenti an.ʒ.ii.
Musci Ambræ
Camphoræ an.ʒ.i.
zuccara candi ʒ.ii.
Syrup.rosarum q.s.

Puluis contra pestem vsualis penes apothecarios nostros.

R.rad.tormentillæ
Diptami Tunici
Scabiosæ
Rad. buglossæ an.ʒ.ß.
Seminis citri
Seminis acetosæ an.ʒ.iiii.
Coriandri præparati.ʒ.ii.
Ros.rub.ʒ.i.
Seminis portulacæ ʒ.ii.
Rasuræ eboris ʒ.ii.
coralli albi
Coralli rubei an.ʒ.i.ß.
Terræ sigillatæ ʒ ß.
Boli armeni ʒ.ii.
Misce & fiat puluis.

a Puluis electuarij de bolo.

2.omnium sandalorum
Galangæ Ligni aloes
Cinamomi Coralli rubei
Ros.rub.
Seminis melon.añ.ʒ.ß.
Rad.tunici
Rad.tormentillæ an.ʒ.iii.
Nasuræ eboris
Cornu cerui an.ʒ.ß.
Nucis muscatæ numero i.
Macis cubebarum an.ʒ.i.
Anisi Maratri
zinziberis an.gra.xv.
Seminis acetosæ
Seminis citri
Seminis iuniperi
Seminis coti
Gariofilorum an.ʒ.ß.
Boli armenici ʒ.ii.
Fiat puluis

b Puluis contra lumbricos

2.seminis contra ʒ.i.
Lupinorum ʒ.ß.
Absinthij ʒ.ii.
Cornu cerui vsti ʒ.i.ß.
Misce fiat puluis.

Penidię ex D. Bul. in seruitore.

c Accipe de zuc. albo & mundo ℔.i. vel ii. vel ad plus iiij. quia non possunt bene fieri in multa quantitate, & pone in vase æneo stannato vel in vase terreo interius vitreato, cuius os sit latum, sed vas æneum est melius, & lique fac zuc cum tanta quantitate aquæ dulcis qua cooperiatur, & si zuc. est forte pone cum eo pro qualibet ℔. eius ʒ.i. mellis & distilla super ipsum de oleo amygdalarum dulcium si habes, & si non habes mitte loco aliud oleum, & pone vas super ignem ex prunis fine fumo, & misce semper æqualiter & coque quousque sit prope consumptionem aquæ, & experire proiecta gutta ex eo super marmore, & tange cum digitis & cùm inueneris quod fiant phila inter digitos sine adhærentia oportet quod cito auferatur ab ignæ & proiiciatur su-

a *Hic puluis est multum vsualis & vbique præparatur sub forma palueris.*

b *Quidam faciunt sic alii verò aliter, & potest quilibet facere suo modo.*

c *Penidiæ sunt in vsu secundum præsentem descriptionẽ*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 217 sur 459

pra lapidem marmoris extendendo postquam vnxisti cum oleo amygdalarum dulcium vel sizamino & collige partes eius vndique cum suo calore & in quãtum possunt sustinere manus operantis, postea trahe & extende inter manus sicut trahuntur electuaria dulcia, & fige clauum curuum ad superiora in pariete, & proiice super eum & trahe in clauo apponendo super eum & trahendo sicut trahuntur electuaria dulcia quousque dealbeturin fine suæ albedinis & appone iuxta ignem quandiu traxeris vt calefiat & fiat obedientio extensioni & iterum appone clauo trahendo, vt albescant quãtum volueris. Deinde incide cum forficibus ad voluntatem tuam. Et si volueris facere forma rotundas vel oblongas vel alias diuersas accipe de amido albo, & tere & pone super marmor & extende super ipsum de pasta illa pœnidiarũ & plica, & inuolue & incide, & fac quascunque formas volueris tamẽ cito facias ne infrigidetur inter manus tuas. Deinde pone super cribrum & pone iuxta prunas ad horam & aufer, & dimitte donec infrigidetur & serua. Et qui vult eas facere ex puluere lique faciat puluerem in aqua sicut prius dixi. Deinde coletur ab arena & aliis superfluitatibus & coquatur & faciat sicut dictum est. Et qui facit eas ex melle cannæ, caueat ne sit nimis forte & si est, ponat in eo de zuc. albo quantitatem duarũ partium eius & parum aquæ colet & coquat, & faciat secundũ disciplinam supradictam, & si mel est subtile, oportet quòd ponat medietatem eius de zuccara. Et sunt qui ponunt ex melle duas, & ex zuc. tertiam & coquunt & faciunt vt dixi. Et etiam sunt qui faciunt penidias secundum alias formas diuersas ab istis scilicet ponentes supra eas aquam rosatam & parum camphoræ ad æquandum virtutem earum.

Pignolatum simplex & vsuale penes apothecarios nostros.

Fit cum zuc. dissoluto in aqua rosata & diligenter clarificato. cumque cõctum fuerit ad perfectionem, in fundat pineas mundatas & dimittat infrigidari ad formam confectionis solidæ.

Glosa notanda.

Hoc pignolatum est multum in vsu. Attende tamen circa confectionem eius, quod in grano pini est, mordicatio & propriè in recẽti vt notat Auic. ij. can. & ei proprium est nocere stomacho, vt idẽ Auic. xiii. tertij ca. de rebus in quarum vsu nocetur stomachus propter eius quasdam partes densas & compactas per quas resistunt digestioni. Pineæ ergo antequam ingrediantur aliquam confectionẽ debent infundi in aqua calida vbi parum stent, postea extendãtur super linteum, & aliqualiter exiccẽtur & tandem in vmbra perfectæ exiccentur & cum puluere zuc. super aspergantur sic enim tunc præparatę debent ingredi confectionem, licet forte hic non sit opus ita facere quia sufficienter hic corriguntur vt patet intuenti.

a Aliud pignolatum compositum ex D.M.

℔. pinearum mundatarum, ʒ. viij.

Amygdalarum mundatarum, ʒ. v.

a *Hæc confectio pignolati compositi & similiter sequẽs potest fieri ad formam pignolati & ad formam electuarii, sed quando fiũt ad formam electuarii, vocantur à Mes. electuarium quo vtuntur reges.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 218 sur 459

Zuccari alb.℔.iiij.
Aquæ roſ.℔.i.ß.
Olei roſati facti cum oleo amygdalarum dulcium recente.ʒ.iii.
Cinamomi electi ʒ.viii.ß.
Gariofilorum ʒ.ii℔.
Ligni aloes ʒ.iiii.
Sandalorum citrinorum ʒ.ii.
Ambræ bonæ.ʒ.i.
Muſci ʒ. vnius ſextam

Aliud pignolatur compoſitum ex D.eiuſdem M.

℔.pinearum mudatarum, ʒ.vi.
Amygdalarum ʒ.iiii.
zuc. albi ℔.iiii.
Aquæ roſarnm ℔.i. ß.
Foliorum roſarum rubearũ ʒ. i.ß.
Sandalorum citrinorum ʒ.iij.ß.
Ambræ ʒ.i.
Muſci ʒ.vnius ſextam.

Poma & pira condita ſecundum D. M.

Iſte condiuntur ſicut citonia M.

a Priſia communis ad facilitandum partum

℔.corticum caſie fiſtulæ ʒ.ß.
Cinamomi
Croci an.ϑ.i.
Exhibeantur cum ʒ.iii. vel iiii. aquę arrhemeſiæ vel aquæ rutæ, vel de coctionis iunieperi.

Priſia contra peſtem

℔. aquæ roſa.ʒ.ii.
Vini ß.
Boli armenici.ʒ.ii. Miſce

Gloſa notanda

Hæc priſia cenſetur eſſe de mente Auicen.ii.can.ca.de luto armeno, vbi ita dicit ad literam, & ſi bibitur in febre peſtilente neceſſarium eſt vt vinum perducat ipſum ad cor & miſceatur vinum illud cum aqua roſa.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo D.N.

℔.aloes optimi abluti.ʒ.xiiii.
Quinque generum myrobalanorum. Reubarbari
Maſticis Abſinthij
Roſarum
Violarum Senæ
Agarici Cuſcutæ an.ʒ.i.

b Temperantur cũ ſucco fœniculi in quo ſint ſcamoneę bene tritę, ʒ.vi. ß. & ſit primo mixta ſcamonea cum feniculo & poſtea ſuccus ſit expreſſus ſimul cum ipſa ſcamonea in tanta quantitate quod ſufficit ad confectionem prædictorum, & formentur pilulæ cum manibus iunctis cum oleo violato vel cum oleo communi abluto.

Pilulæ aureæ. D.N.

℔. aloes
Diagridij an.ʒ. v.
Roſarum
Seminis apij an.ʒ.ij.ß.
Aniſi Fœniculi
Maſticis an.ʒ.i.ß.
Croci
Interiori coloquintidæ, an.ʒ.i.
Formentur pilulæ cum aqua infuſionis dragaganti.

Gloſa notanda.

Vide quodquæ iſtæ pilulæ ſunt vſuales multum ſunt fortes nimis. Patet enim diſpenſanti & exhibenti illas quod in qualibet ʒ. pulueris earum ingreditur de diagredio fere ϑ. i. & tamen ʒ. i. eſt communis doſis omnium pilularum & reuera eſſet nimis multum. Ideo dicit Platea. ſuper iſto paſſu quod i bi debet tantum poni diagredio quantum exigit recepta. Et credo quod debuit dicere aloes ʒ. v. Diagredij roſa an. ϑ. v. vel ʒ.ii. aut ad plus ʒ. ij. ß. & ſic intrabunt in ʒ.adhuc fere gra.x. & diagredij & tuipſe conſidera.

Pilulæ

a *Hec priſia prima cenſetur eſſe de mente Auic ſen xxi tertii ca. de medicinis facilem effi cientibus partũ vbi dicit quòd aur iiiicaſie ſi ſupplecor tice faciunt ſtatim partus & hãc priſiam ſic redegit in forma ille ſolennis doctor Ioan, Mat. qui inter moder nos praſtiqueos hodie floret & eſt communis valde apud apotheca rios noſtros exponit tamen Ianuen quòd caſiam li gneam debuit dicere non caſiam fiſt.*

b *Et pone diagredium ſiue ſcamoneam præparatam.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 219 sur 459

Pilulæ cochiæ. D. Rasis in almãsore cap. de caphalea.
℞. Pulueris hieræ. ʒ. x.
Coloquintidæ, ʒ. iii. & quartem partem, ʒ. vnius.
Scamoneæ ʒ. ii. ß.
Turbith.
Sticados, an. ʒ. v.
Glosa notanda.

Credit Ioannes matthei de gradi papiensis doctor clarissimus inter modernos hodie florẽs, quod vbi dicitur in hac recepta scamoneæ, ʒ. ii. ß. quod debuit dicere ϑ ii. ß. quia in dosi harum pilularũ quam ponit rasis ibidem intrent fere. xx. grana scamon. Sed quia easdem pilulas formaliter scripsit Mes. in suo de appropriatis, cap. de soda, de intentione Rasis filij Zaccariæ ac ratione dubitans super ista materia prælaudauit pilulas cochias sequentes quæ sunt Galen. & sic videtur velle quod Apothecarij debent dispẽsare illas. Gallen. pro botheca sua & non istas quæ sunt Rasis. Communis tamen vsus est tenere istas quæ sunt rasis & illas dispensare, & non illas Gale.

Pilulæ alię cochiæ ex descriptione Galen. quas scribit Mes. in suo de appropriatis ca. de soda.
℞. Aloes.
Diagridij.
Coloquintidę Masticis.
Absynthij an. partes æquales.
Confice cum expressione endiuiæ aut solatri.

Pilulæ diacastoreæ. D. N.
℞. Castorei
Pirhetri Opij
Croci Zinziberis
Euforbij Nabathematicon
Electerij Leucopiperis
Nigellę Staphisagriæ Epithymi
Spicæ, an. ʒ. i.
Confice cum succo bletę.
Glosa notanda.

Sit sapiens apothecarius, post vsum istarum pilularũ scilicet post traiitionem per nares & purgatione cerebri facta vt præcipiat infirmo traiicere aquam decoctionis maluarum ad mitigationem feruoris multam enim in purgando prę stant modestiam.

a Pilulæ de octo rebus D. N.
℞. Aloes
Diagridij an. ʒ ii
b Interioris coloquintidę
Epithymi Agarici
Masticis Kebuli
Absinthij an. ʒ i.
c Tẽperentur cũm succo strigni. i. solatri.

Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum. D. N.
℞. Quinque generum myrobalanorum. Agarici
Diagridij Coloquintidæ
Senæ an. ʒ. i. ß.
Epithymi Turbith
Anisi Maratri
Masticis
Lapidis lazu. an. ʒ. ii. ß. gra. v.
Aloes ʒ. i.
Confice cum succo absynthij.
Glosa notanda.

Iste pilulę sunt vsuales multum reperiũturque præparatę vbique. Et quãdo conficiuntur debet multum pulueriſari coloquintida ne inducat excoriationem. Et licet in confectione earum non ponatur zinzibet, credo tamen quòd hoc fuit omissum ex errore scriptoris & non de intentione auctoris & hoc dico propter turbith & agaricum, quæ ibi ingrediuntur quibus

a *Istæ pilulæ sunt vsuales multũ.*

b *Hic multũ debet pulueriſari coloquintida ne inducat excoriationem.*

c *Pilulæ de hiera hic possent poni, sed de eis dicetur in litera y vbi ponetur descriptio hieræ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 220 sur 459

ambobus zinziber mirabilem sigilat proprietatem vt Mesue capitulis propriis de agarico & de turbith & pone si vis de zinzibere ʒ. i. vel ʒ.ß. aut saltem pone agaricū trociscatum & turbith trociscatū. Fac etiam quod antequā lapis lazuli hanc tuam ingrediatur compositionem quòd bene abluatur secundum artem prænotatam in libro primo & cap. de ablutionibus, quāquam in hac recepta non fiat expressa mentio.

Pilulæ Alephanginæ. D.M.

℞. Cinamomi
Cubebæ
Ligni aloes
Calami aromatici
Macis
Nucis muscatæ
Cardamomi
Gariofilorum Azari
Masticis
Squinanti Spice
Carpobalsami an.ʒ.i.
Absynthij sicci
Rosarum an.ʒ.v.

Terantur cōtritione grossa,& fundātur super ea aquę ℔.xii. Et coquantur vsque ad consumptionē duarum partium. Deinde fricentur manibus & colentur, & exprimatur aquositas eius. Tunc recipe aloes sucortici boni ℔.i.&lauetur in scutella lapidea vitreata cū aqua pluuiali lotionibus pluribus. Deinde exiccetur & fundatur super ipsum expressionis prædicte circiter ℔.ii.terātur,& in sole siccētur. Deinde misce

Cum aloe
Mirrhę
Masticis an.ʒ.v.
Croci ʒ.iii.

Tere contritione bona. Deinde prædicte expressionis residuum super ea fundatur & cōterantur donec siccentur.

Glosa notanda.

Istę pilulę sunt multū vsuales & vbique præparatę reperiuntur. Attende quòd in cōfectione harum pilularum circa modum ablutionis dicitur quòd fundantur desuper aquę ℔.xii. Dicit tamen litera Mes. ca. de aloe quod ista debēt infundi in septuplo eorū aquę. Dicitur consequenter in hac recepta quòd fundatur desuper expressionis prædicte circiter ℔.ii. & huic cor respondet litera, Mesue loco alegato vbi dicit quòd pro qualibet ℔.illius aquæ ponātur aloes ʒ. vi.quæ faciunt ℔.ß.& sic in ℔.i.aloes debēt poni expressionis prædicte ℔.ii. Sequitur postea in recepta· Terantur & exiccentur in sole. Dicit tamen Mes.loco supradicto quòd primo debent siccari in vmbra, sed debet cōpleri exiccatio in sole. Ponitur etiam masticis vel bdellij supple aut dragagāti,vt Mesue loco supradicto & forte melius. Ponitur enim ibi mastix, vt remoueatur nocumentum quòd immoratur in venis. Sed dicit Mesue vbi supra quod nihil est tam magnificum ex rectificātibus sicut bdelium & dragagantū. Cōmuniter tamē ponitur mastix iuxta literam receptę. Ponitur etiam croci ʒ.iii. Videtur tamen sentire litera Mesue ca.de aloe quòd debeat dicere ʒ.ß. Dicit enim ibi quod debet poni de croco pars i. s. & de alephanginis pars vna supra autam positum est de qualibet specierum alphāginę ʒ.i.quare videtur ex illo textu quod ibi debuit ponere croci ʒ.ß.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 221 sur 459

a Pilulæ aggregatiuæ ex inuentione noſtra. D. M.
℞. Myrobalanorum citrinorum
Rauedſeni an ʒ.iiii.
Succi eupatorij
Succi abſynthij an.ʒ.ii.
Diagredij ʒ.vi.
Bebulorum
Indorum
Agarici
b Coloquintidæ
Polypodij an.ʒ.ii.
Turbith boni
Aloes an.ʒ.vi.
Maſticis Roſarum
Saliſgemmæ
Epithymi Aniſi
Zinziberis an.ʒ.i.
c Electuarium roſa. quantum ſufficit ad aggregationem.
d Pilulę aggregatiuę maiores D.M.
℞. Bdellij mollis.
Myrobalanorum nigrorum
Bellericorum
Emblicorum an. ʒ.iiii.
Turbith electi ʒ.xii.
Seminis apij
Fœniculi Carui
Ameos
Origani
Roſarum
Setaragi indi
Armel
Hermodactylorum
Salis indi
Maſticis
Amoniaci an.ʒ.i.
Zinziberis
Cinamomi
Cardamomi Acori
Spicæ Croci
Caſiæ an.ʒ.ß.
Seraphini ʒ.iiii.
Coloquintidæ ʒ.iii.
Penidiarum albarum ʒ.iiii.
Aloes ſuccotrini ʒ.xv.
Cõfice cum ſucco caulium & vnge manus tuas cum oleo ſambucino.
Pilulæ aggregatiuæ minores D.M.
℞. Myrobalanorum citrinorum
Nigrorum
Emblicorum an.ʒ.iii.
Maſticis Aniſi
Succi eupatorij
Succi abſynthij
Roſarum an.ʒ.ii.
Rauedſeni ʒ.v.
Hierepigræ ʒ.xii.
Confice cum ſucco apij
e Pilulæ de eupatorio maiores. D. M.
℞. Myrobalanorum citrinorum
Succi eupatorij
Succi abſynthij an.ʒ.iii.
Rauedſeni ʒ.iii.ß.
Maſticis ʒ.i.
Croci ʒ.ß.
Aloes boni ʒ.v.
Confice cum ſucco endiuiæ.
f Pilulæ de eupatorio minores. D.M.
℞. Myrobalanorum citrinorum
Rauedſeni Succi eupatorij
Aloes an partes equales.
Confice cum aqua apij.
g Pilulæ de reubarbaro D.M.
Rauedſeni ʒ.iii.
Succi liquiritiæ
Succi abſynthij
Maſticis an. ʒ.i.
Myrabalanorum citrinorũ ʒ.ii.ß.
Seminis apij
Fœniculi an ʒ.ß.
Trociſcorum diarodon. ʒ.iii.ß.
Hierepigræ.ʒ.x.
Confice cum aqua fœniculi.
h Pilulæ aliæ de reubarbaro. D.
Meſue quas intitulat ſub hoc termino de rauedſeni.

a *Scripſit Meſue tres deſcriptiones de pilulis aggregatiuis, ſed iſta prima cõmuniter habetur in vſu vbique.*
b *Hic debet multũ pulueri. coloquintidæ inducat excoriationẽ.*
c *Hic debet poni electuariũ roſa. deſcriptionis Meſue quod fit in modum opiatæ vel cõſerua roſ. aut mel roſarum.*
d *Iſtæ pilulæ non ſunt in vſu nec præparatæ reperiũtur.*
e *Iſtæ pilulæ cõmuniter nõ ſunt in vſu aliqui tamen eis magiſtraliter vtuntur.*
f *Iſte pilulæ cõmuniter nõ ſunt in vſu.*
g *Iſte pilulæ ſunt in vſu et præparatæ reperiuntur.*
h *Iſtæ pilulæ non ſunt in vſu nec præparatæ reperiũtur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 222 sur 459

℞. Rauedſeni ʒ.vii.
Amoniaci Serapini
Bdellij an.ʒ.x.
Laccæ ablutæ ʒ.viii.
Oppoponaci
Mezerion
Gummi arabici an.ʒ.iiii.
Turbith ʒ.x.
Spicæ Polij
Aloes an.ʒ.v.
Maſticis ʒ.ii.
Myrobalanorum citrinorum. ʒ.x.
Diſſolue in vino gummas, & fac pilulas.

a Iſta pilulæ raro habẽtur in vſu quia ſunt cõſimiles pilulis de reubarbaro in virtute.

a Pilulę alkekengi inuentionis & deſcriptionis Meſue.

b Iſtæ pil. nõ ſunt in vſu nec preparate reperiũtur.

℞. Abſynthij & ſucci eius
Succi eupatorii
Aloes
Myrobalanorum citrinorum.
Maſticis
Croci
Rauedſeni
Laccę ablutę
Aniſi Azari
Caſieligneę
Seminis fumi terræ an.ʒ.ii.
Hierepigrę ʒ.iii.
Confice cum aqua ſolatri. Et aliqui ponunt venarum liquiritię. i. radicum liquiritię medietatẽ ponderis omnium.

c Iſtæ pil. apud nos nõ habentur in vſu nec preparate reperiuntur.

d Coloquintida hec debet multum pulueriſari ne inducatur excoriationem.

Gloſa notanda.

In hac confectione ingreditur azarum, quę confectio licet ſit laxatiua debet tamen multum pulueriſari azarum vt repat ad vias vrinę & aperiat illas vias & etiam vt inducat virtutem medicinarum ſolutiuarum ad partes illas. Dicitur etiam in fine receptę quòd debet confici cum aqua ſolatri & debet intelligi id eſt cum aqua alkekengi vel ſucco qui eſt ſpecies ſolatri & eſt illa quæ facit conculas rub. recluſas in folliculo rubeo.

b Pilulæ ad febres antiquas. D. Philagrij quas ponit Meſue.

℞. Troſciſcorum diarodon
Trociſcorũ de reubarb.an.ʒ.iiii.
Kebulorum ʒ.iii.
Succi eupatorij
Bedegaris an.ʒ.ii.
Abſinthij.ʒ.i.ß.
Myrobalanorum citrinorum.
Seminis cuſcutæ
Turbith an.ʒ.iiii.
Agarici Aloes an.ʒ.viii.
Salis indi.ʒ.i.ß.
Confice cum aqua fœniculi.

c Pilulę indę quas ſcripſit. Halyabbas quas ponit Meſue.

℞. Myrobalanorum nigrorum.
Ellebori nigri
Polipodij an.ʒ.v.
Thimi Epithymi
Sticados an.ʒ.vi. Agarici
Lapidis lazuli loti
d Coloquintidæ
Succi eupatorij
Salis Indi an.ʒ.iiii.
Spicæ an.ʒ.ii.
Gariofilorum ʒ.i.
Hierepigræ ʒ.xii.
Fiant pilulæ cum ſucco apij.

e Pilulæ Alhandal hermetis quas ponit Meſue.

℞. Trociſcorum alhandal ʒ.xii.
Hierepigrę ʒ.vii.
Maſticis ʒ.ii.
Saliſgemmę aur.i.
Laudani puriſſimi ʒ.i.
Omnia præter laudanum & maſticem terentur & cribellẽtur, maſtix verò pulueriſetur. & cũ pauco oleo nucũ diſſoluatur, & cũ eo liniantur ſpe. tritę, deinde cũ laudano cõficientur in mortario terẽdo ea cum piſtello calido & fiant pilulę groſſę.

Ego tamen hic inſecutus ſum ordinẽ Meſue in iſto libro

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 223 sur 459

a Pilulæ alię alhandal. D. M.
℞. Trociſcorum alhandal ʒ.x.
Saliſgemmę ʒ.i.vel ʒ.i.
Laudani ʒ.xii.
Olei roſ.q.ſ.
b Pilulæ de ſarcocolla D.M.
℞. Sarcocolę ʒ.iii.
Coloquintidæ ʒ.i.ß.
Turbith ʒ.iiii.
Zinziberis tantundem
Saliſgemmę ʒ.i.
Diſſolue ſarcocollam in aqua roſ. & confice alia cum ea, & fiant pil.
c Pil. fœtidę maiores D. M.
℞. Serapini. Armonici.
Oppoponaci.
Bdellij mollis
Coloquintidæ.
Hermel Alœs
Epithymi an.ʒ.v.
Hermodactyllorum.
Alſcebran an ʒ.ii.
Scamoneę ʒ.iii.
Cinamomi Spicæ
Croci
Caſtorei an.ʒ.i.
Turbith ʒ.iiii.
Zinziberis ʒ.i.ß.
Euforbii ʒ.vnius partes ii.
Diſſolue gummi in aqua i. ſucco porri & fiant pilulę.
d Pilulæ fœtidæ minores D. M.
℞. Serapini Amoniaci
Oppoponaci Bdellij
Myrrhæ an.ʒ.v.
Turbith ʒ.x.
Coloquintidæ ʒ.vi.
Formentur ſicut priores.
e Pilulæ de ſerapino. D. M.
℞. Serapini.
Amoniaci
Oppoponaci
Bdelli Aloes
Harmel an.ʒ.ii.
Coloquintidæ ʒ.iii.
Fiant pilu. cũ aqua i. ſucco porri.
f Pilulæ de ſerapino aliæ D.M.
℞. Serapini Amoniaci
Oppoponaci
Bdelli mollis an.ʒ.i.
Seminis apij
Ameos Harmel
Aniſi an.ʒ.i. Acori
Setaregi indi
Calamenti fluuialis
Centaureæ
Pollij Coſti
Saliſgemmę an.ʒ.ß.
Alœs ʒ.vi.
Coloquintidę an.ʒ.ß.
Fiant pilulæ.
g Pilulę de euforbio D. M.
℞. Euforbij
Coloquintidę Agarici
Bdellij mollis
Serapini an.ʒ.ii. Alœs ʒ.v.
Fiant pil. cum aqua i. ſucco porri.
h Pilulę de mezerion D.M.
℞. Foliorum mezerion infuſorũ in aceto & exiccatorum ʒ.v.
Myrobalanorum citrinorũ ʒ.iiii.
Kebulorum ʒ.iii.
Confice cum tereniabin & thamarindis diſſolutis in aqua endiuię.
i Pil. lucis maiores D.M.
℞. Roſarum.
Violarum Abſinthij
Coloquintidę Turbith
Cubebæ
Calami aromatici
Nucis muſcatæ
Spicæ k Epithimi
Carpobalſami Xilobalſami

h Iſtæ pil. communiter ſunt in vſu & vbique preparate reperiuntur. i De iſtis pilulis due dãtur deſcriptiones ſed iſta prima eſt illa que habetur in vſu & vbique magis preparata reperitur. k Epithymũ & azarũ nõ hoc debet, tamẽ puluerizari quod repãt ad vias vrinæ & deferant virtutem laxatiuorum ad partes illas.

a Nõ ſunt in vſu.

b Raro medici vtuntur iſtis pil. tamen preparate reperiũtur ab vſu tamẽ ipſarum eſt auendum.

c Iſtæ pil. generaliter ſunt in vſu & vbique preparantur.

d Iſtæ pil. quia nõ ſũt bene cõſolidate vt maiores ideonõ ſunt ſic in vſu vt maiores.

e Pil. Iſtæ preparate reperiũtur licet non multũ habeantur in vſu & reuera tutius eſt vſus pilularũ fœtidarũ maiorum.

f Iſtæ pil ſecundũ hãc deſcriptionẽ non preparantur ſed ſolũ ſecũdũ precedentẽ.

g Iſtæ pil. raro habẽtur in vſu preparate tamẽ reperiũtur. Et nõ pulueriz.etur multũ euforbium.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 224 sur 459

Sileris Seminis rutæ
Squinati Maſticis
Azari Gariofilorum
Cinamomi Aniſi
Fœniculi Apij
Caſiæ Croci
Macis an.ʒ.ii.
Myrobalanorum citrinorum.
Kebulorum
Indorum
Belliricorum
Emblicorum.
a Rauedſeni an.ʒ.iiii.
Agarici
Senæ an.ʒ.v.
Eufraſiæ ʒ.vi.
Aloës ſuccortini ad pondus omnium.
Confice cum ſucco fœniculi.
b Pilulæ lucis minores D. M.
℞. Xilobalſami.
Carpobalſami an.ʒ.i.
Chelidoniæ ʒ.v.
Roſarum
Violarum
Abſinthij
Eufraſiæ an.ʒ.iii.
Senæ Epithimi
Myrobalanorum citrinorum.
Kebulorum
Indorum
Bellericorum
Emblicorum
Agarici
Coloquintidæ.
Squinanti.
Licij.
Lapidis lazuli loti an.ʒ.ii.ß.
Aloës boni ad pondus omnium.
Confice cum ſucco fœniculi aut chelidoniæ.
c Pilulæ ad febres cholericas D. M.
℞. Myrobalanorum citrinorum.
Indorum.
Seminis fumiterræ
Cucutæ.
Emblicorum an.ʒ.ii.
Foliorum roſarum.
Seminis citruli an.ʒ.iii.
Rauedſeni ʒ.vi.
Scamoneæ cocte in citonio.ʒ.i.ß.
Succi eupatorij.
Succi abſinthij an.ʒ.ii.
Agarici ʒ.ii.ß.
Hierepigræ ʒ.viii.
Mellis aggregationis.
Caſiefi. Thamarindorum
Et ſucci endiuiæ quòd ſufficit.
d Pilulæ diarodon D. M.
℞. Trociſcorum diarodon.
Abſinthij an.ʒ.v.
Cimarum ſquinanti.
Maſticis an.ʒ.ii.
Salis indi. ʒ.i.
Aloës boni ad pondus omnium
Confice cũ aqua i. ſucco vel aqua decoctionis vel aqua ſublimationis citri, aut cum ſyrupo conſerue citri.
e Pilulæ de turbith D. M.
℞. Turbith electi. ʒ.xvi
Aloës ʒ.i.ß.
Maſticis
Roſarum an.ʒ.vii.
Myrobalanorum citrinorum.ʒ.x.
Croci ʒ.iii.
Confice cum ſucco abſinthij.
f Pilu. de turbith aliæ D. M.
℞. Turbith.
Myrobalanorum citrinorum
Aloës optimi an.ʒ.x.
Maſticis
Roſarum
Spicæ an.ʒ.ii.ß.
Aniſi ʒ.i.ß.
Croci ʒ.i.
Fiant pilulæ vt dictum eſt in præcedentibus.
g Pilulæ de lapide lazuli. D. M.
℞. Lapidis lazuli abluti ʒ.iii.

a *Alij habent ʒ.ij.*

b *Iſtæ pil. cõmuniter parãtur & habẽtur in vſu non tamen ſicut predictæ.*

c *Iſtæ pilu. nõ ſunt in vſu nec preparatæ reperiuntur.*

d *Iſtæ pilu. à quibuſdam habẽtur in vſu nã ſũt domeſticæ et magnæ ſecuritatis.*

e *Iſtæ pilu. nõ ſunt in vſu nec preparatæ reperiuntur.*

f *Iſtæ pilu. nõ ſunt in vſu nec preparatæ reperiuntur.*

g *Iſtæ pil. generaliter ẽt vbique reperiuntur preparatæ.*

Epithimi
Polipodii an.ʒ.viii.
Scamoneæ
Salis indi an.ʒ.ij.ß.
Agarici ʒ.viii.
Garifilorum
Aniſi an.ʒ.iiii.
Hierepigræ an.ʒ. xv.
Confice cum ſucco endiuiæ.

a Pil. de lapide armeno D. M.

℞. Lapidis armenis loti & pæparati.
Hierepigrę an.ʒ.v.
Epithimi.
Polipodii an.ʒ.iiii.
Diagridii ʒ.iii.ß.
Gariofilorum ʒ.ii.
Salis indi ʒ.i.ß.
Confice cum ſucco ſolatri.

b Pilulæ de bdellio D. M.

℞. Myrobalanorum nigrorum
Emblicorum
Bellericorum an.ʒ v.
Bdellii ʒ x.
Scoriæ ferri preparatæ
Seminis porri.an.ʒ.iiii.
Coralli aduſti
Karabæ
Conchulę aduſtę an.ʒ.i.ß.
Margaritarum ʒ.ß.
Confice cum ſucco porri.

c Pilu.de bdellio maiores D. M.

℞.Bdellii ʒ.xii.
Ameos ʒ.iii.
Kebulorum Indorum
Bellericorum Emblicorum
d Venerarum aduſtarum
Karabę an.ʒ.ii.ß.
Et confice bdel.in ſucco porri.

Gloſa notanda.

In hac cõfectione ponitur bdel. & debes intelligere de bdellio de mecha, aut ſaltem debes ponere bdellium ſiccum, & non molle vt in precedentibus. In ea etiam ponitur venarum aduſtarum, & dicit autor pandect. quod falſo ſed quòd debuit dicere auellanarum aduſtarum. Alius autor cuius nomen ignoro: in quodã libello ſuo qui incipit. Facigitur pie deus, &c. Dicit quòd debuit dicere vermium terreſtriũ aduſtorum, & hęc opinio videtur magis eſſe de mẽte Meſ. vermes enim terreſtres aduſti & potiſſimè cõchulę terreſtres ſiue limacię quę ſunt de genere vermium ſuntexiccatiue exiccatione forti potiſſimè quãdo adurũtur & debet aduri caro cum teſta & ſubtiliſſimè teri, videntur ergo conuenire propoſito & videas quod iſtę pilulę ſunt ſimiles in virtute cum pilu. de bdel. prius deſcriptis in recepta precedenti vbi poſuit conchulas aduſtas quòd ſi nolis ponere conchulas terreſtres, ſcilicet limatias, pone aquaticas & marinas, ſed ſunt debilioris virtutis.

e Pil. de bdellio minores D. M.

℞. myrobalanorum kebulorum
Indorum
Emblicorum
Bellericorum an.ʒ.v.

f Bdelii ʒ.v.

Fiat vt dictum eſt in pilulis de bdellio maioribus.

g Pil. de oppoponaco. D. M.

℞. Oppoponaci
Hermodactylorum
Serapini
Bdellii mollis
Armoniaci
Coloquintidę an.ʒ.v.
Croci
Caſtorei

f Hoc pone bdel de mecha aut ſaltẽ bdellũ ſuccum vt in aliis. g Iſtæ pil in aliquibus regionibus preparantur & in his debet coloquintida ſubtiliſſimè pulueriſari ne inducat excoriationẽ.

a *Iſtæ pil. rariſſimè habẽtur in vſu nec preparatæ reperiuntur, quia cõueniunt cum pilulis lapidis lazuli, & lapidem armeñ nemo nouit teſte Rabimoyſe.*

b *Iſtæ pil. cõmun. nõ preparãtur ſed preparãtur maiores, & pone bdel. de mecha. aut ſaltem bdel ſiccum ad reſtringendum & non molle.*

c *Iſtæ pil. ſũt in vſu & preparatæ reperiũtur.*

d *Additio melius dicitur venerarum quã venarum. Nam venera eſt cõchula marina quam apportãt peregrini de ſancto Iacobo ita habet Sera in preſeti recepta.*

e *Iſtæ pil. in hac deſcripſione non ſunt in vſu.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 226 sur 459

Myrrhę Zinziberis
Piperis Macropiperis
Caſieligneæ
Myrobalanorum citrinorum.
Indorum
Bellericorum
Emblicorum an.ʒ.i.
Scamoneæ ʒ.ii.
Turbith.ʒ.iiii.
Alœs ʒ.xii.
a Infundantur gummæ in aqua.i. ſucco caulium & fiant cum eis pilulæ.

Pilulæ de hermodactylis.D.M.
℞.Hermodactylorum
Alœs an.ʒ.v.
Myrobalanorum citrinorum
Turbith an.ʒ.iiii.
Zinziberis ʒ.ii.
Fiant pilulæ cum electuario roſ.
b Pilulæ de hermodactylis maiores. D.M.
℞.Hermodactylorum
Alœs
Myrobalanorum citrinorum
Turbith
Coloquintidæ
Bdellij mollis
Serapini an.ʒ.vi.
Caſtorei
Sarcocollę
Euforbij
Oppoponaci.
Harmel
Apij an.ʒ.iii.
Croci ʒ.i.ß.
Cõfice cum ſucco caulium & fiãt pilulæ.
c Piluli de hermodactylis, D.M.
℞.Hermodactylorum ʒ.v.
Scamoneæ ʒ.ii.ß.
Myrobalanorum citri.ʒ.iii.
Roſa.ʒ.ii.
Alœs ʒ.x
Confice cum cartatico roſa.

d Pilulæ arteticæ. D.M.
℞. Hermodactylorum
Turbith
Agarici an.ʒ.iiii.
Caſieligneæ Spicæ
Gariofilorum
Xilobalſami
Carpobalſami
Zinziberis
Maſticis
Fœniculi Aniſi
Saxifragiæ
Seminis ſparagi
Bruſci
Roſarum
Granorum
Saliſgemmæ an.ʒ.ß.
Alœs pondus omnium,
Confice cum ſucco fœniculi.
e Pilulæ quę non valentes ſurgere faciunt incedere.D. Raſis in ix. ad almanſorem.
℞. Aloes ʒ.i.
Scamoneę ʒ.vniusquartã partam.
Roſ.rub.tritarum ʒ. vnius ſextam & gra.x.
Hermodactilorum alborum ʒ.ß.
Formentur pilulæ

Pilulæ de coloquintida D.M.
℞. Coloquintidæ ʒ.v.
Myrobalanorum nigrorum
Citrinorum
Serapini
Bdellij mollis
Sarcocollæ an ʒ.v.
Aloes ʒ.vii.
Nigellæ
Cymini carmeni
Origani perſici
Naſturtij albi
Saliſgemmæ
Abſinthij romani an.ʒ.i.
Infunde gummas in aqua porri i. in ſucco porri, & fac cum cæteris pilulas.

Pilulæ

a *Iſtæpil.non ſunt in vſu nec præparatæ reperiuntur.*

b *Iſtæpil.habẽtur in vſu & vbique præparatæ reperiuntur & in cõfectione harum debet coloquintidæ ſubtiliſſimè pulueriſari & euforbiũ non.*

c *Pil.iſtæ & vbique reperiuntur preparate & ſunt in vſu.*

d *Iſtæ pil. ſũt vſuales & preparate reperiũtur.*

e *Iſtæpil.non ſunt in vſu & in eis ponitur ſcamonea &c. Dicit tamẽ Gentilis in libello ſuo de proportionibus medicinarum, quòddebuit dicere ſcamoneæ ℈. vnius quartampartem ſcr. gra. v. vl. vi. & iſta via eſt iutior.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 227 sur 459

a Pilulæ ſebeſtiæ D.M.
℞. ſpicæ indæ ʒ.v.
Spicæ Romanæ
Rauedſeni Agarici
Epithymi an.ʒ.iiii.
Coſti Maſticis
Camedreos
Amomi an.ʒ.ii.
Croci ʒ.iii. Myrrhæ
Cinamomi
Gariofilorum
Squinanti.an.ʒ.i.
Aloes ʒ.x.
Fiant pilulæ cum vino antiquo

b Pillulæ ſtomatichæ D.M.
℞. hierepigræ ʒ.vij.
Trium myrobalanorum an.ʒ.iii.
Agarici ʒ.ii.
Turbith ʒ.x.
Epithymi cretenſis ʒ.ii.ß.
Aniſi an.ʒ.ii.ß.
Salis indi.ʒ.ii.
Abſinthii
Scamoneæ an.ʒ.iij.
Penidarum ʒ.iii.
Fac pilulas cum ſucco ſacriolæ

Pilulæ aliæ ſtomatiche D. eiuſdem.M.
℞. hierepigræ.ʒ.x.
Trium myrobalanorum
Abſinthii.an.ʒ.iii.
Maſticis Aniſi
Bellerici Emblici
Agarici an.ʒ.iii.ß.
zinziberis ʒ.ii.
Gariofilorum
Saliſgemmæ
Squinanti.an.ʒ.i.
Turbith ʒ.xii.
Confice cum ſucco abſinthii

Pilulæ ſtomatichæ Alkindi
℞. Myrobalanorum kebul. partes vi.
Salis indi
Abſinthii romani
Agarici leuis
Scamonę ſubalbidę omnium an. partes iii.
Aſari Aniſi
Seminis apij omnium an. partes ii.
Medullæ turbith albi partes, xvij.
Epithimi cretenſis rubei mondi recentis partes v.
Hierepigræ partes vij.
Gariofilorum partem j.
Commiſcean. iſtæ medicinę poſt cribellationem, deinde ponatur ſuper eas paulatim & aſpergatur aqua, in qua bullitę ſunt partes iiii penidiarum ſabati donec conuerſa ſit in ſubſtantia ſucci dactylorũ, deinde formẽtur pilulæ ſimiles piperi. Doſis ſit ſecundum virtutem

c Pilulę alię ſtomatichę D. eiuſdem.
℞. trium myrobalanorum an. ʒ.iii.
Roſarum
Maſticis an.ʒ.ij.
Cardamomi
Ligni aloes
Sandali citrini
Cubebæ
Gariofilorum
Squinanti
Nucis muſcatę.anʒ.ii
Rauedſeni ʒ.ß.
Turbith ʒ vij.
Aloes ad pondus omnium
Confice cum vino odorifero.

a *Iſtæ pilulæ non ſunt in vſu præparatæ reperiuntur potuiſſent autem immediatè ſubiũgi ad pilu. de alhãdal quæ exponuntur de coloquintida, ſed ego hic obſerua. ui ordinem Me. in litera.*

b *Iſtæ pilulæ communiter nõ præparãtur vtimur tamen eis interdum magiſtraliter. Quidam faciunt iſtas pilu. & quidam alias, iſtæ tamen non ſunt illæ quæ debent præparari propter alia laxatiua ab aloe quæ ibi intrant quæ licet euacuent à ſtomacho a liunde tamen etiam attrahunt. ideo illæ ex oumibus iſtis in quibus ſolum intrat aloe ſunt illæ quæ debent præparari & quæ pro prie debentur ſtomatichæ & dicunt alii quòd debent diſpenſari pilu. ſtomatichæ ſecundum deſcriptionem alkindi quas ponit Auicen. v. ca. & philonius cap. de dolore capitis & de ipſis intelligitur quando ſcribitur in libri practicam tium. ℞. pilu. ſtomaticharum abſolutæ, quia prærogatiuam in bonitate ſuper cæteris pil. ſtomatichis habent, quartum recepta hic cum cæteri in ſcritur.*

c *Iſtæ pilulæ non debent preparari ſed vltimæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 228 sur 459

a Pilulę alię ſtomatichę D. eiuſdem.

℞. Myrobalanorum citrinorum.
Turbith.an.ʒ.x.
Maſticis ʒ.vj.
Roſarum
Spicæ an.ʒ.ii.ß.
Aniſi ʒ.i.ß.
Salis indi
Croci an.ʒ.i.
Aloes ſuccotrini ad pondus omnium
Confice cum ſucco abſinthij.

b Pilulæ alię ſtomatichę D. eiuſdem.

℞.aloes ʒ.vj.
Maſticis
Roſarum an.ʒ.ii.
Confice cum ſucco ſolatri

Pilulæ ante cibum D.N.

℞ ligni aloes
Gariofilorum Folii
Maſticis
Xilobalſami
Carpobalſami
Caſilignęæ Macis
Nucis muſcatæ
Cinamomi
Cubebæ
Croci
Sileris montani
Spicæ an.ʒ.ii.
Reubarbari
Aloes ante ad pondus omnium
Confice cum balſo.vel vino odorifero vel oleo laurino aut roſ.

c Pilulæ aliæ ante cibum clariſſimi doctoris magiſtri Panthaleonis de verſellis.

℞. thamarindorum
Agarici trociſcati an.ʒ.ß.
Reubarbari electi gra.xv.
Pilularum alephanginarum,ʒ.i.ß.
Fiat maſſa cum melle

c Pilulæ de agarico D. M.

℞.agarici
Maſticis an.ʒ.iiii.
Rad.lili cœleſtis
Praſſij an.ʒ.i.
Turbith ʒ.v.
Hierepigræ ʒ.iiij.
Coloquintidæ
Sarcocolę an.ʒ.ij.
Myrrhæ ʒ.i.
confice cum rob.

d Pilulę de fumoterræ D. Auic. in iiij. can. ca. de cura ſcabiei & pruritus.

℞.myrobalanorum citrinorum.
Kebulorum
Nigrorum an.ʒ.v.
Aloes ʒ.vii.
Scamoneæ.ʒ.v.
Sine ceſſatione confice cum ſucco fumiterræ & dimittantur donec exiccentur, & imbibantur vice alia ſic imbibendo& exiccando vſque ad tres vices deinde dimittantur donec ſpiſſum fiat totum, & ex hoc toto formentur pilulæ.

Pilulæ rufi. Et ſunt pilulæ communes.

℞.aloes electi ʒ.ii.
croci
Myrrhæ an.ʒ.i.
confice cum vino aromatico.

Gloſa notanda.

Iſtæ pilulæ ſunt multum vſuales, & vbique præparatæ reperiuntur, ſi tamen debeant accipi tempore æſtatis: laudant doctores vt lauetur aloe cum aqua endiuiæ. Et etiam quod tempore epidimiæ addatur de bolo armeno tantũ quantum eſt aloe. Hęc notat chriſtoforus Georgius ſuper Meſue. A quibuſdam autem vocantur pilulæ arabicę.

a Iſtæ ſunt qui communiter præparatæ reperiũtur, præeliguntur tamen iſtæ vel illæ ſecũdum voluntatem medicorum eis vtentium.

b Iſtæ ſunt pilulæ quæ debent præparari ſecundum reiveritatem.

c Iſtæ pilulæ hodiernis diebus ſunt vſuales in hac ciuitateturon. ſed mirum videtur quod vir tantus poſuerit thamarindos & in tam parua quantitate, relictæ ſunt tamen nobis ex propria manu ſcriptæ ſic formaliter non mihi placet forma earum licet ſint familiares & domeſticæ.

d Pilulæ de agarico generaliter ſunt in vſu & vbique præparatur

e Iſtæ pilulæ ſunt multum vſuales & vbique preparatæ reperiuntur.

Florũ violarũ recẽtiũ duplũ ipſius
zinziberis medium pondus ipſius
Fiant trociſci
g Trociſci de ſerapino D.M. ca. de ſerapino de intentione mezir
Accipe coloquintidam, perfora ipſam & abiice grana eius tantum, & impleatur aqua cum pauca ſpica & maſtice, & bulliant in cinere calido vſque ad conſumptionem tertiæ partis ipſius. Deinde infunde ſerapinum in hac aqua ſemper modicum infundẽdo, vſque dum pingueſcat. Deinde fricetur & fiãt trociſci.
h Trociſci alij de ſerapino D.M. vbi ſupra
℔. Succi ænulæ ſicut eſt ʒ. xvij.
Infunde in eo Spicæ
Maſticis an.ʒ. iiij.
Bulliant vſque ad cõſumptionem medietatis poſt illud coletur & immittatur ſerapinum, & fiat vt dictum eſt.
i Troſci alhandal D. M.
℔. Pulpæ coloquintidæ electæ mundatæ à grenis ʒ.x.
Incidatur inciſione conuenienti cum inciſorio, & fricetur cum ʒ.i. olei roſ. Deinde
℔. Dragaganti
Gummi arabici
Bdellij mollis an.ʒ.vi.
Infundantur iſta in aqua roſ. per dies iiii.& conficiatur coloquintida inciſa cum glutino eorum, & fiãt trociſci, & exiccẽtur in vmbra
k Trociſci de ſandalis D.M.
℔. trium ſandalorum an.ʒ. viii.
Spodij
Seminum cucumeris
Cucurbitæ
Citruli
Portulacæ an.ʒ. iiij

a Non præparãtur niſi pro quãto ingrediũtur alias cõfectiõesmagnas.

b Non præparãturniſi pro quanto ingrediũtur alias confectiones magnas.

c Iſte cõmuniter nõ præparantur.

d Iſti etiã nõ præparãtur

e Ita cõmuniter & vbique inueniũtur præparati.

f Nõ ſunt in vſu debent tamen eſſe viole recẽtes aut conſeruari vio. cum zuc.

g Nõ ſunt in vſu nec præparati reperiũtur. Poteſt ſimiliterfieri permutãdo aquam coloquintidæad aquã myro balanoriũ. Meſ in litera.

h Nõ ſunt in vſu nec præparati reperiuntur.

i Non ſunt in vſu. *k Non ſunt in vſu.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 269 sur 459

Rosa ʒ.vii. Camphoræ ʒ.i.
Berberis vel succi eius ʒvi.
Boli armenici ʒ.iiii.
Confice cum aqua portulacæ
a Aliter sic ex D. eiusdem
℞. Sandalorum citrinorum ʒ.ii.
Gummi arabici ʒ.iiii.
Seminum quatuor frigidorum excorticatorum an.ʒ.i.
Confice cum aqua portulacæ
Lactucæ Dragaganti
Succi liquiritiæ an. ʒ. ß.
Fiant trociſci
b Trociſci hamech D.M.
℞. foliorum viola. habentiũ medietateminter humiditatem & ſiccitatem aur.xii.
Turbith electi aureos vi.
Succt liquiritiæ aureos iii.
Tereniabin aur.iiii.
Fac trociſcos
c Trociſci de cypero D.M.
℞. Zinziberis Heyl
Nucis muſcatæ
Cucubæ Macis
Gariofilorum
Galliæ an.aur.i.
Corticum citri Maſticis
Florum ſquinanti
Ciperi Spicæ
Cinamomi
Emblicorum
Extremitatum myrti an.aur.ii.
Et in alio kirati.
Confice cum melle paſſularum.
d Trociſci de ligno aloes D. M.
℞. Ligni aloes
Roſ.rub.an.ʒ.ii.
Maſticis Cinamomi
Gariofilorum Gallię
Spicæ Macis
Nucis muſcatæ
Cubebę Cardamomi
Corticum citri
e Heylbacæ an.ʒ.ß.
Muſci ʒ.vnius ſextam
Fiant trociſci cum melle paſſulato
f Trociſci di capparibus D. M.
℞. Corticum radicis capparis
Seminis agnicaſti an.ʒ.vi.
Nigellæ Calamenti
Succi eupatorij
Amygdalarum amararum
Naſturcij Aromatici
Foliorum rutæ
Ariſtologiæ ro.an.ʒ.ii.
Cyperi
Scolopendriæ an.ʒ.i.
Amoniacum diſſoluatur in eceto & aliarum rerum puluis conficiatur cum eo.
g Trociſci de karabe D. M.
℞. Karabæ aur.vi.
Cornu cerui vſti
Gummi arabici aſſi
Coralli aduſti
Dragaganti Acatiæ
Ypoquiſtidos.
Balauſtiæ Maſticis
Laccæ ablutæ
Papaueris nigri aſſi an. aur.ii.
Thuris Croci
Opij an. aur.i.ß.
Fac trociſcum vnum cum muſcilagine pſilij

Additio ſuper litera T.

Trociſci de myrrha Raſis ix. ad Almanſorem.
Trociſcorum cokion ingredientium mitridatum deſcriptio.
Trociſci de viperis Auicen.
Trociſci andaracaron Auicen. ingredientes tyriacam.
Trocicorũ andaracaron Raſis viii. ad Almanſorem ad idem propoſitum deſcriptio.
Troci.de violis D.M.ca.de aſmate
Trociſci affrodillorum
Trociſci de myrrha raſis ix. ad Almanſorem.

a *Non ſunt in vſu.*

b *Iſti trociſ. non ſunt in vſu & ſũt propriè trociſci de turbithde quibus ſupra.*

c *Non ſunt in vſu.*

d *Non ſunt in vſu.*

e *Aliquilibri habent in hac cõfectione heyl & ſequitur baucio falſo ſed debuit dicere heyl bace quæ eſt ſpecies cardamomi & videasquod baucia non confert propoſito.*

f *Iſti trociſ. non reperiũ tur præparati. Quidam duplicant amoniacum, & eſt melius Meſue in litera.*

g *Iſti trociſ. ſunt in vſu & præparati reperiũ tur.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 270 sur 459

℔. Myrrhę ʒ.iii.
Lupinorum optimè tritorum ʒ.v.
Foliorum rutę Mentaſtri
Pulegij Cimini
Rubeę de qua tingitur
Aſſæ Serapini
Oppoponacis an.ʒ.ii.
Informentur trociſci ponderãtes ʒ. ii. ex quibus detur vnus in die cũ aqua in qua ſemen iuniperi coctũ fuerit.

Deſcriptio trociſcorum cokion ingredientium mitridatum.

℔. Paſſularũ rubearum enucleatarum ʒ.iiii.
Glutinis albotin id eſt terebenthinę ʒ.xxiiii. Squinanti
Myrrhę an.ʒ.xii.
Cinamomi Bdellij ſubalbidi
Blactę biſantię
Spicę romanę
Caſię ſupple ligneę
Melliloti Ciperi
Baccharum lauri an.ʒ.iii.
Calami aromatici ʒ.viii.
Croci ʒ.i.
Bituminis iudaici id eſt, aſpalti ʒ.ii.ß.
Liquefienda in vino veteri ponãtur donec liquida fiant, alſa omnia trita & cribellata cum eis coniungantur & cum melle diſpumato quantum ſufficit commiſceantur & fiant trociſci, preſens deſcriptio eſt Auicen. poſita in v. can. quos trociſcos vocat Raſ. viii. ad Almã. trociſcos de fuſio.

Trociſci de viperis Auic.

Capiantur viperę ſ. tyrię cum eſt finis veris & incipit æſtas, & ſi fuerit ver hyemale dimittantur vſquequo conſequantur principia æſtus, & viperę quidem ſunt ſerpentes habentes capita plana quę ſunt lata propriè apud propinquitatem colli minuti ſubtilis valde quorũ caudę ſunt curtę ſtrepitum facientes & ſonitum inceſſu, & iſtis quidem trociſcis non conueniunt omnes viperę immo flauę & de flauis fœminę & earum ſignum eſt quòd maſculi in omni latere habent dentem vnum & fœminę plures vno, id eſt duos & oportet vt alienentur cornutę & varię & aſpides decliues ad albedinẽ & non capientur ex piſcinis & littoribus fluuiorum & aquarum & marium neque petroſę quoniam in eis ſunt quircinæ facientes ſitim imò capiantur in loco longinquo ab humoroſitate & non capiantur illę quę ſunt debilis motus imò eligantur illę quę ſunt velocis motus habentes caput eleuatum & oportet vt non morentur cùm capiuntur ſi poſibile eſt & abiiciantur à parte capitis eius quatuor digiti & ſimiliter à parte caudę ipſius & ani eius, quòd ſi cucurrerit ex ea ſanguis plurimus & fuerit motus eius in illa diſpoſitione plurimus & mors ipſius tarda tunc erit electa, & ſi fuerit parui motus & pauci ſanguinis & velocis mortis tunc erit mala & de ſignis eius iterum eſt vt ſit motus eius velox & aſpectus eius aſpectus audaciæ, & præſumptionis & ſit egreſſio fecis eius ex poſtremo caudę ipſius cumque mortua eſt extrahantur viſcera eius & propriè fel ipſius & abluatur, cum aqua & ſale ablutione exquiſitiſſimè facta, deinde decoquatur in aqua & ſale, & ſi cũm ea fuerit anetum non erit malum in eo decoctione diſcoquẽte cum qua leuis fiat collectio eius carnis ab oſſe ipſius. Mundificetur ergo caro ab oſſe & proiiciatur in mor-

tario & teratur bene & præcipiatur illi qui facit illud vt odoret oleum balſami & inungat ipſum ſuper digitos, cùm ergò contrita eſt miſceatur cum tortellis & non eligatur ſuper deſcriptionem Andromachi, deinde fiant ex eo trociſci minuti ſubtiles & exiccẽtur in vmbra & reponantur in repoſitorio, & non oportet vt cadat ſuper eos radius ſolis omnino neque ante exiccationem neque poſt ipſam, ſol nãque deſtruit & ſpoliat eos à virtute appropriata carnibus viperarum interficiente venena quæ ſunt ex mortione rebibita. Vera igitur deſcriptio trociſcorũ de viperis ſeu de tyriis ſecundum Andromachũ conſilio Auicennę prę-eligenda eſt hæc. Recipe carnis viperarum ſeu tyriarum fœminarũ prędicto modo pręparatarũ competenter expreſſarum à iure ſuo & poſtea optimè in mortario triturata-tarum partem aliquam panis albi parum fermentati cum modico ſalis bene cocti & exiccati ne quaquam aduſti facti de flore farinæ frumenti optimi ſubtiliter puluerizati quãtum ſufficit ad trociſcorum formationem qui equidem fiant modo præcripto.

Trociſci andaracarum Auicennę ingredientes tyriacam.

℞. Corticũ radicis darſiſahã ʒ.vi.
Superioris ſquinanti ʒ.xii.
Calami aromatici
Coſti Xilobalſami
Azari Myrrhæ
Amomi
Polij an.ʒ.xxiiii.
Maſticis Emeruchiæ
Fu an.ʒ.vi.
Ariſtologiæ rotundæ ʒ.xx.
Reubarbari Xilocaſiæ
Cinamomi an.ʒ.x.
Spicæ indæ Folij an.ʒ.xvi.
Croci an.ʒ.xii.
Teratur totum & cribelletur per ſe & conficiatur cum vino odorifero,& fiant trociſci & exiccentur in vmbra & conſeruantur ſicut dictum eſt in trociſcis de viperis.
Aliqui magis laudant deſcriptionem trociſcorum andaracarũ Raſis viii.ad Almanſorem poſitorum quæ eſt hæc.
℞. Corticum radicis darſiſahan
Calami aromatici
Coſti
Xilobalſami
Azari Polij
Amomi Maſticis
Floris cotulæ albæ
Fu omnium an. aureos vi.
Floris ſquinanti
Rauedſeni Xilocaſiæ
Cinamomi an.aur.xx.
Spicæ indicæ
Folij an. aur.xvi.
Myrrhæ aur. xxiiii.
Croci orientalis aur. xii.
Terantur omnia & cribellentur & cũ vino redolẽtæ conficiantur ex quibus informentur trociſci & ſiccentur in vmbra.Pro quorũ declaratione notabis primo ℔ Gal. loco trociſcorũ andaracaron habet trociſcos diacorallos ſupra deſcriptos. Quid autem intelligendum ſit per darſiſahã diuerſi diuerſo modo intelligunt, dicunt quidam ℔ eſt cortex radicis arboris mali granati ſilueſtris, ſed nec Auicen. nec Gentilis intellexerunt certitudinaliter quid eſſet darſiſahan, ipſe autem Auicen. in ij.can. ponit loco darſiſahan fructus Aliẽbuc.Xilocaracte ſed per illa verba nõ cognouit quid eſſet & Gentilis cre-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 272 sur 459

didit quòd per darſiſahan intelligeretur darſeni i. cinamomum: ꝙ nod eſt: nam Guillermus placentinus in prædictis trocis cis inquit, & intellige per darſiſahan arborẽ habentem ſpinas magnas quæ appellatur ſpinum album. Præterea Serapio cap. darſiſahan, dicit ibi quod eſt arbor granati ſilueſtris & habet ſpinas & in fine capituli dicit, ingreditur in troci, tyriacę hęc arbor dicitur apud modernos Criſpinus ſiue amiberberisi. ſpina acuta, cuius fructus dicitur bel. id eſt ſecundũ aliquos berberis. Secũdo notabis quod vbi Auicenna dicit Emeruchiæ Raſis dicit floris cotulæ albæ & a Galeno de tyriaca ad pamphilum ponitur amarachi & ab Andromacho ponitur alachoẽ alba. Quid autem intelligatur diuerſi etiam modo diuerſo ſentiũt. Nam quidam dicunt quod per alachoem debemus intelligere matricariam. Alij verò vt Gentilis maioranã primæ tamen opinioni magis adhæreo, ille tamen modernus de quo feci mentionem ſupra in tyriacæ clarificatione dicit errauit Auice. in trociſcis andaracaron in iſto ſimplici darſiſahan. Eſt enim darſiſahan ſecundum aliquos ſpina alba. Alij cinamomũ alij aſpaltum, ſed Galenus & paulus quibus magis credendum eſt ponunt loco darſiſahã lygi. i. cimus arboris quã vulgo agnum caſtum appellamus. Similiter in eiuſdem trociſcis pro amaraco ab Auicenna ſcribitur Emeruchiæ & ipſe idem Auicenna exponit quod eſt alachoem alba ignotum per ignotius, hanc enim alachoem albam aliqui camomillam albam, alij matricariã, alij cotulam vt Gentilis teſtatur eſſe arbitrantur. Quicquid verò ſit alachoem alba certum eſt eſſe amaracum pro qua emeruch legitu in Auicen. nihil horum ſignificare. Eſt enim amarachus herba odorata quę alio nomine ſanſucus appellatur aut eidem ſanſuco ſimilima. Hæc ille.

Trociſci de violis. D. M. capitulo de aſmate.

℞. Florum violarum mediocrium in exiccatione & humectatione. ʒ.vi.
Turbith boni arundinei ʒ.iiii.
Succi liquiritiæ
Tereniabin an. ʒ.ii.
Aliquando adduntur ſcamoneæ ʒ.ii. Fiant trociſci.

Trociſci aphodilorum

℞. Succi radicum aphodilorũ ʒ.ß.
Calcis viuæ ʒ.ii.
Auripigmenti ʒ.i.
Conficiantur & exiccentur ad ſolem in menſe auguſti

Trociſci de calce.

℞. Calcem viuam pulueriſatam & commiſce cum melle & commixta in olla noua pone in clibano & dimitte donec comburatur & vſui reſeruetur.

Finitur particula decimanona.

Viceſima particula ſecundi libri incipit.

SEquitur de litera V. quæ ad literam T. immediatè ſubſequitur in ordine literarũ minoris alphabeti. Erunt autem in hac particula ℞æ ſequentes.

Vnguentum diaphœnicon cuius duæ ponuntur receptę.
Vnguentum palmeum D. M.
Vnguentum nobile relatũ ad Nicodemum D. M.
Vnguentũ aliud Nicodemi D. M.

Vnguentum arabicum D. M.
Vnguentū apoſtolorum. D. Auic. in v. can.
Vnguentum ceraſeos magnū D.M
Vnguentum ceraſeos paruū D.M.
Vnguentum de arthanita D.M. capite de arthanita.
Vnguentum de arthanita magnū D.M.
Vnguentum de arthanita paruum D.M.
Vnguentum de ligno D. M.
Vnguentum azazir D.M.
Vnguentum roſatum D.M.
Vnguentum violatum D.M.
Vnguentum de papauere D.M.
Vnguentum baſilicon magnum D.M.
Vnguentum baſilicon minus D.M
Vnguentum de bdellio D.M.
Vnguentum ſimile in virtute vnguenti de bdellio D.M.
Vnguentum philagrios D.M.
Vnguentum aureum D.M.
Vnguentum de ceruſa D.M.
Vnguentum album cuius duæ ponuntur ℥ tæ.
Vnguentum ſiriciuum D.M.
Vnguentum ægyptiacum D.M.
Vnguentum triapharmacum D.M.
Aliud D. eiuſdem.
Vnguentum alkifarinæ D.M.
Vnguentum alfecericum relatum ad Alexandrum D.M.
Vng. ad vulnera antiqua D.M.
Vnguentum citrinum D.N.
Vnguentum aureum D.N.
Vnguentum populeon D.N.
Vnguentum marciaton D.N.
Vnguentum aragon D.N.
Vnguentum dialtea D.N.
Vng. contra pediculos D.N.
Vnguentum agrippa D.N.
Vnguentum laxatiuum D.N.
Vnguentum pamphilogos D.N.
Vng. contra ſcabien cuius duæ ponuntur ℥ tæ. Vng. enulatum
Vng. deſiccatiuum rubeum
Vnguentum contra vermes
Vnguntum reſumptiuum.

Additio ſuper litera V.

Vnguētum ſtaphiſagriæ magiſtrale valens ad interficiendum pediculos capitis palpebrarum & inguinum.
Vnguentum pectorale magiſtrale
Vnguentum aliud pectorale
Vnguentum ad ſcabiem
Vnguentum album ſiue de ceruſa crudum.
Vnguentum de ceſura coctum.
Vnguen. de lithargirio cocto
Vnguentum de minio magiſtrale valens ſicut vnguentum de litargirio.
Vnguentum comitiſſæ magiſtrale ad retentionem menſtruorum.
Vnguētum de adipibus magiſtrale ad pectus.
Vnguentum de anthera magiſtrale & eſt conſtrictiuum.
Vnguētum ad combuſtionē ignis magiſtrale.
Vngentum pro capite puerorum contra groſſam & cruſtoſam ſcabiem Arnaldi de vila noua.
Vnguentum de plumbo.
Vnguentū mollitiuum quo vtuntur veneti.
Vnguētum alabaſtrum nardi præcioſi quod romani de Hieruſalem attulerunt.
Vnguentum diaphœnicum D. M. ℥. Adipis zirbi cerui.
Adipis vituli antiqui mundati & colati an. ℔. i. ß.
Colcotar ʒ. iiii.
Lithargirij mundi
Olei antiqui an. ℔. iii.
Confice ſic: terantur lithargirium

& colcotar contritione vltima & cribrentur per pannum ſubtilem, deinde terantur cum oleo & elaboretur in permixtione eorum, deinde terantur cũ oleo paulatim, & paulatim addendo oleum, deinde coletur ſuper illud adeps & coquatur cum facilitate agitando illud ſine intermiſſione cum ramo palmarum, ſcilicet cum extremitate eius groſſa abiecto cortice eius. Et ſit ramus recenter a palma inciſus. Et quoties humiditas illius rami exhauritur à medicamine iterum agitetur alio ramo ſimiliter ſicut dictum eſt de primo aut vertatur ab alio latere & ita continuè agitetur cum iſtis ramis recẽtibus, & recenter inciſis donec compleatur decoctio. Et fiat dectoctio ad leues prunas, aut ſupra ignem flammæ tenuis.

Gloſa notanda

Iſtud eſt vnguentum quod appellat Auicen. in v. can. vnguentũ de calcadis, de quo refert quod ipſum nominauit. Galen. mukin. Auicen. tamen non poſuit adipem cerui, ſed facit cum ſolo oleo & adipe vituli, ipſe tamen poſuit adipis vituli ℔.iii. Et dicit quod primo debent miſceri calcadis & lithargirium in mortario cum adipe & oleo priuſquam ponantur in frixorio.

a Vnguentum aliud diaphinicon. D. eiuſdẽ quod dicit eſſe. D. arab. ℥. Foliorum keiri Saluiæ Trifolij aceroſi an. ℔.i. Terantur cõtritione bona. Et funde ſuper ea in vaſe lapideo. Olei roſati aut myrtini. Adipis zirbi vituli antiquæ. Adipis cerui antiquæ colatarum an. ℔.ii.ß.

a *Non eſt in vſu.*

b *Scilicet key ri ſaluiæ & trifoly aceroſi.*

c *Non eſt in vſu.*

Dimitte per dies octo, deinde accipe. Myrrhæ Aloes ſuccortini an. aur. ix. Sarcocolæ aur. vii. Terantur & cribellentur, & proiice deſuper in alio vaſe lapideo. Vini albi. aut.

b Succi arnogloſſæ longæ in quo coctæ fuerint ex foliis earum herbarum an. ʒ.iii. Et ſit vini aut ſucci qui funditur ſupra ſpecies quantitas ſufficiens ad diſſoluandum eas, & dimitte per dies ſex deinde redeas ad herbas & decoque cum oleo & adipe ebulitionibus duabus & cola & exprime oleum & adipẽ. Et accipe huius expreſſionis ℔.iiii.ß.

Lithargirij pulueriſati ſubtiliſſimè ℔.iii. Calcad. ʒ.iiii.

Terantur & coquantur ſicut ſuperius diximus in præcedenti recepta. Et agitantur cum ramo palmeo ſimiliter vt dictum eſt. Et bulliat vſque dum color medicinę alteretur deinde depone ab igne, & ſine intermiſſione agitando vſque dum infrigidetur parum. Et tunc paulatim infundantur muſcilagines ſpecierũ quæ ſunt in vino diſſoluæ continuè agitando cum piſtello ferreo donec fiat eorum bona permixtio, deinde perficiatur eius decoctio, vt dictum eſt in recepta præcedenti. Et additur ab aliis arnogloſſę ℔.i. & propriè lõgę

c Vnguentum palmeum D.M. ℥. Olei veteris ℔.iii. Axungiæ porci veteris depuratæ à ſale ℔.ii. Cõfice ſic oleum & axũgia mittãtur in ſtãnato ſupra ignẽ & liquefiat, deinde addatur lithargirium & vitreolũ & ducatur continuè cum tribus ramis palmæ. Et accipe vnum ramum palmarum minutim

minutim inciſum &intromittatur & tandiu bulliat ſupra ignem lentum factum de lignis ſiccis donec inſpiſſetur & denſitatem habeat.

a Vnguentum palmeum aliud D. eiuſdem.

℞. Lithargirii auri. ℔. iii.
Pinguedinis porci recentis ℔. iii.
Vitreoli virid. ʒ. iiii.

Extremitatum tenerrimarum palmæ ad libitum. Fac vt in præcedenti ſemper agitando cum ſpatula palme. Et loco extremitatum palmæ tu potes ponere radi. cannæ.

b Vnguentum nobile relatum ad Nicodemum. D.M.

℞. Myrrhæ
Aloes
Sarcolæ an. partem i.
Mellis diſpumati duplum ponderis omnium.
Vini albi boni quod ſufficit.

Decoquatur cum facilitate vſque dum habeat ad ſpiſſitudinem & quandoque additur in medicamine vitreoli circiter partem. ß.

c Vnguentum aliud Nicodemi. D.M.

℞. Myrrhæ
Aloes an. quantum vis
Vini albi quantum ſufficit.

Terantur myrrha & aloes ſicut alchool, & proiice deſuper vinũ & tere admiſcẽdo cum eo paulatim, & paulatim ſuper infundendo vinum parum & ſæpe & ſemper terendo donec fiat liquidum ſicut mel, & aliqui addunt vitreoli partis vnius quartam, & ſunt qui conficiunt cum oleo myrtino & vino viciſſim parum de vtroque ponendo.

d Vnguentum arabicum. D.M.

℞. Ex foliis herbarum earumdem ℔. i. ß.
Olei myrtini.
Adipis vituli antiquæ an. ʒ. ix.
Myrrhæ
Aloes an. ʒ xii.
Sarcocollæ ʒ. ix.

a Non eſt in vſu.

Diſſoluantur ſpecies in vino herbarum ſicut hic proximè diximus, herbæ quoque terantur contrictione vltima, & fundantur deſuper oleum & adeps, & muſcilagines rerum & cum eis vitreoli aurei. iiii.
Coquantur omnia cum facilitate. & fiat ſicut pulmentum. Et quandoque diſſoluuntur ſpecies in ſucco arnogloſſæ longæ, aut amplæ & propriè in æſtate.

b Non eſt in vſu.

Gloſa notanda.

Attende hic quod omnes iſtæ ſpecies vnguentorum, ſcilicet duo modi vnguenti diaphœnicon duo modi vnguenti palmeum & vnguentum arab. quaſi ſunt eiuſdẽ virtutis & omnes receſſerunt ab vſu. Attende tamen circa hoc vnguentum arab. quod in eo ponitur quod accipe folia earundem herbarum & intellige earundem, ſcilicet que in ſecunda deſcriptione vnguenti diaphœnicon ingrediũtur & ſunt herba keyri ſaluit & trifolium acetoſum. Etiam dicitur hic quo myrrha aloe & ſarcocola diſſoluantur in vino herbarum ſicut hic proximè diximus, ſcilicet in eodem ſecundo vnguento diaphœnicon ſcilicet in vino albo de coctionis earundem herbarum ſupradictarum ſcilicet keyri ſaluiæ & trifolij acetoſi aut in ſucco arnogloſſę longæ. Et intellige per arnogloſſam longam quinque neruiam ſeu lanceolam quæ eſt ſpecies plantaginis ſiue arnogloſſæ

c Non eſt in vſu.

d Non eſt in vſu.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 276 sur 459

quæ dicitur plantago minor. Et per arnogloſſam amplam intellige illam ſpeciem plantaginis quæ dicitur plantago maior, cuius folia ſunt lata & ampla ſimilia oleribus quæ commeduntur.

a *Iſtud vnguentum eſt multum vſuale & vbique præparatum reperitur ſecundum preſentē deſcriptionem*

a Vnguentum apoſtolorum D. Auic. in v. can.
℞. Terebentinæ.
Ceræ albæ
Reſinæ an. ʒ. xiiii.
Oppoponaci
Floris æris an. ʒ. ii.
Amoniaci ʒ. xiiii.
Ariſtologiæ longæ
Thuris maſculi an. ʒ. vi.
Myrrhæ
Galbanj an. ʒ. iiii.
Bdellii. ʒ. vi.
Lithargirii. ʒ. ix.
Infundatum bdellium in aceto vini, & ibi diſſoluatur, & decoquantur omnia in æſtate cum duabus ℔ olei, & in hyeme cum tribus.

b *Hoc vnguentū ſub iſto nomine non eſt in vſu quia conformitatē habet cū vnguento apoſtolorum D. Auic. ſu. deſcripto quod vnguentum apoſtolorum eſt multum in vſu.*

b Vnguentum ceraſeos magnū. D.M.
℞. amoniaci ʒ. i.
Bdellii
Thuri maſculi
Ariſtologiæ
Sarcocolæ an. ʒ. v.
Myrrhæ Galbani an. ʒ. iiii.
Lithargirij. ʒ. xv. Aloes
Oppoponaci an. ʒ. ij. ß.
Floris æris ʒ. iij.
Reſinę ʒ. xliii.
Cerę albæ ʒ. ii.
Olei quantum ſufficit.
Amoniacum & bdellium diſſoluantur in aceto Lithargirium teratur & decoquatur cum oleo donec liquefiat, & tunc remoueatur ab igne donec infrigidetur parum & proiice ſuper ipſum amoniacū & bdellium diſſoluta in aceto, & reduc ad ignem donec coaguletur Et poſt illud proiice deſuper reliquas medicinas.

c *Non ſunt in vſu.*

c Vnguentum ceraſeos paruum. D.M.
℞. Ariſtologiæ rotondę
Rad. yreos
Sanguinis draconis
Amoniaci
Sarcocole an. ʒ. ß.
Lithargirii triti & pulueriſati ʒ. v.
Olei ℔. i.
Decoque lithargirium in oleo vſquedum lique fiat & conficiatur cum aliis.

d *Non preparantur etiā vſus eius eſt formidandus.*

d Vnguentum arthanitę magnū ex inuentione Alexandri quod ſcribit Meſue.
℞. Succi artanitæ ℔. ii.
Succi cucu. aſinini. ℔.
Olei yrini ℔. ii.
Butyri vaccini ℔. i.
Pulpæ coloquintidæ ʒ. iii.
Polipodii ʒ. vi.
Euforbii ʒ. ß.
Quæ teranda ſunt terantur, & ſub merge in ſuccis & pone in vaſe vitri ſtricti orificii & ſtringe caput eius & dimitte per octo dies deinde bulliat bullitione vna & colatur, & pone ſupra colaturam.
Serapini aureos. v.
Myrrhę aureos. ii.
Ita quod reſſoluantur primum in aceto vini quantitate ſufficienti.
Aggrega omnia ſimul & bulliant ſemper agitando cum fuſte vſque ad ſuccorum ferè conſumptionē: tunc ponantur.
Cerę ʒ. v.
Fellis vaccini aure. v.
Et ferueant donec liquefiat cera, tunc accipe.
Scamoneæ
Aloes

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 277 sur 459

Mezereon
Coloquintidæ an.aur.v.
Euforbii aur.ii.
Saligemmæ au.iii.
Turbith aureos v.
Piperis longi
Zinziberis
Camomillæ an.aur.ii.
Puluerizentur & miſce cum eis ſimul terendo in mortario donec perficiatur vnguentum.

a Vnguentum artanitæ paruum. D.M.
℞. ſucci arthanitæ.
Viſcoſitatis quæ extrahitur ex rad. filicis id eſt polipodii quercini.
Succi cameactis an.℥.ix.
Succi extremitatū thamariſci ℥.ii.
Olei yrini ℔.ii.
Hyſopi humidæ ʒ.v.
Amoniaci
Bdellii an.ʒ i.ß.
Aceti quod ſufficit
Ceræ citrinæ ℥.vi.
Corticis radicibus capparrorum, ℥.i.ß.
Spicæ ʒ.iii.
Fiat ſicut ſuperius diximus in præcedenti.

b Vnguentum de lino. D.M.
℞. oppoponaci partem.i.
Raſuræ panni antiqui de lino ſubtilis & mundi partem.ß.
Vini Mellis.
Olei roſ. vel myrtini an. partes v.
Lithargirii
Aloes
Sarcocollæ
Myrrhæ an. partis vnius tertiam.
Fiat vnguentum ſic terendo in mortario nunc oleum nunc vinū infundendo & adminiſtretur & quandoque additur in eo vitreoli partis vnius quarta.
Gloſa notanda.

Vbi aliquis chirurgicus vellet vti magiſtraliter hoc vnguento debet ita confici. Accipiatur pannus ſubtilis de lino albus & mundus qui radatur cum cultello deſuper tenuiſſimè & illa ſuperfluitas quæ inde extrahitur ad ſimilitudinem borreæ accipiatur & eſt illa quæ debet poni in vnguento & non fila huiuſmodi panni appellata vulgari nomine charpi quæ communiter apponuntur ſupra vlcera niſi in tantum conquaſſentur in mortario donec borræ ſimilitudinem acciperent & ſint fracta & diminuta, & quaſi in puluerem redacta & debet lauari aloe priuſquam hanc ingrediatur confectionem cum vino pontico aut a quaro, & exiccari & poſtea poni in medicamine.

c Vnguentum alhariel. D.M.
℞. alhariel recentium ʒ.x.
Axungiæ porcinæ ʒ.xlv.
Terenda terantur ſimul & dimittantur marceſcere per dies vii. deinde bulliant & colentur & ſeruentur in vaſe vitri.

d Vnguentum roſ. D.M.
℞. axungiæ porcinæ recentis quã titatem quam volueris & lauetur in aqua calida nonies & tantundē cum aqua frigida lotione vltima, deinde terantur cum ea roſ. rub. recentium quantum ipſa eſt & dimittãtur marceſcere per dies vii. deinde coquantur cum facilitate & colentur & iterum tantundem roſ. terantur & dimittantur per alios vii. dies marceſcere, & fundadatur deſuper.
Succi roſ. circiter partem.ß.
Olei amygdalarum partes vi.
Et iterum coquantur cum facilitatæ vſque ad ſucci conſumptionem.

a Non eſt in vſu.
b Non eſt in vſu.
c Non eſt in vſu.
d Raro habetur in vſu ab aliquibus tamen preparatur

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 278 sur 459

& quando diſrumpitur in aqua roſ.par opij & proiicitur in decoctione eſt mirabile.

a *Non ſunt in vſu.*

a Vnguenta
Violarum D.M.
De papauere.D.M.
Fiunt hæc ſicut vnguentum roſ.

b *In hac noſtra ciuitate turon. preparatur & habetur in vſu.*

b Vnguentum baſilicon magnũ. D.M.
℥.ceræ albæ Reſinæ
Sepæ vacini Picis
Glutinis alumbath
Olibani
Myrrhæ an.℥.ß.
Olei quod ſufficit
In alio ceræ ℥.vi.
Picis ℥.ii.
Et aliorum omnium an.℥.ß.

Vnguentum baſilicum minus. D.M.

c *Non eſt in vſu.*

℥.reſinæ
Picis Ceræ an.
Olei quod ſufficit.

d *Non eſt in vſu.*

c Vnguentum de bdellio. D.M.
℥. bdellii mollis ʒ.vi.

e *Non eſt in vſu.*

Euforbii Caſtorei
Serapini an.ʒ.iiii.
Ceræ ʒ.xxv.

f *In aliquibus locis præparatus & habetur in vſu in aliis non.*

Olei ſambucini aut
Olei de ʀeiri.℥.x.
Bdellium & ſerapinum diſſoluantur in aqua rutæ,agreſtis & cetera liniantur cum aqua calida & fiat vnguentum.

g *Hoc vnguentum de ceruſa non eſt in vſu, ſed illud vnguentum quod vulgariter dicitur album abomnibus habetur in vſu & vbique præparatur.*

d Vnguentum valens ſimiliter ex D.eiuſdem.
℥,caſtorei ʒ.ii.
Pirhetri Euforbii.
Staphiſagriæ
Zinziberis
ſinap.an.ʒ.iii.
ſucci affrodilorum
ſucci rutæ agreſtis an.ʒ.iii.
Liniantur omnia cum ſuccis,deinde coquantur cum ceræ ℥.v.
Olei ℥.xx.vſque ad ſuccorum conſumptionem.

e Vnguentum filagrios D.M.
℥. ceræ ℥.iii.
Hyſopi humidæ
ſucci rutæ agreſtis an. ℥.ii.
Euforbii Piperis
Cinamomi
Amoniaci
Croci Olei balſ.
Caſtorei
Glutinis alumbath
Oppoponaci an.ʒ.ii.ß.
Olei quod ſufficit.

f Vnguentum aureum D.M.
℥.ceræ citrinæ ℥.vi.
Olei boni ℔.ii.ß.
Terebenthinę ℥.ii.
Reſinę
Colophoniæ an.℥.i.ß.
Olibani
Maſticis an.℥.i.
Croci.ʒ.i.

g Vnguentum de ceruſa.D.M.
℥.ceruſæ
Merdaſengi an.ʒ.vi.
Plumbi vſti.
ſcorię argenti an.ʒ.iiii.
Maſticis
Olibani an.ʒ.ii.ß.
Olei roſati
Aceti albi an q.ſ.
Terantur in mortario & ponatur prius oleum poſtea acetum parũ infundendo, ita quod ſine intermiſſione terantur, nunc hoc: nunc illud infundendo,donec inſpiſſetur.
Et aliqui addunt propter pruritũ.
Argenti viui extincti ʒ.v.
Alii addunt propter neceſſitatem ziſiar.ʒ.ij.

Vnguentum album.
℥.ceruſę.ʒ.ii.
Olei roſati quantum ſufficit.

Fiat vnguentum in mortorio & quidam addunt modicum aceti & est conueniens, & quidam addunt etiam. ʒ.i. lithargirij & est etiam conueniens. Et quidam addunt camphoræ ʒ.ii. & in fine duo albumina oui, & est etiam conueniens.

Glosa notanda.

Istud vnguentum est multum vsuale, & vbique preparatum reperitur, & solet præparari sine aceto & sine lithargirio. Apothecarij nostri præparant cum camphora & sine camphora & singulum reseruant ad partem & bene & debet lauari ceruſa cum aqua ros. priusquã ingrediatur compositionem.

a Vnguentum syricinum. D.M.
Super vnguentum de ceruſa adde
Syrici ʒ.i.ß.
Aloes
Myrrhæ an. ʒ.iiii.
Et vtere.

Vnguentum ægyptiacum. D.M.
℥. Floris æris aur. v.
Mellis aur. xiij.
Aceti fortis aur. vii.
Coque super ignem donec in spissetur.

Glosa notanda.

Istud vnguentum est multum vsuale & vbique præparatum reperitur, est autem hoc vnguentum coloris rubei, & sic non tantum terret infirmos sicut vnguenta viridia.
Acquiritur autem coloris rubedo, propter decoctionem floris æris.

Vnguentum triafarmacum.
D.M.
℥. Lithargirij triti sicut alcohol par. iii.
Aceti vini ʒ.ß.
Olei ros quod sufficit.
Fiat sicut vnguentum de ceruſa, aut coquatur cum facilitate vsque quo habeat spissitudinem.

Glosa notanda.

Hoc vnguentum est vsuale multum, & præparatur vbique. In quibusdam tamen regionibus appellatur vnguentum de lithatgirio. a *Non est in vsu.*

b Vnguentum alfessericum relatũ ad Alexandrum. D.M. b *Non est in vsu.*
℥. Ceruſæ Lithargirij
Alfessericum Aloes boni
Argenti viui extincti an. partes æquales.
Olei de oleandro
Aceti an. quantum sufficit.

c Vnguentum alfessericum aliud. D.M. c *Non est in vsu.*
℥. lithargirij albi.
Calcadis an. partem. i.
Floris æris partem ß.
Terantur cum aceto forti in sole, tempore æstiuo per diem vnum, semper modicum addendo acetũ. Deinde ponatur in vase vitreo & stringatur os eius & sepeliatur in fimo diebus xl. Deinde administretur. d *Non est in vsu.*

d Vnguentum ad vulnera antiqua D.M. e *Hoc vnguentum est multum in vsu & vbique præparatum reperitur.*
℥. Aloes
Myrrhæ an. partes æquales
Tere vehementer cum succo absinthij & succo plantaginis donec fiat sicut mel.

Glosa notanda.

Attende quod si huic vnguento addatur parum de sanguine draconis non erit dissonans ab intentione Mesue, & erit efficacius, vnde idem Mesue cap. de aloe. Mixtum verò cum sanguine draconis & myrrha sanat vlcera putrida mala.

e Vnguentum citrinum. D.M.
℥. Boracis ʒ.ii.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 280 sur 459

Camphoræ ʒ.i.
Coralli albi ʒ.ß.
Amenti dulcis ʒ.i.
Vmblici marini
Draganti albi
Amidi an.ʒ.iii.
Marmoris Cryſtalli
Entalis Dentalis
Olibani albi
Nitri an.ʒ.ij.
Gercæ ſerpentariæ ʒ.i.
Ceruſæ communis ʒ.vi.
Confice ſic. Terantur dragagantũ & vmblici marini in mortario marmoreo cum piſtello ferreo inſimul. Cætera ſigillatim in eodem mordario terantur & cum panno ſubtiliſſimo cribrentur, & cum axungiæ porci recentis ſine ſale, ℔.iß. Sepi caprini ʒ.i.ß.
Arungiæ gallinaceæ ʒ.i.
Poſitis axungiis in cacabo, & cacabo poſito & pendente in caldario pleno aqua ſupra ignem, ita vt bulliat aqua illa, & ex calore aquæ axungiæ liquefiant & liquefactæ per ſubtilem pannum album colentur in catino, & mox totus puluis apponatur præter camphoram & borracem ſemper agitãdo cum ſpatula, vt omnium fiat bona incorporatio, quo facto cum pomo citrino aut duobus aut pluribus mittatur & ſimul miſceatur ſemper cum ſpatula agitando.
a Et ſic cùm inceperit totum bullire camphora cum borrace apponantur, remoto ab igne donec incipiat frigeſcere agitetur, & cùm infrigidatum fuerit recondatur, & nota quòd in vna ℔. pulueris debent eſſe octo. ℔. axungiæ colatæ.
b Vnguentum aureum D.N.
ℒ. Radicis auiſci Fu
Meu. an. ℔.i.

Vtriuſque ariſtologiæ
Elemmi Eſulæ
Yſopi Pulegij
Arthemeſiæ
Pentaphilon Rutæ
Foliorum lauri Acori
Herbe venti
Rociſmarini
Matriſſulæ
Saxifragiæ Ciperi
Camedrei Sparagi
Bruſci Fœniculi
Seminis apij Yreos
Granorum ſolis
Leuiſtici Petro
Sileris Amomi
Cardamomi Aneti
Baccarum lauri
Iuniperi
Lapidis lincis an. ℔.ß.
Baſilicæ
Seminis vrticæ
Seminis citri
Sinapis
Euforbij an. ʒ.iiii.
Adipis vrſinæ vel vulpinæ
Olei laurini
Petrolei an. ʒ.iii.
Squinanti
Coſti Pirhetri
Thuris Maſticis
Myrrhæ an. ʒ.ii.
Muſceleon ʒ.i.
Olei Ceræ an. q. ſ.
Confice ſic Reſoluantur pinguedines & colentur per caſſiam & ponantur ibidem ceræ ℔.xii. Bulliat donec cera liquefiat. Deinde ſuperponantur pinguedines reſolutæ, & colatæ, & parum dimittantur bullire, & ſuper effundatur oleum laurinum Et igne ablato ſuperinducantur olea alia, ſcilicet muſceleon oleum commune. Tertio pulueres.

a Scilicet cũ aceroſitate eius.
b Ab aliquibus præparatur nõ tamen ſecũdum deſcriptionem præſentem, ſed ſecundũ illam Meſ. quæ ante poſita eſt.

Costi Pirhetri
Squinanti &c.
Quarto verò Olibanum
Quinto Myrrha
Et hoc per interuallum fiat, postea
Cera
Et depositio ab igne ponatur
Euforbium
Vltimo verò ponatur petroleum.
a Vnguentum populeum D.M.
℞. Oculorum populi ℔. ß.
Foliorum papaueris nigri
Foliorum mandragoræ
Cimarum rubi tenerrimatum
Foliorum iusquiami
Solatri
Vermicularis
Lactucæ
Semperuiuæ
Bardanæ Violariæ
Scotum cœli an. ʒ. iii.
Axungiæ porci recentis sine sale ℔. iii.
Oculi populi per se bene pistentur & magdaleones informentur, & per duos dies dimittantur. Tertio verò die omnes herbę supradictę colligantur, & per se bene terantur. Et iterum cum magdaleonibus factis ex oculis populi terantur, & terendo misceantur. Et formatis iterum magdaleonibus per nouem dies reseruentur. Postea vero magdaleones illi frustatim in caldario ℔. i. odoriferi vini ponantur, & bulliant vsque ad consumptionem vini cum spatula semper agitando. Et postea per saccum bene expressum cola, & colatum dimitte infrigidari & reconde.
b Vnguentum marciatum. D. N.
℞. Cerę albę ℔. ii.
Olei ℔. viii.
Rorismarini
Foliorum lauri an. ʒ. viii.
Rutę ʒ. vii.
Thamariſci ʒ. vi.
Esbrij Sauinę
Balsamitę
Lilifagi
Ozimi Polij
Calamenti
Arthemesię Enulę
Bethonicę
Brancæ vrsinæ
Spargulę
Herbæ ventri
Pimpinellę
Agrimoniæ Absinthii
Herbę paralyſ.
Herbę sanctæ Mariæ
Cimarum sambuci
Herbæ crassulæ
Millefolij Semperuiuæ
Camedrei
Centumneruię
Centaureæ
Foliorum fragulæ
Quinque folij
Herbæ tetrahitur an. ʒ. iiii. ß.
Ra.euiſci Cimini
Myrrhæ an. ʒ iii.
Fœnugręci ʒ. i. ß.
Butyri ʒ. i. ʒ. ii.
Vrticæ Violæ
Papaueris rubei
Mentæ saracenicæ
Et alterius mentæ
Lapaceoli Politrici
Cardunceli
Matrisiluæ
c Maturellæ
Herbæ muscatæ
Leluya
Linguæ ceruinæ
Crispulæ
Camphoratæ Storacis
Medullæ ceruinæ an. ʒ. ß.
Adipis vrsinæ

a *Hoc vnguentum est multum in vsu & vbique præparatum reperitur.*

b *Hoc vnguentum est multum in vsu & vbique præparatum reperitur.*

c *Falsoma tu relledicitur, sed morellæ debet scribi.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 282 sur 459

Apidis gallinarum
Masticis an.ʒ i.
Thuris an.ʒ. i.
Olei nardini ʒ ij.

Colligantur omnes herbæ in mense Maio & in vno die aut in duobus si potest ab hora tertia vsque ad meridiem. Et postea tere omnes herbas simul & infunde octo diebus in vino odorifero, octauo die coquantur lento igne, & cũ vinum aliquantulum incipit consumi, addatur supradictum oleum, & bulliant donec herbæ incipiant diminui. Deinde studiosè cola, & proiectis herbis iterum super ignẽ ponantur, & cùm bullire ceperint ponatur storax, & cùm modicum bullierint, ponatur butyrum & axungia aliquantulum contusa, & oleum nardinum, & mastix, & olibanum, & postea cera, & cum cera liquefacta fuerit bene semper cũ spatula agitando ab igne deponatur, & cùm coagulatum fuerit reponatur.

a Hoc vnguentum est multum in vsu, & vbique præparatum reperitur.

b Et pone hic oleum debẽ, quod dicitur musselinum.

c Hoc vnguentum est multum in vsu, & vbique præparatum reperitur.

a Vnguentum aragon. D.N.
℞. Rorismarini
Maioranæ
Radicis iarri
Serpilli Rutæ
Radicis scicidis an.ʒ.iiii.ß.
Foliorum lauri
Saluiæ Sauinæ an.ʒ.iiii.
Policariæ maioris & minoris an. ʒ.ix.
Brioniæ ʒ.iii.
Laureolæ ʒ.ix.
Nepitæ
Foliorum scicidis an.ʒ.vi.
Masticis
Olibani an.ʒ.vii.
Pirhethri Euforbij
zinziberis
Piperis an.ʒ. i.
b Olei muscelini ʒ.ii.ß.
Petrolei ʒ.i.
Adipis vrsinę
Olei laurini an.ʒ.iii.
Butyri ʒ.iiii.
Olei communis ℔.v.
Cerę ℔.i.ʒ.iii.

Herbę & radices colligantur vt in Martiatum in mense Iunij, & fortiter contuse in mortario ponatur in oleo per vii. dies. Octauo verò die super ignem ponantur & coquantur donec herbę detrudantur in fundum, postea per saccum colentur & iterum super ignem ponantur, & cùm inceperint bullire addatur butyrum adeps vrsina & cera, & cera liquefacta ponatur petroleum & muscelinum & euforbium, & postea mastix & olibanũ, & ad vltimum zinziber piper, & pyrhetrum & ab igne deponatur & vsui reserua.

c Vnguentum dialtea. D.N.
℞. rad. euisci. ℔.ii.
Seminis lini
Fœnugręci an.℔ i.
Squillę ℔.ß.
Olei ℔ iii.
Cerę ℔ i.
Terebenthinę
Gummi edere
Galbani an.ʒ. ii.
Colophonię
Resinæ an.℔.ß.

Radices bene abluantur & terantur similiter fœnugręcum semen lini & squilla, & cùm bene trita fuerint, postea totum in septem ℔. aquę per tres dies ponantur. Quarto die verò super ignẽ bulliat donec incipiat inspissari. Deinde paulatim ponatur in sacco, & cùm exprimere volueris, addatur aliquantulum aquę feruentissimè ad extractio-

extractionem illius viſcoſi ſucci. Tunc accipe de illo ſucco ℔. ii. Et cum oleo ſimul bulliant vſque ad ſucci conſumptionem. Poſtea addatur.

Cera

Et cum liquefacta fuerit, adde terebenthinam, galbanum, & gummi ederæ. Ad vltimum ponatur puluis reſinæ & colophoniæ & cũ coctum fuerit ab igne deponatur, & cùm infrigidatum fuerit & congluti natum diligenter colligatur & vſui reſeruetur.

Vnguentum contra pediculos D.N.

℔. Staphiſagriæ
Pyrhetri
Calcis viuæ
Lithargirij
Auripigmenti
Sinapis
Gipſi Gith
Tartari Brioniæ
Lupinorum amarorum
Abſinthij
Origani
Calamenti
Laureolæ an quantum vis
Olei quod ſufficit

Gloſa notanda.

Hoc vnguentum non eſt in vſu, nequa præparatum reperitur etiã vſus eius eſſet periculoſus. Sed vetulæ noſtræ faciunt aliud vnguentum contra pediculos cum argento viuo extincto in ſaliua hominis ieiuni, & axungia gallinacea quod non eſt tanti periculi, & aliqui addunt de ſapone gallico, & eſt melius.

Vnguentum agrippa. D.N.

℔. Brioniæ ℔. ii.
Radicis ſcicidis ℔. i.
Squillæ ℔. ß.
Yreos ʒ. iii.
Radicis filicis
Radicis ebuli
Tribuli marini an. ʒ. ii.

Radices ter vel quater abluantur & terantur in pila marmorea, & in ℔. iiii. Olei leuci ponatur per duos dies. Tertio verò die ſuper ignem ponantur, & tandiu bulliant donec incipiant radices dimitti. Poſtea ponantur in ſacco & exprimendo colentur, & cùm colatum fuerit iterum ſuper ignem mittantur. Et cùm bullire inceperint ponãtur ʒ. xv. cerę albiſſimę & liquefacta cera ab igne deponatur & dum infrigidatum fuerit collige in vaſe & reſerua vſui.

Gloſa notanda.

Hoc vnguentum eſt multum in vſu, & vbique præparatum reperitur. Communiter hic omnes libri ſunt falſificati.

Vbi enim debet eſſe olei leuci, ſcribunt omnes libri olei lenticini, & falſo, imò debet eſſe olei leuci, vt notat Ian. i. albi. Et tale oleum eſt oleum antiquum, quoniam oleum quanto antiquius tanto albius. Et tale eſt quod ibi debet poni, vt idem Ian. Etiam in hac confectione ingreditur radix filicis, & intellige polypodium querci num, quæ eſt ſpecies filicis, vel poteſt poni alia filix, ſcilicet maſculus quæ videtur conferre propoſito ſimiliter etiam & fœmina, quia ſunt eiuſdem virtutis, ſed fœmina eſt debilioris.

a Vnguentum laxatiuum D. M. ca de arthanita.

℔. Ellebori albi & nigri
Hermodactylorum
Succi acori
Semperuiuæ

a *Non eſt in vſu vſuſque talium eſt periculoſus multũ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 284 sur 459

Brioniæ an.
Confice cum axugia porci

a Aliud D.N.

a *Non est in vsu nec præparatum reperitur vsusque talium est periculosus multum.*

℔. Succi cucurbitæ
Succi interioris squillæ
Succi ciclaminis
Succi anabulæ
Succi rad. ellebori
Succi mediani corticis sambuci
Lactis titimalli
Camomillæ an. ʒ. ii.
Violariæ
Succi rad. cucumeris agrestis
Succi pomi eiusdem
Succi mercurialis
Succi rad. polypodij
Succi herbæ laureolæ
Succi capilli veneris
Cataputiæ
Fellis tauri
Aloes epatici an. ʒ. ii.
Diagridij ʒ. i ß.
Nucis vomicæ
Euforbij an. ʒ. i.

b *Hoc vnguentum est vsuale multum & vbique præparatum reperitur.*

c *Non est in vsu nec præparatum reperitur.*

Omnes supradictę herbę & rad. in mense Maio colligantur vno die vel duobus. Succos verò vel catapuciam simul tere, & cum tribus ℔. olei vii. diebus immisce. Octauo verò die tandiu coque donec succorum quantitas consumatur, tunc adde ceræ albæ ℔. i. cum felle taurino & semper cum spatula agitando donec cera & fel liquefiat, & tandem addatur puluis retendorum semper cum spatula consimiliter agitando, & vsui reserua.

b Vnguentum pomphiligos

℔ Olei Ros. ʒ. x.
Ceræ albæ ʒ. v.
Succi granorum solatri ʒ. viii.
Cerusæ lotæ ʒ. iiii.
Plumbi vsti
Tuthiæ an. ʒ. ii.
Thuris ʒ. i.

Pulueriscntur quæ sunt pulueriscanda vt alchool. Post fac coqui succum solatri cum oleo rosato vsque ad consumptionem succi, tunc adde ceram cum puluere, & fac inde vnguentum & incorpora in mortario.

c Vnguentum contra scabien, D.N.

℔. aloes — Lithargirij
Arsenici — Argenti viui
Tartari — Masticis
Olibani — Cimini
Pelliculæ axungiæ veteris

Quæ sunt terenda tere, & tempera cum aceto & oleo & succo lapacij & succo fumiterræ quod s.

Vnguentum enulatum

℔. Radicis enulæ campanæ coctę cum aceto & pistatę, vt decet ℔. i.
Axungię porci ʒ. iii.
Olei communis ʒ. iii.
Cerę nouę ʒ. i.
Argenti viui extincti
Terebenthinę lotę an. ʒ. ii.
Salis communis puluerisati ʒ. ß.
Incorporentur vt decet.

d Vnguentum deficcatium rubeũ

d *Hoc vnguentum est multum in vsu & vbique præparatum reperitur.*

℔. Lapidis calaminaris
Terrę sigilatę an. ʒ. iiij.
Lithargirij auri
Cerusę an. ʒ. iii.
Camphoræ ʒ. i.
Cerę ʒ. v.
Olei rosa.
Olei viol. an. ʒ. vi.
Fiat vnguentum.

Glosa notanda.

Hoc vnguentum est multum vsuale, & præparatum reperitur penes apothecarios nostros ad instantiam cuiusdam chirurgici, sed iudicio meo credo quod melius

esset componere ipsum cum solo oleo rosa, & non violato, propter oleum ros. participare stipticitate, & si fieret cum oleo rosa. rudi. i. cum oleo rosa. facto de oleo oliuarum non maturarum adhuc esset conuenientius, quamquam oleum rosa. debeat fieri cum oleo amygdalarum aut oleo sizamino, vt patuit in litera O Apothecarij tamen nostri hodie faciunt ipsum per infusionem ros. in oleo oliuarū. Aliqui ex apothecariis nostris faciunt hoc vnguentum per additionem lapidis calaminaris supra vnguentum de cerusa, & est idem cum isto. Et alij supra vnguentum album. Et isti etiam bene faciunt.

a Vnguentum contra vermes ex descriptione Christophori Georgij in additionibus vnguentorum supra Mesue.

℔. Olei de absyntio
Olei amygdalarum amararum, an. ʒ.i.
Succi foliorum persici
Matricariæ an. ʒ.ß.
Rosarum Corallorum
Farinæ lupinorum
Cornu cerui vsti an. ʒ.i.
Aloes succotrini ʒ.ii.
Quidam addunt de felle taurino. ʒ. ii. & modicum aceti, & ceræ quantum sufficit.

b Aliud D. eiusdm quod potest propinari in febrientibus.

℔. Olei citoniorum
Olei absynthij
Seminum plantaginis
Portulacæ Endiuiæ
Rosa. Corallorum
Cornu cerui vsti
Farinæ lupinorum an. ʒ.i.
Aloes succotrini ʒ.ii. Aceti parum.
Ceræ quantum sufficit.

c Vnguentum resumptiuum

℔. Axungiæ porci recentis qua.i.
Axungiæ gallinaceæ
Axungiæ anseris
Axungiæ anatis an. ʒ.ii.
Ysopi humidę ʒ.ß.
Olei violati
Olei camomillæ
Olei anetini an. ʒ.ii.
Butyri recentis, ℔.i.
Ceræ albæ ʒ.vi.
Muscilaginis dragaganti
Muscilagi. seminis citoniorum
Muscilaginis seminis lini.
Muscilagi. radicis bismaluę.
Muscilaginis gummi arabici an. ʒ.ß.
Misce & fac vnguentum.

Additio super litera V.

Vnguentum staphisagriæ magistrale valens ad interficiendum pediculos capitis, palpebrarum & inguinum.

℔. Axungiæ
Saponis molis
Staphisagriæ an. ʒ.iiii.
Olei linosi ʒ.iiii.
Argenti viui extincti ʒ.ii.
Conterantur subtiliter conterenda & misceantur.

Vnguentum pectorale magistrale.

℔. Olei amygdalarum dulcium ʒ. iiii.
Olei camomillæ
Olei violati an. ʒ.iii.
Adipis gallinæ
Adipis anatis an. ʒ.ii.
Butyri recentis ʒ.vi.
Yreos subtiliter pulueriſati ʒ. ii.
Croci, ʒ.ß. Ceræ albæ ʒ.iii. Misce & fiat vnguentum.

Vnguentum aliud pectorale.

℔. Muscilaginis psilij
Dragaganti

a *Hoc vnguentum non debet propinari in febrientibus.*

b *Aliqui ex apothecariis sic faciunt, alij aliter & potest quilibet facere suo modo.*

c *Hoc vnguentum est vsuale multum & vbique præparatum reperitur Quidam tamen aliter faciunt sed potest quilibet facere suo modo.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 286 sur 459

Gummi arabici Se.lini
Fœnugræci an.ʒ.i.
Pinguedinis galinæ
Medullæ cruris vituli
Butyri recentis loti cum aqua violarum an.ʒ.i.ß.
Olei violarum. Olei amygdalarũ dulcium.an.ʒ.i.
Ceræ albæ quantum ſufficit, & fiat vnguentum

Vnguentum ad ſcabiem.

℞.Terebenthinæ lotæ ʒ.iiii.
Butyri recentis loti ʒ.ii.
Succi citrangulorum
Vitellorum ouorum an.nume. iii.
Olei roſati ʒ.i.
Miſceãtur omnia ſimul & fiat vnguentum.

Vnguentum album ſiue de ceruſa crudum.

℞.Olei roſati ℔.iii.
Ceruſæ ℔.i.
Ceruſæ albæ ʒ.xviii.
Miſce omnia & fiat vnguentum

Vnguentum de ceruſa coctum

℞.Olei communis ℔.ii.
Ceruſæ ſubtilis ℔.i.

Coquantur lento igne donec ſit coctum & ſunt aliqui aromatarij maximè in galia qui faciunt præſens vnguentum ad modum emplaſtri & vocatur emplaſtrum de ceruſa.

Vnguentum de lithargirio cocto

℞.Lithargirij auri ſubtiliſſimi
Aceti fortis an.℔.i.
Olei roſati vel communis ℔.ii.
Coquantur lento igne vſque coctum ſit & fiat magdaleum vel ad modum emplaſtri vt faciunt gali.

Vnguentum de minio magiſtrale valen ſicut vnguẽtum de lithargirio.

℞.Minij ſubtiliſſimi ℔.i.&ß.
Olei communis ℔.i.
Coquantur lento igne & fiant magdaleones.

Vnguentum comitiſſe magiſtrale ad retentionem menſtruorum

℞. Corticum medianorum caſtanearum.
Corticum medianorum arboris glandium, & Glandium
Myrtilorum
Caudæ equinæ
Corticum fabarum
Acinorum vuarum
Sorbarum ſiccarum immaturarũ
Meſpilorum immaturorum.
Radicum chelidoniæ
Foliorum prunorum ſilueſtrium an.ʒ.i.ß.
Terantur groſſo modo& coquantur in ℔.viii. aquæ plantaginis vſque ad conſumptionem medietatis & tunc
℞.Ceræ nouæ ʒ.viii ß.
Olei myrtylorum ℔.ii.ß.
Miſce & laua oleum & ceram cũ ſupraſcripta decoctione nonies ſemper remouendo aquam.
Et cum hoc factum fuerit
℞. Corticum caſtanearum
Glandium
Corticum medianorum arboris glandium
Gallarum an ʒ.i.
Cineris oſſium curcis bouis
Myrtylorum
Acinorum vuarum
Sorbarum ſiccarum an ʒ.ß.
Trociſcorum de karabe ʒ ii.
Pulueriſentur ſubtiliter puluerizanda & cum prædictis cera & oleo lotis cum ſupraſcripta decoctione fiat vnguentum.

Vnguentum de adipibus magiſtrale ad pectus

℞. Adipis gallinæ
Adipis anſeris Adipis anatis

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 287 sur 459

Butyri recentis an.ʒ.vi.
Ceræ ʒ.iiii.
Olei camomillæ
Olei amygdalarum dulcium an. ʒ.iii.
Miſce & fiat vnguentum.

Vnguentum de anthera magiſtrale & eſt conſtrictiuum.

℞. Myrillorum
Gallarum
Nucum cypreſſi
Corticum granatorum.
Acatiæ Maſticis
Balauſtiarum an.ʒ.iiii.
Seminis antheræ
Roſarum rubearum
Seminis plantaginis an.ʒ.ß.
Terantur hæc omnia ſubtiliter & cum olei roſ.℔.i.ß.
Ceræ nouæ ʒ.iiii.
Mice fiat vnguentum.

Vnguentum ad combuſtionem ignis magiſtrale.

℞. Corticum medullæ ſambuci ʒ.ii.

Bulliant in aqua vſque ad conſumptionem duarum partium & coletur, deinde adde dictæ colaturæ olei nucum ʒ.iiii. & tantum bulliant lentiſſimo igne vſque ad conſumptionem, dictæ decoctionis, poſtea adde in fine ceræ nouæ ʒ.ii. miſce & fiat vnguentum

Vnguentum pro capite puerorum contra groſſam & cruſtoſam ſcabiem. Arnaldi de vila noua.

℞. Butyri recentis
Terebenthinæ
Axungiæ galinæ recentis
Olei viol. an.ʒ.i.
Ceræ quod ſufficit, fiat vnguentũ quo vnguatur caput in die & poſtea ſuperponatur folium ciclæ aut caulis.

Vnguentum de plumbo

℞. plumbi vſti cum ſulphure
Lithargirij an.ʒ.ii.
Ceruſæ
Anthimonij an.ʒ.i.
Olei roſa. quantum ſufficit
Fiat vnguentum.

Vnguentum molitiuum quo vtuntur veneti.

℞. Muſcilaginis ſe altheæ
Fœnugræci
Seminis lini an.ʒ.vi.
Lithargirii ℔.ii.
Terebentinæ
Medullæ cruris vaccæ an.ʒ.iii.
yreos pulueriſati ʒ.i.
Olei ſemis lini ℔.ii.ß.
Miſce & fiat vnguentum

Vnguentum alabaſtrum nardi præcioſi quod romani de hieruſalem attulerunt.

℞. Sauinæ viridis ʒ.v.
Gallarum cypreſſi.ʒ.xv.
Roriſmarini viridis
Ederæ terreſtris viridis
Millefollij
Ambroſiæ viridis
Arthemeſiæ
Fœnugræci
Cerræ benedictæ
Seminis lini an.ʒ.vi.

Hæc omnia bene trita ſint, dein de in ℔.xii.& ß.aquæ mitte & dimitte marcerare vſque ad tertium diem, poſtea adde olei communis ℔.v. Pone ad ignem & diligenter cum ſumma cautella tandiu coque donec ad olei perueniat quantitatem & tota aqua ſiccetur remoto vero ab ignæ & colato per ſuccu-lum mundum adde.

Ceræ bonæ
Colophoniæ
Terebenthinæ Galbani
Gummi ederæ
Picis hiſpanie

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 288 sur 459

Resinæ Olibani
Masticis an.ʒ.v.
Storacis calamitæ
Spicæ nardi an.ʒ.i.
Balsami ʒ.ii.
Quæ terenda sunt terantur & liquefacienda liquefiant similiter miscendo cum spatula fiat vnguentum.

Finitur particula vicesima.

Vicesima prima particula secundi libri incipit.

SEquitur consequenter in hac penultima particula tractare de antidotis quorũ nomina incipiunt per y. quę ad literam V. immediatè subsequitur in ordine propter non esse aliqua antidota vsualia, quorum nomina per X. incipiant. Erunt autem in hac particula receptæ sequentes.

Yssopum cerotum Gale. D.M.
ysopum cerotum philagrij. D.M.
ysopum cerotum D. Pauli. D.M.
yerapigra Gal. cuius plures dantur receptæ.
yerapigra constantini D.N.
yeralogodion. D.N.
yera rufini D.N.
yera abbatis D.N.
yera hermetis D.M.
yera archigenis D.M.
yera coloquintidos D.M.
yera Mesue D. & inuentionis eiusdem.

a Non est in vsu nec præparatum reperitur.

Attende quod in hac litera non describitur ysopum humidum licet sit artificiosè factum, quia supra descriptum est in libro i. cap. de medicinis sumptis ab animalibus.

b Non est in vsu.

a ysopum cerotum Gale. D.M.
℞. Ceræ citrinæ ʒ.iii.
Olei camomillæ
Olei yrini an.ʒ.vi.
Masticis ʒ.i.
Spicæ ʒ.ii.ß.
Croci ʒ.i.ß.
Terebenthinæ ʒ.i.
Resinæ ʒ.ß.
ysopi humidæ ʒ.lxxx.

b ysopum cerotum D. Philagrij quod ponit Mesue.
℞. croci ʒ.v.
Bdellii mollis
Masticis
Amoniaci Aloes
Storacis liquidę an.ʒ.viii.
Cerę citrinę ℔.i.
Terebenthinę ʒ.i.ß.
Medullę cruris vaccę
Adipis anseris an.ʒ.xv.
ysopi humidę ℔.i.
Olei nardini quod sufficit.
Bdelium amoniacum & aloe dissoluantur in aqua infusionis fœnugreci & camomillę. Et cum cęteris fiat vnguentum & post philagrium addiderunt aliqui.

c ysopum cerotum D. Pauli quod ponit Mesue.
℞. amoniaci ʒ.x.
Bdellij ʒ.v.
Sigię ʒ.iiii.
Croci ʒ.i.ß.
Aloes Masticis
Olibani an.ʒ.ii.ß.
Ceræ ʒ.ii.ß.
Sepè & medullè vituli an. ʒ.ii.
ysopi humidæ ʒ.xl.
Olei yrini quod sufficit.
yerapigra Gale. D.M.
℞. Cinamomi Masticis
Azari Spicæ Carpobalsa.

c Non est in vsu.

Croci Xiloales
Caſię an. partes ęquales.
Et quidem addiderunt flores ſquinanti partem i.
Aloes vero ſit in duplum medicinarum omnium.
Gloſa notanda.
a Hic attende quod hęc deſcriptio yere pigrę quam dicit hic Me. fuiſſe Gale. non reperitur in aliquibus libris Galen. ad nos tranſlatis licet Auic. illam affirmet etiã eſſe Gal. aut ſaltem ponat deſcriptionem yere huic ſimilẽ in v. ſui can. tractatu & ca. ſecundis quam ibi appellat deſcriptionem cognitam communitatis.
b Et Raſis poſuit aliam in nono ad almanſorem.
Propria tamen yerapigra Gal. eſt illa quæ ſcribitur ab eo ſeptimo.
Terapenticæ ca.xv.
Cuius deſcriptio eſt talis.
℥.Cinamomi
Carpobalſami
Azari Spicę
Croci
Maſticis an.ʒ.vi.
Aloes ʒ.c.
Et videas quod ibi ponitur de aloe quaſi triplum ponderis omnium.
c yerapigra gal.alia D.N.
℥,cinamomi Spicæ
Croci Squinanti
Azari Xilocaſiæ
Xilobalſami
Carpobalſami
Violarum Abſinthij
Epithymi Agarici
Roſarum Turbith
Coloquintidæ
Maſticis an.ϑ.ij.
Aloes ad pondus omnium ſpecierum.
Mellis quod ſufficit.

d yerapigra conſtantini D.M.
℥.myrobalanorum citrino.
Kebulorum Indorum
Violarum
Abſinthij an.ʒ.iiii.
Bellerici Emblici
Caſieligneæ.
Epithymi Senę
Agarici Cuſcutæ
Squinanti
Reubarbari an.ʒ.ii.
Spicæ Aniſi
Maſticis Xilocaſiæ
Xiloaloes Saliſgemmæ
Nitri an.ʒ.i.
Mellis quod ſufficit.
e yeralogodion.D.N.
℥. Interiores coloquintidæ
Polipodij.an.ʒ.ii.
Euforbij Polii.
Coconidij an.ʒ.i.ß.gra.vi.
Abſinthii
Myrrhæ an.ʒ.j.gra.xij.
Centaureæ
Agarici Amoniaci
Thimiamatis
Folij Spicæ
Squillæ aſſæ
Diagridij an.ʒ.i.
Aloes
Comarum thimi
Caſiæ
Camedrei an.ʒ.i.
Bdellij mollis
Praſſij an.ϑ.i j.gra.xiiii.
Cinamomi
Oppoponaci
Caſtorei
Ariſtologiæ longæ
Trionpipereon
Croci
Serapini
Petroſelini.an.ʒ.ß.
Vtriuſque ellebori an.gra.vi.
Mellis quod ſufficit.

a *Vera deſcriptio yerepigræ Gale. & vſualis*

b *Hoc confectio ſolet dari in forma pilulata & in forma opiatæ cum melle.*

c *Hæc non eſt in vſu nec reperitur a Gal. ſaltem in lib. tranſlatis ad nos*

d *In alio caſiæfiſtulæ ſed debet exponi i. caſie lignee vt declarauimus in achariſton.*

e *Non eſt in vſu.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 290 sur 459

a Yera rufini.D.N.
℞.aloes ʒ.ß.
Ellebori albi
Ellebori nigri an.ʒ.ß.
Diagridij
Interioris coloquintidę an.ʒ.iii.
Nitri Euforbii
Polipodii quercini
Salis amoniaci an.ʒ.ii.gra.xv.
Piperis
Camedrei
Croci Agarici
Masticis
Epithymi an.ʒ.i.ß.
Casieligneæ
Xilobalsami
Oppoponaci
Gith an.ʒ.ii.ß.
Myrrhæ gra.xv.
Mellis quod sufficit.

b Yera abbatis.D.N.
℞. Agarici
Coloquintidæ
Turbith
Epithymi
Cuscute an.ʒ.ii.gra.v.
Squinanti
Carpobalsami
Xiloaloes
Xilocasię
Croci
c Azari
Cinamomi Masticis
Violarum
Rosarum.
Absinthii.
Reupontici Folii
Lap.lazul.an.ʒ.ii.
Diagridii.ʒ.i.ß.
Aloes epatici ʒ.iii.ß.
Mellis quod sufficit.

d Yera luf. D. hermetis quam ponit Mesue.
℞.aloes ʒ.i.
Trociscorum alhandal aur.viii.
Turbith Agarici
yreos Luf.vtriusque siccæ
Serapini
Myrobalanorum citrinorum
Kebulorum
Indorum an.ʒ.i.ß.
Zinziberis Cinamomi
Masticis Bdellii mollis
Ellebori nigri Euforbii
Azari Casieligneæ
Salis indi Castorei
Croci Apii
Keysim Seminis mezereon
Sticadis an.ʒ.i.
Squillæ assatæ ʒ.ii.ß.
Scamoneæ præparatæ.ʒ.ij.ß.
Fiat omnium trituratio bona.
Gummi autem ponantur in vino odorifero,& inuoluatur puluis in succo cucumeris asinini in quãtitate qua bene inuoluatur& exiccetur , & iterum denuo inuoluatur in prædicto succo & pauco oleo nucum & iterum siccetur & conficiatur totum cum melle dispumato quantitate qua fiat totum sicut pasta.

e Yera archigenis.D.M.
℞.Pulpæ coloquintidæ ʒ.ii.
Prassii Sticadis
Ellebori nigri
Camedreos
Scamoneæ
Leucopiperis
Macropiperis an.ʒ.ii.
Cepæ muris assatæ
Euforbii Aloes
Croci Gentianæ
Petroselini Amoniaci
Oppoponaci an.ʒ.i.
Polij Cinamomi
Serapini Myrrhæ
Spicæ Squinanti
Calamenti montani.
Aristologiæ rotondæ an.ʒ.ii.

Mellis

a Non est in vsu.

b Non est in vsu nec preparata reperitur.

c Hic debet pulueriſari ſubtiliſſimè azarum & ſimiliter epithymũ.

d Non est in vsu In ca. de luf ſcribit Meſ. interioris coloquintidæ ʒ. viij. loco trociſcorum albandal.

e Non est in vsu.

Mellis quod ſufficit.
a Yera alia archigenis. D. pauli quam ponit Meſue.
℥. Praſſij Agarici
Camedreos
Pulpæ coloquintidæ
Sticados an.aureos iiii.
Oppoponaci
Serapini Petroſelini
Ariſtologiæ rotondæ
Piperis albi an.aur.v.
Cinamomi
Spicæ Polij
Croci an.aur.iiii.
Salis nitri ʒ.i.
Confice cum aqua mellis.
b Yera coloquintidos D. M.
℥. Sticados Agarici
Camedreos an.ʒ.x.
Coloquintidę ʒ.v.
Serapini
Oppoponaci an ʒ.viii.
Petroſelini
Ariſtologiæ longæ.
Piperis albi & nigri an ʒ.v.
Caſie.ʒ.vii.
Cinamomi
Croci Spicæ
Myrrhæ
Polii an.ʒ.iiii.
Myrrhã in vino infunde,& medicinas tere & cõfice cum melle diſpumato.
c Yera D.M.
℥. Alœs ʒ.xv Epithymi
Coſti an.ʒ.v. Euforbii
Croci Spicæ
Camedreos an.ʒ.vi.
Agarici ʒ. ix.
Gariofilorum ʒ.ii.
Calami aromatici.
Maſticis Caſie an. ʒ.vii.
Xiloalœs ʒ.iiii. Piperis alb.
Piperis nigri Gentianæ
Amoni an.ʒ.iii.
Scamo. coctæ in pomo ʒ.ii.
Mellis quod ſufficit.
Finit particula viceſima prima.

a Non eſt in vſu.

Viceſima ſecunda particula ſecundi libri incipit.

b Non eſt in vſu.

SEquitur cõſequenter in hac vltima particula huius ſecundi libri pertractare de antidotis, quorum nomina incipiunt per Z. quę ad literam y immediatè ſubſequitur in ordine literarum minoris alphabeti. Erunt autem in hac particula receptę ſequentes.
Zuccara roſ. cuius diuerſæ dentur receptę.
Zucca. viola.
Zinziber conditum cuius duę ponuntur receptę.
d Zuccara roſ. tabulata.
Zuc. roſ. interdum fit in forma cõfectionis ſolidę ſic.
Accipe zuc. tabarzed & diſſoluatur cum aqua roſ. & coquatur ad perfectionem & poſtea proiiciatur ſupra marmor, vt vbi frigidetur & congeletur & dimittatur per fruſta magna.
e Zuc. roſ. in modũ cõſeruæ D.M.
℥. Foliorũ roſ. rub. aut alb. quãtitatem quam volueris, & expandatur ſupra tabulas in vmbra vſq; dum ſuperfluum humiditatis ipſarum reſoluatur. Et ſint roſ. habentes medietatem inter complementum & acerbitatem & terantur in vaſe lapideo, deinde proiiciatur ſuper eas zuc. tabarzed triplũ ponderis earum, & reponatur in vaſe vitreato, & obturetur os eius cum pergameno & apponatur ſoli mẽſibus tribus omni die ſępe agitãdo illud deinde remoueatur a ſole & ſeruetur. Et quidam faciunt illud

c Non eſt in vſu.

d Hæc confectio eſt vſualis multum & vbique præparatur.

e Hæc confectio eſt vſualis & vbique præparatur interdũ cum zuc. & interdũ cum melle ſit tamen cointer ſecundum D. N.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 292 sur 459

cum roſis non habentibus aliquid de complemento. Et ſunt qui non terunt roſas, ſed incidunt cum forficibus & fricant manibus fricatione vltima roſ. & zucca. deinde exponunt ſoli.

a Communiter ita præparatur.

a Zuc. roſ. D. N.
In ℔. ii. zuc. pone roſ. recentium tenerrimarum ℔. i.
Teratur diutiſſimè & in vaſe vitreo ponatur per xxx. dies ad ſolé & in mane & ſero bene agitentur, tranſactis verò xxx. diebus in cathino petrino ponatur. Et ℔ i. zuc. modicæ triti ſuperpoſita & manibus bene confecta in vaſe ſtricto reponatur.

b Iſte conſerue multum ſũt in vſu.

b Zuccarum.
Violatum Bugloſſatum
Eodẽ modo fiunt ſicut zuc. roſarũ

Zinziber conditum D. M.

℞. Zinziberis recẽtis ſi haberi poteſt, vel ſaltem humectati per artẽ partem i.
Mellis partes iii.
Zuc. partem i.
Coquantur ſicut dictum eſt de ſecacul in litera C. recepta conſeruę ſecacul, & quidam accipiunt ſecacul & zinziberis humectati an. partem i. & fit delicatius & quidem condiunt ſuperadendo ſpecies alephanginæ & quidam faciunt alia.

c Cointer nõ cõditur ziziber ſecũdũ preſentem deſcriptionem ſed ſecundũ illã Meſue.

Gloſa notanda.

Zinziber conditur & preparatur vbique ſecundum præſentem deſcriptionem & eſt multum in vſu. Apothecarij, tamen noſtri non ponunt ſecacul. Attende tamen quod dicitur in recepta quod accipiatur de zinzibere recente ſi haberi poteſt. Ex quo notatur quod illud quod apportatur de partibus vltramarinis eſt melius, quia recentius vbi tamen non habetur recẽs humectatur per artem ſicut humectantur & nutriuntur kebuli, de qua humectatione ſupradictũ eſt in litera K. ca. de kebulis conditis.

c Zinziber conditum aliud D. N.

℞. Yringos quæ habent folia ad modum cretanimarini quos ſaraceni ſecacul vocant, bene raſos cũ cultello, & poſtea coquantur in aqua donec dimittãt ſe ſtringi cum manibus poſtea extrahantur ab aqua, & a lignis quæ ſunt interius mundentur & cum cultello fruſtatim incidãtur, & in mortario marmoreo bene piſtentur & cum manibus exprimantur vt aqua inde exeat. Ponderentur inde ℔. iii. & ponantur in x. ℔. mellis diſpumati & albiſſimi, & coquãtur donec incipiant rubere, & addatur zinziberis fruſtatim inciſi ℔. ß. & dimitatur bullire tandiu quod adhæreat digito, & poſtea ab igne deponatur. Et impone puluerem iſtarum ſpecierum.
℞. Zinziberis ʒ. iii.
Galangæ Gariofilorum
Nucis muſcatæ
Cardamomi an. ʒ. ß.
Pinearum mundatarum ʒ. iiii.
Piſtacearum ʒ. iii.
Et cum omnibus iſtis condiatur.

Libri ſecundi finis.

Supplementum diminuti operis.

MVLTA antidota in hoc libello fueræ omiſſa, quæ ſecundũ ordinẽ literarũ a quibus incipiunt ſcripta ſunt fuitque omiſſa ſuccorũ ſiccorũ determinatio quæ ſuo loco facile a quolibet apothecario intelligente poterũt reponi.

De ſucci ſiccis.

Multi ſunt nominati ſucci ſicci ſupra in lib. primo cap. de ſuc. ſiccis, quorum aliqui eorum in ſuis locis determinatis ſunt deſcripti ſicut acatia, opium. Quia tamen aliqui ſunt omiſſi de quibus ibi poſtpoſueram determinare vſque ſecundum lib. vbi tamen adhuc nullam fecimus mentionem: ſuper eſt ergo hic pro ſuplemẽto operis principaliter de vſualibus omiſſis pertractare. Eſt ſunt iſti

Suc. abſint.
Suc. chelidoniæ
Suc. cucu. aſinini
Suc. eupatorij
Suc. fumiter. Suc. liquir.
Suc. memithæ Suc. titimalli

Suc. abſint. dicit Meſ. debet ſic fieri Exprime ſuc. eius quantitatem quã volueris & propriè in medio veris & expone vt ſiccetur in ſole aut ſupra cineres calidos ſicut ſiccatur aloe. Succus chelidoniæ. D. Bul. in ſeruit. Suc. chelidon. fit ſimiliter ſed vult Dio. quod miſceatur cum melle. Et alij accipiunt tãtum lachrimũ eius herba exiſtente in plena maturitate ſ. quando incipiunt apparere ſemina eius inſcindẽdo ſummitates romanorũ eius, & inclinentur rami ſuper vas mũdum ita vt lachrimæ cadat in vaſe, & expone ſoli & exicca Hæc omnia notat Bul. in ſeru. Succus cucumeris aſinini. D. M. Accipe ſucci eius quantitatem quam volueris: & exiccetur ſicut exiccatur ſcamonea & aloe. Sed cum exiccatur accipe ex ſpeciebus aromaticis, & liga in panno & ſuſpende in eo vſque dũ incipiat inſpiſſari, & poſtea remoue. Nota hic circa ſuccum cucumeris aſinini ſunt notãda illa quę ſunt notata de cucumere aſinino ſup. in lib. i. cap. de laxatiuis.

Succi eupatorij &
Fumiterræ D. M.

Fiunt ſicut ſuccus abſinthij

Succus liquiritiæ D. Gal. vii. ſimplicium pharmacorum. Cum viridis eſt radix liquiritiæ concutiatur bene, & in aqua decoquatur fere vſque ad conſumptionem, poſtea exprimatur & deſiccetur in ſole, & in rotunda corpuſcula ſecundum formam vaſculorum formentur.

Succus memithæ ſit ſicut ſuccus chelidoniæ aut abſinthij.

Gloſa notanda.

a Scribitur in ſeruitore de autoritate Dio. Ego accepi memithæ & triui, & extraxi ſuccũ eius, & non exiuit ſuccus eius glauci coloris quemadmodum dixit, & feci trociſcos eorum & declinauit color eorum à viriditate donec inclinauerunt nigredini, & queſiui à mercatoribus qui veniunt ab oriente, & dixerunt mihi quòd accipiunt ſuccum eius & terunt cum amilo & faciunt ſief. Et feci ſicut dixerunt, & declinauit color eorum à glaucedine ſed non totaliter ſicut illi qui apportantur de oriente, & dixerunt mihi alij quòd conficiunt ſubſtantiam eius cum aqua fluminis & faciunt ſief, & hi ſunt illi qui deferuntur ad nos de oriente, & ſequitur iterum in ſeruitore. De hoc toto ignoro veritatem eorum.

a Eodẽ modo fere deſcribitur à Bul. in ſer.

Succus titimalli.

Extraxitur & ſiccatur ſicut ſcamonea aut opiũ. Attẽde in ſuper prænotandũ eſſe in duobus vnguẽtis, ſcilicet in vnguẽto tria pharmacũ, & in vnguento de ceruſa, quod, vt

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 294 sur 459

plurimum ista duo conficiuntur non sub forma vnguenti, sed sub forma emplastri, & ita communiter sunt in vsu.

INCIPIT LIBER TERTIVS.

INQVIT Ianuens. Nemo parum estimet à nominũ ignorãtiâ decipi. Ad horum ergò cognitionẽ non est opus assertione facili, sed deliberato iudicio. Cùm ergo in hoc nostro libello, & potissimè in antidotario multa sint peregrina vocabula, quorum quædam à græca, quædã verò ab arabica lingua, deducta sunt, nonnulla etiam quanquam latinâ, quia tamen varietate idiomatũ sunt dubia, ad horum declarationem in hoc tertio libro me subegi, ne de cetero tam ad errores consuetos, quàm etiã ad emergentes prolabi contingat apothecarios. In hoc autẽ opere non solùm nominum per nomina, verũ etiã per eorum descriptiones quoad potero declarationem afferre conabor clarissimorum etiam antiquorum autoritatibus seu euidẽtibus rationibus suffultire, quo tegmine incredulorũ valeam euitare calumniam. Alphabetico sem per ordine conseruato.

A De litera A.

Aaron

Aaron dragantea minor, iarus, pes vituli, idem Sinonyma assãm vel aarum.

Absinthium romanum

Absinthium ponticum

Absinthium dulce.

Absinthium romanũ & absinthiũ põticum seu capadocium idem est & est absinthium quo communiter vtimur, vnde Mes. Illud quod intendimus nunc est absinthium nostrum romanum.

Absinthium dulce, est anetũ Ian. Et vester Gal. ponere sceha esse quartam speciem absinthij quam quidã sandoni cum putant, itẽ Ia.

Adip

Adip id est lupus Ianuen.

Afronitrum Baurac

Aphros græcè spuma inde afronitum græcè spuma nitri quod arabicè dicitur baurac. Ia. Et est baurac sal petræ, vnde Mes. ca. baurac. Baurac aliud est naturale, & aliud artificiale, & subdens ait. Artificiale est sicut dicitur spuma nitri quę est alba leuis & salsa mordicatiua, & aliud est sicut artificiale quod est flos parietis, & est sicut flos salis.

Alexandrinum

Alipiadios in diacastoreo N.

Alphelengemich

Alumen scissum

Alcohol Almezereon

Alumen iameni

Alkenna

Alkikil Alhandal

Alsebran Alhelac

Alhariel in vnguento azarir, Mes.

Alfessera Alhasech

Alhasse Alkekengi

Alufulfumen siue fulfumen.

Alexandrinum macedonicum, olus atrum, yposelinum & smirmon idem sunt, & sunt idẽ quòd petroselinum agreste, & est species apij. Ian. in expositione huius termini apium.

Alipiados id est herba catholica. Ia. authoritate Dio. Et est catholica camelea siue mezereon & non

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 295 sur 459

est laureola. Idem Ianuen.

Alfelemenich vel alphelẽge mich al nihil significat, felengemich verò est oxymum gariofilatum, Ian.

Alcohol omnis puluis ad medendos oculos. Ian. Alij dicunt alcofol, & in aliquibus locis scribitur, puluerizetur vt alcohol, & debet exponi id est subtilissimè, ita quod puluis quæ debet poni infra oculos, debet esse adeo subtilis quod iudicetur impalpabilis.

Alumen scissum & alumen iameni id est de pluma. Ianuen.

Almezereon id est mezerion, al enim est articulus nihil significans, vt almezerion i mezerion, alkytrã id est kytran, akani id est kali. Est autem mezerion lacticinium habens folia similia oliuæ, quæ alio nomine dicitur camelea. Ian, & nõ est laureola vt putauit autor libelli, qui incipit. Fac igitur pie deus Ian. Idem.

Alkanna id est cyprus arbor, vnde oleum cyprinum. Ianuen.

Alkikil lege anthos.

Alhandal al. est articulus nihil significans handal verò arabi, idem est quòd coloquintida. Ian.

Alsebran. al. est articulus nihil significans: scebran, id est, esula. Ia.

Alhelac est species dactylorũ. Ian.

Alhariel in vnguen. azarir sunt cãtarides.

Alfessera al est articulus nihil significans fessera est vitis alba Ian. Et creditur quod sit lupulus, vt dic. autor libelli qui incipit. Fac igitur pie deus & non est bryonia, vnde Gal. vi. simplicium phar. cap. ampelos melana dicitur quòd vitis nigra propriè dicitur bryonia.

Alhasech arabicè tribulus Ian.

Alhascè arabicè thymus. Ianuensis, vnde Mesue ca. alhasce. Et plãta eius vt dicitur est mater epithymi.

Alkekengi est species solatri, & latinè vocatur solatrum ventaticum & est habens fructum rubeum ad modum ceraſi intunica inuolutũ & vocatur alkekengi, autor pandectarum.

Alfulfumen siue fulfumen est radix piperis loco cuius administratur piper nigrum.

Amentum dulce

Amylum

Amurca olei

Amiberberis

Amentum dulce est quidam lapis albus qui de vitro cocto fit, qui alio nomine dicitur axungia vitri, & communiter tenetur ista expositio super antidotario vniuersali. Dicit tamen Ian. quòd aliqui dixerunt vt Theodorius Priscianus q̃ est alumẽ scissum seu de pluma.

Amylon, id est amidon, amilõ enim dicitur ab a quod est sine, & milos mola, quasi sinemola. Est enim succus frumenti in aqua diu maceratus & exiccatus.

Amurca i. fex olei vt dicunt sinonyma quę incipiũt assam vel aarã.

Amiberberis i. berberis Ian.

Anagodam

Anthera — Antofili

Andacucha — Anethos

Antifarmacum

Anabula

Anabach — Antale

Anufructus

Aqua ardens

Anagodam in confectione mitridati D.N. exponitur communiter quod est sumach. Ian.

Andacucha est species trifolij, Ian. Et creditur quod sit illa species

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 296 sur 459

quæ dicitur herba flaura ſeu ſulphurata, quæ alio nomine dicitur planta leonis, & debet ſcribi andacucha per h. ita vt dicatur anda cucha, idem Ian.

Anthera dicit Ian. quòd eſt ſemen roſæ & eſt illud quod remanet in autumno in fructu maturato, & rubefacto pleno lanugine circa ſemina dicunt tamen ſinonyma quę incipiũt aſſam vel aaram, quòd ſunt pipilli illi crocei qui apparent in roſa cùm expanſa eſt. Et apothecarij noſtri citramontani hãc opinionem imitantur. Et ita fecit vir ille bonus Iacobus de partibus pariſienſis in pleriſque locis in expoſitionibus ſuis ſupermarginalib⁹.

Antofili ſunt gariofili groſſi & tuberoſi & dicuntur antofili. i. ante nati, ſicut columbria ante ficus. Autor pand.

Anthos, alkikil roſinarinus, idem.

Antipharmacum vicetoſicũ idem & eſt planta quæ multum inuenitur iuxta elleborum ideo creditur ſibi fore contraria, Ian.

Anabula ſpecies titimalli. Ian. & dicunt ſinonyma quæ incipiunt. Aſſam vel aaram quòd eſt illa ſpecies titimalli ex qua fit ſcamonea, & ſi non habeas tu potes ponere ſcamoneam pro ea.

Amifructus id eſt, ſemen iuniperi, vt dicunt ſinonyma quę incipiunt aſſam vel aaran.

Anabach ſunt iuiubæ, lege ſauich anabach.

Antale lapis eſt quidam albus

Aqua ardens ſiue aqua ſaporis in emplaſtro relato ad Andromachũ D.M. id eſt, capitellum.

Armel

Arilli

Arthanita

Armel per a ſine h eſt cicuta, ſed harmel per h eſt ſpecies rutæ agreſtis, quam Græci armolam dicunt, vt muli pro moli dicunt, & armelum pro armel iſto caremus, vnde Chryſto. Georgius vbique ſupra Meſ. exponit ſemper pro ruta propter carentiam illius ſpeciei rutæ agreſtis.

Arilli, ſunt arida grana Suæ, ab aridate dicti. Ianuen.

Arthanita, ciclamen, panis porcinus, malum terræ & caſſamum idẽ Ianuen. in expoſitione huius dictionis ciclamen.

Aſpaltum

Aſpaltum, petroleum, & napta, idem ſed napta eſt aſpaltum aridũ, & petroleum eſt liquidũ, ſunt autem eiuſdem generis.

De litera B. B

Baucia — Baſilica
Balſamita — Balauſtia
Baurach

Baucia, id eſt, paſtinaca. Ian.

Baſilica ſerpentaria. Ian.

Balſamita, ſinzimbrium, menta aquatica, menta ſaracenica, idem Ianuen.

Balauſtia eſt flos caducus malorũ granatorum. Ian.

Baurach lege affronitum

Bedereg — Bezeard
Bederengeſium — Bedegard

Bedereg vel buderegi in cõfectione anacardina eſt eruca agreſtis nos ea caremus, loco huius expoſuit Chri. Geor. erucã ſimpliciter.

Bezeard eſt omnis medicina cõtra venenũ. In deſcriptione tamen tyriacę andromachi pro galbano debet accipi propter excellentiam quam habet contra venenum.

Bederengeſium id eſt, ozimũ fluuiale. Ian.

Bezoar

Bedegar est spina alba. Quidã crediderunt quod esset odoris rosæ quæ dicitur cynobastus accipientes quendam globũ similem spongiæ in ipsa spina alba nascente intus, in quo interdum vermes inueniuntur. Et hæc spina gallicè dicitur englẽtier. Sed veritas est quod bedegar est spina alba quæ achantilleuce dicitur, quæ similis est cameleontæ, est enim de genere cardonum Ian.

Bistorta

Bitumen iudaicum

Bistorta id est, tormentilla, aut, pan. c. ciii.

Bitumen iudaicum, lege aspaltum

Bley lactis

Bley lactis, in quodam emplastro de fermento D.M. Et debet exponi id est, lactis boni & recẽtis. Autor libelli qui incipit. Fac igitur pie deus, alicubi tamen scribitur mellis bley id est, optimi.

Bondaca

Bolene

Botormarien

Bondaca id est, auellana Ian.

Bolene exponitur quercus nouella Ian.

Botormarien, lege arthanita

Bractei

Brassica

Bractei græce id est sauina latine Ian.

Brassica est caulis nondum transplantatus interdum tamen accipitur pro omni specie eius. Ianuen.

Burungi

Bulbus

Bugloſſa

Burungi in confectione anacardina id est, borongi. Autor pandectarum, & est idem quod bedereg lege supra.

Bulbus quid sit ex dictis autorum non visum est Ianuen. potuisse scire, tandem dicit: quòd apud Plinium sæpe vocatur bulbus radix omnis rotunda similis cepæ Apothecarij nostri pro bulbo accipiũt cepam paruam quæ idiomate vulgari eschalote vocatur.

Bugloſſa græce bouis lingua latine Ian.

Bugloſſa verò domestica est borago, sed bugloſſa siluestris est bugloſſa. Non reperio autorem autenticum facientem capitulum de vtraque, sed si scribit de vna, non scribit de alia.

De litera C. C

Cassamum Carica

Calamenta

Camphorata

Carduncellus

Capsia

Cardamus

Caballus marinus

Calcantum

Calsitis

Calcadis

Calcecumenon

Cathariaci

Cathanense

Carabe

Carnub de spinis

Cart Caraut

Catarticum

Carmezit Cameactis

Camedreos

Camepitheos

Catholica

Cathimia

Cassamum lege arthanita

Carica i. ficus siccæ. Autor pan.

Calamentum alius est quod dicitur montanum & illud est pulegiũ vsuale, aliud est calamentũ fluuiale, & illud dicitur nepita & alio

nomine dicitur calamentum siue pulegiũ agreste. Autor pad. in declaratione calamenti ex autoritate Dio. & Serap.

Camphorata exponitur in sinonymis quæ incipiunt. Assam vel aaram, quod est abrotanum, reuera est species abrotani & est abrotanum fœmina quæ habet folia alba minuta & diuisa & flores auroſos in æstate nascentes, & est odorata cum aliquali grauedine, & cũ gustu amarissimo, & hoc est abrotanum siculum.

Carduncelus i. cardo benedictus. Aut Pan. quæ alio nomine dicitur senesci. quia veris tempore senescit, & alio nomine dicitur cimbalaria. Ian.

Capsia, alij tapsia dicunt falso, lege in sequentibus tapsiam, & est capsia setaragi.

Cardamus græcè nasturcium Ian.

Caballus marinus, lege ypotamus

Calcantum id est, vitriolum, seu atramẽtum viride. Calcantum tamẽ ex deriuatione nominis sonat idem quod flos æris. Nam calcos græce est latine & calcãtos est flos inde calcantum, id est, flos æris, veruntamẽ multa nomina apud grẽcos aliud significãt quàm id quod sonat vocabulum. Ian.

Calcadis i. calcidis Ian.

Calcitis i attramentum album auctor libelli qui incipit. Fac igitur.

Calcecumenum, in alio calcucecaumenon melius calcoſecaumenon, & est es vstum, a calcos es & caumenon vstum inde es vstum.

Cathariæci i. cornu cerui adusti, vt exponitur in synonimis assam vel aaram.

Cathanense in metridato falso sed debuit dicere cathariaci. Quid sit dictum est.

Carabe electrum sccinum, & est karabe gummi arboris, vt gemma vnde anuli fiunt.

Carnub de spinis i. xiliqua lege xilocaracta.

Cart, i. prunellus pro quo sume acatiam.

Caraut falso sed debuit dicere taratif pro quo lege taratif.

Catarticum, lege catarticum.

Carmezit semen est thamariſci do mestici fructus est sicut galla. Ian.

Cameactis i. infima sambucus & est ebulus a came quod est infimũ vel depressum, & actis sambucus inde cameactis infima sambucus & est ebulus. Ian.

Camedreos, camepitheos a came quod est infimũ, inde camedreos infima quercus, & camepiteos infima pinus. Ian.

Camedreos est germandrea.

Aut. pan. de camepitheos tamen dicit Gentilis quod est yua.

Catholica lege alipiados.

Cathimia climia, & tuthia idẽ sunt cathimia tamen & climia sunt fumus qui eleuatur a quo libet metalo quãdo purificatur in fornace, accipiunt tamen ista & variant sua nomina penes diuersitatem metallorũ, ita vt dicatur cathimia auri, cathimia argẽti, climia auri, climia argenti, sed tuthia propriè est fumus eleuatus à lapide qui dicitur lapis calaminaris & est tuthia idem quod ponfiligos.

Centonicum Centumneruia Centum grana.

Centonicum est species absinthij, cuius semen vocatur semen cõtra.

Centumneruia, plantago minor, herba siluana idem. Sinonyma assam vel aaram.

Centum

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 299 sur 459

Centum grana i. herba cancri lege creſpula.

Chimolea, melius cymolea eſt fex illa quæ inuenitur ſub mola acuendi gladios que conficitur ex lapide & ferro, aut ſaltem fex talis poteſt poni pro ea. Ian.

Ciclamen
Cicidon
Cinonum
Ciperus
Ciprus
Cimbalaria
Ciminum carmenum
Cynogloſa.

ciclamen lege arthanita.

cicidon, cicidos græce gala. Ian.

ciperus, i. gladiolus, & eſt iuncus triangularis.

Cinonum lege Alexandrinum

ciprus, lege alkanna.

cimbalaria lege ſcatum celi

ciminum carmenum i. ſizeleos, non adhæræt tamen Ian. huic expoſitioni.

cinogloſſa i. lingua canis acinos vel kinos canis & gloſſa lingua, & eſt plantago.

climia,

climia, lege cathimia

conconidum confita

confita rubea

confita aromatica

corimbre colophonia
condiſus colcotar
cotilidon
cordumeni

De coconidio dicit Ian. quod qui dicit coconidium ſemen eſſe laureolæ non nouit veritatem eſt autem coconidium ſemen plantæ dictæ a Diocalamea & ſemen mezereon. Autor pand.

confita omnis confectio odorifera propriè dicitur confita & eſt fex ſtoracis liquidę & rubeæ & alio nomine dicitur thimiama. Ian.

Corimbre idem.

colophonia i. pix græca Ian. alio nomine dicitur reſina frixa de qua in lib. i. cap. de gummis, & cap. de analogis per ſe ſumptis.

condiſus planta quam vocat Macer diaſtrution & obſtruction, quam quidam radicem ellebori putant eo quòd ſternutamenta mouet vt ipſum. Putauit Ioannes de tornamira quod ſit ſpecies ſpatulæ. Et quidam dicunt quòd eſt cauliculus agreſtis. Quid ſit propriè ignoro neque vidi aliquem qui mihi oſtenderet. Hæc Ian.

Cotilidon cimbalaria, vmbilicus veneris idem. Autor pand.

colcotar eſt ſpecies vitreoli. Ian. & eſt atramentum citrinum

cordumeni i. carui agreſt. Ian.

crocus hortenſis.
crocus orientalis
crocomagna.
crocus ferri.

craſſula. criſpula.

crocus hortenſ. eſt flos carthami. Ian.

crocus orientalis eſt crocus communis. Ian.

crocomagma eſt fex olei de croco & eſt confectio quædam lege trociſcos crocomagnatis. Ian.

crocus ferri ſic deſcribitur a Bul. in lib. quid dicitur ſeruitor. accipe de limatura ferri quantum vis, & pone in lamina ferrea & exuffla cum folle quouſque calefiat lamina, poſtea pone limaturam in mortario ferreo ita calidam & tere bene & fac ita decies vel plus, quia quanto plus facies tanto melius, quouſque conuertatur ad colorē croci.

craſſula min. vermicularis. Ian.

criſpula i. herba cancri, ſic dicta

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 300 sur 459

quia crispa habet folia, & minuta vt absinthium.

Cuscuta Cucurma

Cuscuta rasca lini vel podagra lini, quia linum necat, planta similis epythimo. Ian. Cucurma i. chelidonia minor. Ian.

D De litera D.

Damnidis

Damnocoti Darseni

Damnidis melius daphnidius, i. lauri.

Daphnis enim græcæ laurus. Inde daphneleon oleum laurinum. Ian.

Danctoni, melius daphnicothi, græcè baccha lauri Ian.

Darseneum i. cinamomum

Dentali.

Dentali lapis est.

Diptamum Diagridium

Diptamum herba est que multum assimilatur informa a sapore rosanon. nascitur in locis petrosis radice vtimur. Sinonyma assam vel aaran. Alio nomine dicitur pulegium martis Ian.

Diagridium i. scamonea quæ antiquitus acridium vocabatur inde diagridium. Hoc nomen tamen maximè coctę scamoneæ siue præparatæ attribuerunt. Ian.

Durungi

Durungi i. doronici. Ian.

E De litara E.

Elemnium Elacterium

Elephangina

Electrum.

Elemnium, i. enula. Ian.

Elacterium succus, est cucumeris agrestis non foliorum, aut radicū, sed fructus eius qui coletur est priusquam in plenam maturitatem deueniat. Ian.

Elephanginæ sunt species coquinæ.

Electrum, lege catabe in Ca.

Esorij Esula

Esorij dicit. Ian. quod est saluia, sed dicit Autor pand. quod falso, sed est sansucus siue maiorana, & hæc est expositio communior penes apothecarios nostros.

Esulæ, lege alsebram

Euiscus Eupatorium

Euiscus altea, bismalua idem Ian.

Eupatorium quidam dicunt quòd est lilifagus seu saliua agrestis. Miratur tamen Ian. qualiter medici nostri temporis non aduertentes verba Dio. & Aui. creduli sunt herbariis saluiam agrestem dicētibus, cum nec in odore nec in sapore cum ea conueniat. Quid sit eupatorium tenet Nicolaus florentinus doctor modernus rerum diligens & exquisitus perscrutator quod est policaria, quod memoriter scripsit interpres eius fidellis Iohannes matthei de gradi papiensis doctor clarissimus super nono Almā soris ca. de dolore epatis.

De litera F. F

Faufel

Falfel Farfara

Faufel inquit Ian. est auellana indica, & est fructus similimus nuci muscatæ, nisi quia vna pars eius est aliquantulum acutior, & alia pars eius est plana, ita quòd potest erecta stare sicut calculus qui in ludo dicitur, pedes, in cæteris intus & extra nuci muscatæ similis sine odore & sapore nascitur inclusus in quadam lanugine simili folliculo serici multoties defertur inter alias sepecies maximè cum cinamomo.

Falfel. i. piper. Sera. lib. ag. ca.

Falfel idem. Ian.

Farfara. i. vngula caballina. Ian.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 301 sur 459

Fellemenuſch Feſſera
Feſſireſ. Feſſire
Feruregi.
Felemenuſch, lege alphelengemiſch.
Feſſera lege alfeſſera
Feſſireſ. vitis nigra ſpecies volubilis & eſt bryonia, lege feſſera.
Feſſire i. feſſera.
Feruregi in electuario de gemmis deſcriptionis Meſ. 1. lapis ſmaragdus, vt ibi notatum eſt.
Fiſalidos Finicon indi
Fiſalidos i. alkekengi. Ian.
Finicon indi, finicon i. dactylus indi. i. de india, ſunt enim fructus palmarum ſilueſtrium india, & ſunt thamarindi Meſ. ca. de thamarindis.
Flos ſquinanti Flos ſiriaci
Flos ſalis Flos æris.
Flos ſquináti. de eo dicit Sera. lib. ag. ca. adcher, quòd in capitibus ramulorum ſunt ſpicæ piloſæ, & illi ſunt flores eius.
Flos ſyriacus i. flos maluauiſci aupan.
Flos æris i. viride æris zinar.
Flos ſalis i. aphronitum
Fragula
Fragula in martiaton fraguria frere fraſia i. gallice, freſe. Fu
Fu i. valeriana.

De litera G.

G Gariofilata

Gariofilata eſt planta ſimilis agrimoniæ: cuius radix odorem habet garifilorum dicta a quibuſdam ſanamunda. Ian.
Geleniabin.
Gerſa ſerpentaria
Geleniabini conſerua roſarum. Auic. in v. can. autoritate eiuſdem.
Gerſa ſerpentaria fit ex radicibus dragunteæ per eius ablutionem. Ian. Et fit per hunc modum. Colligitur radix in vere & optimè mũdatur, & pulueriſatur prius poſtea ad ſolem ſiccatur & cribratur per pannum & cum aqua roſa vel pluniali conficitur. Deinde ad ſolem in vaſe aliquo in quo fit aqua roſa abiiciendo ſæpius illam aquam & exiccando poſtea ſic vſui reſeruatur. Sinonyma aſſam aaran.

Gith

Gith & nigella eiuſdem generis ſunt differentes parum in forma & virtute multum in odore, ideo diuerſa de eis fiunt capitula. Ian.
Gummi elemni
Gummi albotin
Gummi elemni melius elimi i. limonum. Ian.
Gummi albotin i. terebentina. Ian.
Gluten alumbat
Gluten alkanam
Gluten aſſanaan
Gliconium
Gluten alumbat idem Ian.
Gluten alkanan, in emplaſtro diaquilon Meſ. in gluten piſcium, vt voluit autor libelli qui incipit fac igitur pie deus.
Glutem aſſanaan in emplaſtro ad duritiem iuncturarum quod ponitur a Meſue de intentione fili zaccarie, melius alkanaan id eſt piſcium vt patuit.
Gliconium i. pulegium regale

De litera H. H

Haſce Harmel
Haſce, lege alhaſce
Harmel, lege armel
Herba paraly ß. Herba venti
Herba ſanctæ mariæ
Herba muſcata Herba ſiriace
Heyl Heyl bace
Herba paralyſ. i. eſt præmula veris

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 302 sur 459

Sinonyma assam vel aaram.
Herba venti.
De ipsa dicit Ian. quòd quidam dicunt quod est scarumcelus. Alii dicunt quod est iacea nigra siue morsus diaboli. Dicit tamen auctor pand. quod herba venti maior est parietaria, & minor est consolida minore, & est habens spicã paruam in sumitate eius sicut sticad. arab. Et differt in figura parũ ab artetica seu premula veris, & ista est quæ accipitur in monte pessulano cum dispensatur.
Vnguentum martiaton. Ego vidi & noui.

Herba sanctæ mariæ, est quædam herba parua ad albedinem tendens rugosis foliis sicut herba quę dicitur flommos. Aut. pand. Alii dicunt quòd est arthemes. siue tenaceton quòd non videtur verum, quia in martiaton ponitur arthemesia & herba sanctę marię, verum est quod herba mariæ est artemesia.
Herba muscata i. melissa. Ian.
Herba syriaca i. malua. Autor pandecta.
Heyl. Serap lib. ag. ca. cacola & heyl dicit i, cardamomum minus.
Heyl baccę idem

I — De litera I.

Ilafeos
Ilafeos i. barbana quæ est lappa maior. Ian.
Iundebedust
Iundebedust siue iundebedustor vel gendebe duster i. testiculi castorei. Ian.

K — De litera K.

Katarticum
karabe
katarticum nos purgatorium dicimus Ian. est omnis medicina solutina.
karabe, lege carabe
kermes kesmes
keisim kerfat
kekangi keyri
Kermes sunt grana tinctorum Mes. super recepta alkermes.
kesmes i. passulæ sine nucleis Autor pan.
keysim i. leuisticus. Ian.
Kerfat gariofilatum. i. lignum gariofili. Ian.
Kekangi est species solatri defferens grannum rubicundum simile ceraso vesica inclusum, citrina in colore, quare a multis vesiccaria dicitur ab aliis strignum & ab aliis fisalidos. Ian.
Keyri nota est. Nullus tamen autorum facit capitulum de eo.

De litera L. L

Lassari Lapaceolum
Lapis agapis
Lapis lincis.
Lassari græcæ i. assa gummus silphij. Ian.
Lapaceoli in vnguento marciaton est species lapacij Herba nota.
Lapis agapis creditur a quibusdam lapis iudaicus: sed non cõstat color eius dicitur similis colori pelis leonis. Ian.
Lapis licis ex vrina lincis coagulata inuenitur. Ian.
Lentiscus Leucopiper
Lepidos calcu
Lepidos sideritis
Lemnias.
Lentiscus est arbor habens multas species secundum Ian.
Leucos i. album: inde leucopiper album piper.
Lepidos calcu. lepis scama calcues inde lepidos calcu. squama æris. Ian.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 303 sur 459

Lepidos sideritis. i. squama ferri. lep squama sidrion ferrum Ian.

Lemnias in confectione athanasiæ quidam falso exposuerunt auripigmentum rubeum & sic multi posuerunt in confectione athanasiæ: sed lemnias est terra sigillata, & ita in illa confectione debet poni. Ian.

Lingua auis. Lilifagus.
Lingua ceruina Lilium cæleste
Litodémon Litospermá
Lingua auis est semen fraxini. Ian.

Lilifagus i. saluia, Apothecarij nostri dicunt saluiam agrestem & accipiunt eupatorium. Ego pro salui agresti acciperem saluiam minutam & ita volebat bonus ille magister Robertus de leone, cuius anima in conspectu dei sit, vt interdum mihi hanc esset suam opinionem asseruit.

Lingua ceruina i. scolopendria Ian.

Lilium cæleste i. yris S. li. ag. ca. ansea.

Litodemon i. lapis gagatis solus inter lapides natans super aquas gallicæ iayet Ian.

Litosperma i. lapideum semen quod est durum vt lapis & est milium sol. Ian. Aliquando tamen sumitur pro semine saxifragiæ vt in philantropos apparet communiter tamen sumitur pro semine milij solis.

Luyluya Luf plani.

Luyluya i. panis cuniculi seu trifolion acetosum.

Luf i. serpentaria Ian. plani i. non crispi, & est draguntea minor, lege aaron.

M De litera. M.

Mabatematicon Maturella
Malabastrum Macazir
Macropiper Marmacor
Matrisilua Matricaria
Manna thuris

Mabathematicõ exponitur quod est succus cauliculi agrestis sed dicit Ian. quod deus nouit. Malabastrum est folium indum, sed non est illud folium quo nunc vtimur. Ian.

Maturella in martiatum falso, sed debet dicere morella.

Macazir lege sandali macazir.

Macropiper macreos longum inde macropiper i. piper longum. Ian.

Marmacor i. melissa. Ian.

Matrisilua planta ex qua fit licium quæ vocatur caprifolium. Ian.

Matricaria. i. arthemisia, aut saltẽ species eius nota apud omnes

Mãna thuris i. minutum thus, vel puluis ipsius thuris. Ian.

Melanopiper Melantium
Menta saracenica Memitha
Mezereon Mel tabarzed
Merdasengi.

Melan nigrum inde melanopiper i. piper nigrum Ian.

Melancium i. nigella Ian.

Menta saracenica, lege balsamita.

Memitha inquit Dio c. de glaucio. multi errantes memitha pro glaucio vtuntur i. pro memitem. Memitem enim est chelidonia, sed memitha est herba similis papaue. cornuto. Ian.

Mezereon lege alipiados.

Mel taberzed dicit Saladin. quod est mel album de celo cadens ad modum roris, sed est albius & densius quam fit mel apum, & quasi tendit ad naturam zuc. aut tu expone mel tabarzet i. optimũ: quia enim a foliis & floribus apes colli-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 304 sur 459

gunt mel vn. Ian. autoritate Gal. in lib. de alimentis mel est ros cadens super folia arborum & plantarum a quibus recipit naturam & saporem, & ob hoc non sunt terminabiles diuersitates saporum inuentorum in melle ab illis floribus & foliis a quibus apes ipsum colligunt, & forte per mel tabarzed voluit intelligere mel articū, de quo summa laus in toto orbe estimatur quod fit in attica regione vbi ex thymo sato ab apibus colligitur.

Merdasengi i. lithargirium. Ian.

Miristica Miconium

Myrrha trochiten.

Miristica i. aromatica inde nud miristica i nux aromatica siue nux muscata. Ian.

Miconium i. papauer. Et quia vt dictum cum simpliciter ponitur de papauere albo intelligitur ion miconium communiter accipitur pro papauere albo, inde opium miconis i. quod fit de papauere albo. Ian.

Mirrha trochiten i. rotonda minuta optima Ian. Mora bacchi

Mora bacchi i. mori minoris, & sunt mora parui, rubi quæ nascitur in locis cultuatis.

Mundebedust.

Mundebedust in confectione anacardina exponitur quod est pinguedo castorei Au libelli qui incipit. Fac igitur pie deus.

De litera. N.

N Napei Nabath

Napta Nabith

Napei exponitur in aura alexandrina quod est semen napi. Nabath comparatur mespilo & zazur. Ian.

Napta lege aspaltum.

Nabith in electuario alarif, est potus quidam qui fit ex dactylis & ficubus siccis coctis in aqua, vel ex aliquo fructu sic, quod ex aqua talis decoctionis debet zuc. aissolui & inde electuarium confici.

Nepita

Nepita lege calamentum.

Nimphea Nitrum.

Nimphea græcè nenufar. Ian.

Nitrum lege baurach.

Nuc vomica.

Nux vomica est fructus secundæ speciei titimalli. Serapio ꝛb. ag ca. exencua.

De litera. O.

Offei. O

Offei in mitridato exponitur quod est gummus ederæ, nescit tamen Ian. si ita sit.

Olibanum

Olimpiados

Olixatrum

Olibanum, hoc olibanum i. thus, hæc libanus i. arbor. hic libanus dicitur mons vnde oritur. Autor pandectarum.

Olimpiados falso sed debuit dicere alimpidos, de quo supra.

Olixatrum lege alexandrinum.

Onfacinum

Onfacinum est oleum quod fit de oliuis immaturis. Au. pan.

Orobanis lentici

Orminon

Orobanis lentici in confectione mitridati exponitur quod est laca. Autor pandectarum.

Orminon in confectione mitridari exponitur quod est semen rapæ alij dicunt quo est enula. Neutrum credit Ian.

Ozimum

Ozimum est semen basiliconis. Ian.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 305 sur 459

Ozimum citratum i. meliſſa. Idē.

De litera P.

P Paucedanum
Paucedanum lege arthanita.
Petroleum
Penidiæ ſaharet
Petroleum lege aſpaltum
Penidiæ ſaharet i. albæ
Pigagon
Pigagon i. ruta. Ian.
Platociminum
Platociminum i. latrocinum & eſt ſizeleos. Ian.
Polinis
Pomphiligos Poligonia
Polinis ſubtil. farina cuiuſcunque grani, inde polentia. Ian.
Pomphiligos, lege cathimia.
Poligonia geniculata centum nodia proſerpinata. lingua paſſerina idem Ian.
Propelos
Proſerpinata
Propelos eſt fex aluearis apum, vbi ſ. apes ſuas eiiciunt ſuperfluitates, talis enim cera dicitur propoles, & alio nomine mun. Ian.
Proſerpinata, lege poligonia.

De litera R.

R Rauedeſeni
Rapa ſiluatica,
Rauedeſeni i. reubarbarum
Rapa ſiluatica ſiue rapa agreſtis naſcitur in locis ſiccis fruticē collectum faciens longitudinis vnius cubiti habēs multas virgas & groſſas in modum digiti, folia lenia & ſatis lata, ſemen eius in foliculis concluſum nigrum & fragille quod fractum album deintus habet colorem. Ian. autoritate Dio. apud italos vulgari nomine dicitur rapola.
Ros ſyriacus
Rodoſtoma
Rob Romei
Ros ſyriacus i. ſumach vide quod vbicunque in libris de græco tranſlatis habetur ros ſyriacus in arab. eiſdem locis & caſibus habetur ſumach Nam apud Dio. ca. de origano: vbi habetur ros ſyriacus in S. eodem loco ex verbo Dio. habetur ſumach. Item in ca. de moris, vbi dicitur trita & ſicca ponuntur in loco roris ſyriaci in S. eſt Sumach. Item in vii. breuiarii Io. ſera inuenitur ſyrupus de fructibus: & ibi ponitur ſumach. Plinius verò & Dio. in deſcriptione eiuſdem ſyrupi habent ſyriacū. Autor pandectarum.
Rodoſtoma i aqua. roſ. Au. pandectarum
Rob. arab. ſuccus cuiuſcunque fructus coctus ad ſpiſſitudinem vt ſeruari poſſit, cum tamen ſimpliciter ponitur rob. vinum coctum debet intelligi. Ian.
Romeum in mitridato exponitur rafanum, ſinonyma aſſam vel aarā.

De litera S.

S Sandraca Saliunce
Sambucus Scatunceli
Saturegia
Sandali macazir
Sauich ordei Sanſucus
Sal indus Sapa
Sauina.
Sandarca gummi vernis. Ian.
Saliunca exponitur pro ſpica celtica aut ſaltem pro ea poteſt poni poteſt enim quantum & ſpica quā uis ſit infirmior ea. Ian.
Sambucus eſt ienſeminum. Ian.
Scatunceli i. vmblicus veneris, & ſybalaria idem. Ian.
Saturagia i. tymbræ Ian.
Sandalus macazir ita vocatur a Meſ. in pluribus locis & eſt ſanda

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 306 sur 459

lus aromaticus siue muscatelinus. Ian.

Sauich ordei fit quando ordeum fractum operitur aqua & bullit vsque ad spissitudinem aquæ dein de colatur, & quod descendit est sauich. Ian

Aut aliter & melius sauich. ordei est ordeum mundatum torrefactum. Ianuen.

Sansucus i. maiorana. Ian.

Sal indus est in colore salis & in dulcedine mellis. Auic. iiii. ca. fen. prima de asperitate liguæ. Et est zuccarum quod inuenitur coagutum super cannam mellis, sicut sal in india loco eius ponitur candi aut zuc. Autor pandectarum.

Sapa est mũdum coctum vsque ad consumptionem duarum partium Ian.

Sauina est arbor cuius folia sunt similia foliis thamarisci & magis spinosa habens bonum odorem, & ista arbor crescit magis in latum quam in longum Autor pandectarum.

Scamm̃onea Scarabei

Scamonea, lege diagredium.

Scarabei sunt vermes qui inueniũtur in tectis antiquis, vt dicunt sinonyma assam vel aaram, licet dicit Autor pandectarum quod inueniuntur in balneis.

Senescio	Semen contra
Selinum	Seyteragis indi
Secacul	Sepa muris
Sebram	Secaniabin
Seha	Sedenegi

Sic inter se differunt senescio & senation quia senescio est carduncelus, & senation est nasturcium, Autor pandectarum.

Semen contra lege centonicum.

Selinum, i. apium inde petroselinũ i. petro apium hydroselinum i. apium aquaticum Ian. Seyteragi indi i. capsia & exponit autor libelli qui incipit. Fac igitur pie deus, quod est nasturtium agreste. Non bene vidit Ian. certitudinem huius plantæ, sed Christo. geor. vbique exponit super mesue. proseyteragi indi nasturtium.

Secacul inquit Ian. quod non est en yringus. Ser. enim ponit yringũ inter medicinas frigidas, & secacul inter medicinas calidas. Dicit tamen Nic in descriptione zinziberis conditi, quod secacul est species yringi ita enim dicit ad literam. Accipe yringos qui habent folia ad modum cretani marini, quos saraceni secacul vocant. Arnaldus de vil. no. dicit quod secacul est scarauida gallicæ escheruie alyo geroulles.

Sepa muris i. squilla Ian. qui dicitur sepa muris, quia mures necat.

Scebram lege alscebram.

Secaniabin i. oximel vn. Mes. secaniabin est illud cuius materia sunt tres res: scilicet mel, acetum & aquæ

Seha est species absinthij putatur quod sit sandonicum herba lumbricorum lege absinthium.

Sedenegi i. lapis ematistes, & ita debet poni in trociscis de terra sigillata. Mes. & non semen canap vt aliqui falso exposuerunt verum est quod sedenegi est semen canap. Similis error habetur in iii. Aui de fluxu ventris sanguineo absque excoriatione in duobus locis, etiã in casu nõ cõferret semen canapis.

Siselei	Simphiti
Simbalaria	Siraca
Siscidis	Sief

Silphium

Silpium Silene
Siracoſt
Sizimbrium
Sizemblar Siliqua
Sidia Sigia

Sizelei vel ſiſeleos ſiler mõtanum platociminum idem Ian.

Succutum falſo ſed debuit dicere ſimphitum & eſt conſolida maior, ſuccutum non nouit Aui. vt patet ex verbis ſuis, cum dicit quod dicitur quod eſt ſemperuiua, & dicitur quod eſt ſemen mandragoræ, & dicitur etiam quod eſt aliud, & vide. Auic. in c. ſuccutum.

Syriaca lege herba ſyriaca

Simbalaria, lege cardumcelum.

Siefarab idem eſt quod collirium & eſt confectio ocularis formata in modum nuclei dactyli quæ fricatur ſuper cotem cum aliquo liquore conuenienti. Ian.

Suſcidis id eſt cucumer aſininus Ianuen.

Silphium eſt herba cuius lachrimus eſt gũmi laſari. i. aſſa fœtida. interdum tamen ponitur pro ipſo gummo, vt in mitridato.

Silene in trociſcis diacoralli. D. N exponitur communiter in margine. i. pedis columbini.

Siracoſt eſt ſpecies mannæ

Sizimbrium, lege balſamita

Sizemblar eſt infuſio myrobalanorum emblicorum in lacte. Aui. in ij. can. idem Meſ. c. de emblicis. §. illo. Modus faciendi ſerenblac, & dicitur ſerenblac à ſero lacte & emblicis,

Siliqua & xilocaracta græcè arab. verò carumb, quod multi latinorũ carubiam dicunt & eſt xiliqua ſiue xilocaracta lignum cornuæ arboris, & eſt arbor afferens fructum rubeum, ſicut ceraſum quod gallicè dicitur corneille.

Sidia græcè flores mali granati, vt dictum eſt in pſidium apothecarij noſtri dicunt quòd eſt cortex mali granati, & ita vtuntur, & flores ipſos mali granati dicunt balauſtias, non pſidium aut pſidia.

Sigia i. ſtorax liquida Ian.

Smirna Smirnon

Smirna vel ſmirnis id eſt, myrrha humida. Ian. exponit tamen aupand. quod eſt gummus vernicis.

Smirnon lege alexandrinum

Sperma

Spodium

Splen pultri ſpuma argenti
Sponſa ſolis ſpica inda
Spergula ſpica aromatica
Spica romana ſpica celtica

Sperma græcè ſporos, & goni ſecundum Ian. ſignant ſemen cuiuſlibet rei tam plantę quàm animalis, ſed quando per ſe ponitur, de ſemine ſaxifragiæ intelligitur.

Spodium eſt res cuius origo nos latet, res tamen aduſta videtur, & Aui. dicit quod ſunt radices cannarum aduſtarum, dicit tamen Sera. lib. ag. c. abayſir quòd eſt fuligo quæ inuenitur in domibus vbi funduntur metalla, quæ poſtquam ceciderit dicitur ſpodium coherens verò dicitur pamphiligos. Et addens ex auſto. Gal. dicit ſic: vnde Galenus ſpodio vſus ſum, quia ſatis habui pamphiligos. dicit autor pandect. quod nos vtimur oſſe eboris combuſto pro ſpodio.

Splen pultri in eſdra communiter exponitur quod eſt ſuperfluitas quam equus proiicit cùm primum natus eſt.

Spuma argenti id eſt, lithargirium Ian.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 308 sur 459

Sponſa ſolis ſolſequium cicorea idem, vt dicunt ſynonima aſſam vel aaram.

Spica inda id eſt, nardi. Autor pandect.

Spergula in vnguem, martiaton, id eſt, rubica minor Ian. eſt ſimilis rubeæ, non tamen eſt aſpera nec ſic creſcit, & eſt herba illa quam gallicè muguet appellamus.

Spica aromatica id eſt. nardi Autor pandect.

Spica romana id eſt, certica. Ian. ſuper expoſitione huius termini nardus.

Stiptera Strucium

Siptera id eſt alumen apothecarij tamen noſtri exponunt alumen de pluma, quia maximè ſtipticum eſt.

Succutum

Succinum

Sucaha Sulphurata

Succutum id eſt, ſimphiton, Ian. lege ſimphiton.

Succinum id eſt, electrum vel karabe Lege karabe.

Sucaha eſt ſpina arab, & eſt in virtute ſpinæ albæ ſiue bedegaris.

Suppurata eſt deus equinus, ſpecies trifolij, quem alio nomine dicitur andacuba, de qua ſupra.

De litera. T.

T Tapſia

Tarcon Taratif

Tartarum Taraxacon

Tapſia vel capſia, lege ſeyteragi indi.

Tarcon id eſt, pyrhetrum, Ian.

Taratif id eſt, ypoquiſtidos. Ian.

Tartarum vel tartar ex vino in lateribus vegetis generatur. Ian.

Taraxacon eſt ſpecies endiuiæ & eſt endiuia amara ſiue endiuia ſilueſtris. Ian. ex autoritate Auicen. & eſt ſcariola.

Tereniabin Teſapei

Terra ſigiliata Tetrahit

Thezephiæ

Tereniabin eſt ſpecies mannæ arab ſcribitur tereniabin, Græcè verò tereniabin. Ian.

Teſapei in confectione mitridati exponitur ſemen ſinapis. Ian.

Terra ſigillata debet eſſe rubei coloris vt patet per Auicen. Serap. & Dio. cap. de lemnas, ſed qua vtimur hodiè eſt alba Ian.

Tetrahit id eſt herba iudaica, & exponit Auicen. quòd herba iudaica eſt herbum, & herbum eſt orobus genus leguminis. Ian.

Tezephie exponitur quod eſt gũmus rutæ agreſtis, ſinonyma aſſam vel aaram.

Thimiama Timbre

Tribulus marinus

Trifolium acutum

Timiama græcè omnis confectio odorifera ad fumigandum facta, quod nomen moderni corimbro appropriauerunt, pro quo lege confita.

Timbre lege ſaturegia.

Tribulus marinus exponunt ſinonyma aſſam vel aaram, quod eſt yringus.

Trifolium acutum id eſt luyluya, de quo ſupra.

Tortelle de ſeni

Tortelle de ſeni eſt panis azimus bis coctus de illa regione ſeni ſiue de terra Hieruſalem, ibi enim arabes impaſtant eas cum aqua maſticis Auto. pan.

Tuthia Thus maſculinum

Tuthia tria ſignificat, vno modo idem eſt quod ponfilix, alio modo idem eſt quod ſpodium. Et iſtæ ſpecies tuthiæ ambæ ſunt fuligo ex fumo eleuato in fornace in qua fit

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 309 sur 459

fit auricalchum quæ differunt inter se vt dictum est in spodio, quia ponfilix est fumus subtilis est subleuis valde, sed spodium est grauius ita quòd ascendere non potuit ad superiora fornacis sed resedit inferius & eleuatur ille fumus à lapide calaminari quo tingitur vt fiat auricalchum. Tertio modo dicitur tuthia proprius fumus eleuatus à dicto lapide calaminari, seu à lapide dicto calamina, & hic tuthia arab. dicitur kadimia aliter climia pro quo lege cathimia, hæc Ian.

Thus masculinum dicitur thus grossum, fœmininum verò dicitur thus minutum. Ian.

De litera V.

V

Venera Venter merguli

Venera id est coclear quod deferunt peregrini à sancto Iacobo. Serapion in sinonymis. Venter merguli exponitur quod est stomachus cuiusdam auis aquaticæ, quæ vulgò dicitur pleumon.

Vicetoxicum

Vicetoxicum lege antipharmacum.

Vmblici marini

Vmblici marini sunt lapilli sicci in littore maris reperti

Vsifur Vsnea

Vsifur i cinabrium. Autor pan.

Vsnea est res collecta super arbore glandium vel nucis vel pini vel oliuæ & super alias diuersas arbores & alibi coloris odoris boni. Ian. autoritate Auic.

De litera X.

X

Xilocasiæ xiloaloes

Xilobals. Xilocaracta

Xilos lignum, inde xilocasiæ id est casieligneæ.

Xiloaloes id est lignum aloes

Xilobal. id est, lignum balsi.

Xilocaracta. i. lignum caractæ. Attende tamen quod interdum inuenitur xiloaloes crudi & debet intelligi. i. non positi in decoctione. De xilocaracta tamen lege in siliqua.

De litera. Y Ysculi

Yris Yreos Y

Ypericon Ypoquistidos

Yposelinum Ypotamus

Ysculi sunt vermes terræ qui idiomate materno haches vocantur. Sinonyma assam vel aaram Istæ iiii. plantæ s. yris, yreos, gladiolus & spatula fœtida, assimilantur inter se quantum ad folia eorum, differunt tamen ad inuicem, pro cuius differentiæ notitia habentur tales versus, yris purpureum florem gerit, yreos album. Gladiolus croceum, sed spatula fœtida nullum.

Ypericon id est parforata.

Ypoquistidos est succus fungi qui nascitur in radice rosæ canineæ, & non est in succus rad. edere, aut speciei eius sicut putauit Dio. in c. de cyseos quæ est edera. Videas si placet quod notauit super hoc ille rerum subtilissimus indagator Simon de Ian. super expositione huius termini barba hircina. Fit autem ypoquistidos hoc modo in rad. rosæ caninæ quæ est planta alio nomine appellata barba hircina, distanter à stipite nascitur fungus cuius forma est ac si plures balaustias infigeres vnam in aliam & faceres ad modum baculi longitudinis medij palmi, iste fungus tonsus & expressus succum emittit, deinde ad spissitudinem coquitur & exiccatur, & fit ypoquistidos.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 310 sur 459

c ιπποποταμος

Ypocelinum lege alexandrinum Ypotamus est equus marinus, & est piscis fluuialis equo similis scilicet capite iuba & dorso in nilo nascens. Ian.

De litera z.

Z Zerumbet, zuccara tabarzed zinar. zuccoraniæ zazum zazur zaccharie

zerumbet. i. zedoaria. Aui. pan.

zuccara taberzed. i. finissima. Autor libelli qui incipit. Fac igitur pie deus.

zinar i. viride æris. Auto. pan.

zuccoraniæ id est, flos agnicasti. Autor pande.

zarum id est, sorbæ. a Autor pan.

zazur id est, mespilum. Autor pandect.

zaccariæ in confectione triasandali id est, psylium. Autor pandectarum.

FINIS.

Platearius

Incipit liber de simplici medicina secundum Platearium dictus, Circa instans.

CIrca instans negotium, de simplicibus medicinis nostrum versatur propositum.

a Medicina simplex quæ dicatur.

a Simplex autem medicinæ est, quæ talis est qualis à natura producitur, vt gariofilus, nux muscata & similia: vel quæ licet aliquo sit mutata artificio non est alij medicinæ commixta vt thamarindi, qui abiectis corticibus artificio cõ quassantur, & aloe quod ex herbæ succo artificiosè excocto efficitur.

b Medicinæ compositæ quare sunt inuentæ.

b Quæstio autem non ociosa proponitur cur medecinæ compositæ fuerint inuentę, cum omnis virtus quæ in compositis est, in simplicibus reperiatur. Medicina autem propter morbi causam fertur extitisse inuenta.

c Causa morbi quæ sit.

c Omnis autem morbi causa fit, aut ex humorum abundantia, aut ex in anitione, aut ex fluxu, aut ex debilitate virtutum, aut ex alteratione qualitatum, vel ex solutione cõtinuitatis. Inuenitur autem medicina simplex repletionis solutiua, & inanitionis restauratiua, constrictiua fluxus confortatiua debilitatis, alterationis immutatiua solutionis consolidatiua. Solutio cõpositionis medicinarũ multiplex causa extitit s. morbi violentia, morborum contrarietas, membrorum contraria dispositio, nobilitas membri, violentia medicinarum. Morbi enim violẽtia, vt lepra, appoplexia epilepsia, quæ simplicibus medicinis aut vix aut nunquã curantur. Oportuit itaque adesse compositas, vt earum virtute augmentata ex simplicibus facilior fiat curatio ægritudinis violentæ. Contrariis morbis in eodem corpore concurrentibus, vt febre leucophlegmantia medicina ex calido & frigido composita extitit necessaria, vt proprietatibus contrariis morbis contrariis valeat obuiare, vna enim & eadem medicina simplex contrariis qualitatibus affecta non reperitur. Membris enim contrariis qualitatibus affectis existentibus vt stomacho frigido, hepate calido necessaria fuit medicina composita, vt contrariis qualitatibus membrorum etiam contrarias qualitates possit alterare. Et membro etiam nobili, vt pote hepate scliroſim patiente

necessaria fuit medicinę composita cum calido dissolutio superflui fiat, & stiptico confortatio nobilis membri. Solum enim calida no nobile membrum exoluendo debilitat nisi stipticitate cõfortetur. Violenta etiam medecina, vt poteſcamonea, elleborus, & similia simpliciter dari non debet, nisi aliæ commiſceantur earum violentiam alterantes. In tractatione vniuſcuiuſque medicinæ simplicis complexio rerum primo est intendenda consequenter vtrum sit arbor an frutex: Herba radix an flos, an semen, an folium, an lapis, an succus, an aliquid aliud post modũ quot sunt ipsius maneries, & qualiter fiant, & in quo loco inuenian tur. quę etiam maneries sit melior, qualiter sophisticãtur, & sophisticatæ cognoscantur & qualiter res conseruari possunt, & quas virtutes habeant, & qualiter debent exhiberi, & per ordinẽ alphabeti ſpecierum tractatio compleatur.

j De aloe
ij De ligno aloes
iij De auro
iiij De assa fœtida
v De argento viuo
vj De agnocasto
vij De alumine
viij De apio
ix De amido
x De antimonio
xj De acatia
xij De agarico
xiij De aneto
xiiij De aphodillo
xv De allio
xvj De acoro
xvij De amoniaco
xviij De aniso
xix De absinthio
xx De anacardo
xxj De amygdalis amaris
xxij De aristologia
xxiij De ambra
xxiiij De arthemisia
xxv De aceto
xxvj De alcanna
xxvij De auripigoment
xxviij De aspalto
xxix De arnoglossa
xxx De auena
xxxj De abrotano
xxxij De assato
xxxiij De ameos
xxxiiij De aaron
xxxv De anagalidos
xxxvj De apio cero.

De aloe. CAP. I.

ALoes calidæ & siccæ cõplexionis est ij gradu. Aloes ex succo herbæ fit quæ herba suo nomine aloes appellatur hæc autem herba non solùm in India, Persia & Græcia, verum etiam in Apulia reperitur.

a Aloes tria sunt genera, cicotrinum, hepaticum caballinum. Fit autem aloes hoc modo herba teritur, succus exprimitur ad ignem ponitur quousque bulliat, & post quàm bullierit ab igne remouetur soli exponitur & exiccatur. Et vt quidam dicunt quòd superius est colligitur quod purius est & cicotrinum dicitur, quod in medio est minus purum est & hepaticum appellatur quod in fundo est fœculentum est & caballinum appellatur quorum opinio falsa est. Nos autem dicimus quod diuersæ sunt herbæ non in genere sed in bonitate, ex quibus istæ tres maneries aloes fiunt, sicut di-

a Aloes tria genera & modus faciẽdi eam.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 312 sur 459

uersæ sunt vuæ non in genere, sed in bonitate, & quibus vina fiunt differentia.

a Melius aloe.

a Optimum autem aloes est cicotrinum, & discernitur ex citrino colore aut sub rufo, & præcipue cũ frãgitur, cuius puluis apparet quasi puluis croci esset & ex substantia clara, & maxime cum per minuta frangitur frusta, & puram & subtilem & quasi deficcatã habet substantiam qui leuiter frangitur, & ex eo est quod non est fœtidum, nec valde amarum, & quandoque gummosum quandoque frangibibile. Hepaticum colori hepatis assimilatur habet autem colorem hepatis, sed subnigrum & hinc inde foramina habet vt hora venarum obscuram habet substantia & non claram, & alia signa prædictis similis quæ omnia habet remissoria & maxime colorem. Cabalinum vero nigrum, & obscurum est, & fœculentam habet substantiam amarissimum & horribilem pretendit odorem, quia valde fœtidum est. Sophisticatur autem cabalinum, vt cicotrinum seu heupaticum videatur. Quod autem de sophisticatione huius & aliarum specierũ rogatu sociorum scripsimus, ad sophisticationes vitandas & fraudulentias conficientium & vendentium fecimus, non vt ab aliquo cõmittatur sophisticatio sed vt fraudulenta deuitetur deceptio virtus enim sese diligit & aspernatur cõtraria: nec potest vitari vitium nisi cognitum.

b Qualiter sophisticatur aloe.

b Sophisticatur aut aloe hoc modo bulliat acetum, & addito puluere croci orientalis & puluere modico nucis muscatæ, vel alterius speciei odoriferæ. Cabalinum autem aloe per frusta parua diuisum simul cum filis ligetur & in aceto bullienti immittatur, & subito eleuetur exiccari modicum dimittatur, & sic decies aut amplius fiat ita quòd color & odor immutentur, ita quod videatur esse hepaticum, seu cicotrinum, & exiccari modicum permittatur & difficilè cognoscitur quod non sit discernitur tamen, quia cum frangitur & digitis confricatur statim fœtidissimũ sentitur: quod in hepatico seu cicotrino non est. Et nota quòd omne quod de natura est aromaticũ, quanto plus aromaticum tanto melius est & omne quod de natura sua est amarum, quanto plus est amarum excepto aloe tanto melius, & omne quod naturaliter est fœtidum quanto fœtidius, tanto melius, excepto aloe, & omne quod debet habere aliquem saporem, quãto insapore suo intensius est, tãto melius, excepto aloe quod cum sit. natutaliter amarum quanto minus amarũ: tanto laudabilius

c Effectus aloes.

c Aloe vero habet purgare choleram & phlegma & mundificat melancholiam habet etiam virtutem confortandi membra neruosa vnum valet contra superfluitatem frigidorum humorũ in stomacho contentorum, ipsum autem stomachum confortat, caput à dolore eleuat, qui ex anathamiasi fit id est ex fumositate stomachi visum clarificat, oppilationem splenis & hepatis aperit menstrua prouocat, superfluitates circa pudenda, si sint ex frigida causa extergit: scabien etiam curat, corpus discoloratum redit coloratum, si fuerit discoloratum ex præcedenti ægritudine, valet etiam contra alopiciam i.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 313 sur 459

casum capillorú. Si humores phlegmaticus & melancholicus abundauerint in stomacho: & propter indigestionem dentur ʒ. ii. aloes cum ʒ.i. masticis, stomachum múdificat & eundem debilitatum & infrigiditatum confortat. Ad idem granum aloes cum melle exhibitum valet si propter abominationé aliter accipi non potest stomachum mundificat, & digestionem procurat. Et nota quod aloe & mastix debent conteri & cum vino albo decoqui, & dari. Ad idem extrahatur lingua ab ore, & postea iniiciantur duo grana aloes per ysophagum, quanuis enim aloe sit amarum ori, dulce tamen est stomacho. Aloe si sæpe sumatur excoriat intestina, vnde oportetvt cum eo misceatur mastix, aut dragagatum, aut bdellium. Aloe proprietatem habet consolidandi recentia vulnera & de siccandi & mundificandi.

a Aloe cum melle temperatum nigrorem qui est sub oculis aufert Pul. aloes vulnera prepucij quæ fiunt de iauaro sanat. Aloes placat pruriginem oculorum si fuerit cú vino temperatum. Nota quod per ix. annos seruatur aloe, dicitur autem gligostoma quasi amarum ori: phitogloto masticon id est dulce stomacho vnum dragiale stophigdo stomacho dicitur. Nota quod puluis aloes optimi distemperatus cum vino albo & aqua ros. multum valet ad pruritum oculorum. Hierapigra etiam valet ad dolorem stomachi & capitis. Et ad visum clarificandum, valet herapigra Constantini quæ intitulatur ad visum vero clarificandum, in qua optime ponitur. Et ad visum clarificandum datur aloe per se simpliciter vel cum mirobalanis conditum enucleatis, & contritis dentur. ϑ. ii. & ϑ. i. masticis vel dragagam. & addito syrupo & aqua rosa. & expertum est ad visum clarificandum. Contra opilationem hepatis & splenis sumatur aloe cum calido succo apij vel fœniculi.

Vel sic in decoctione radicis fœni. apij petrosel. brusci, sparagi ponantur aloes. ϑ. ij. & iiij. mellis, & i. ϑ. & ß. masti. & detur bis vel ter in septimana, & talis etiam decoctio méstrua prouocat. Suppositorium factum ex trifera magna puluere aloes & masticis menstrua prouocat, sed formato suppositorio ex trifera magna puluis aspergatur.

Contra discolorationem corporis, quæ ex frigiditate stomachi fit vel procedentem a longa ægritudine: & maximè si fuerit ex opilatione epatis detur ϑ.i. aloes & masticis ϑ.ß. cum ʒ.ß. succi absinthij detur mane, & bis in septimana. a *Nocumentum aloes.*

Hoc etiam preseruat corpus ab hydrope.

In principio curat, sicut iam probauimus.

Puluis eius cum melle datus lumbricos interficitur cum succo persiccariæ auribus instillatus vermes interficit.

Contra alopiciam i. casum capilorú in fortissimo aceto bulliat radix vetustæ oliuæ, & postea coletur & in colatura ponantur duæ partes lupinorum amarorum, & tres aloes, & simul conficiantur, & addatur quoque puluis staphisagriæ, & vngatur caput

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 314 sur 459

per diſcriminalia. Contra arteticã detur cum ſucco bardanæ. Contra ſaniem, & putredinem pudendorum & pruritum digitorum ex cironis aloe cum aceto confectum & inunctum valet.

Contra ſcabiem de ſalſo phlegmate fit vnguentum ex calce viua, & puluere aloes, & oleo cummuni probatum eſt.

Contra flores gingiuarum & aurium findatur ipſa herba, & intus ponatur ciminium, & poſt aſſetur parum ſub igne & extracta calida ſuperponatur, mirabiliter prodeſt, Nota optimus aloe cumvino albo & aqua roſata confectus & in oculis iniectus pruriginem oculorum omnino aufert.

a De ligno aloes. CAP. II.

a De ligno aloes.

ALoes lignum eſt calid. & ſic, in ii. gra. Reperitur in magno flumine ſuperioris babyloniæ cui coniungitur fluuius paradiſi, vnde quidam dicunt quod impreſſio impulſione fluuij ab arboribus terreſtri paradiſi conducitur. Nullus enim huius arboris fertur vidiſſe originem. Alij etiã dicunt quòd in cacuminibus montium locorum deſertorum circa prædictum locum exiſtentium oritur hoc lignum, quod impulſu venti aut temporis vetuſtate cadit in fluuium, habitantes circa flumina à prædictis montibus remotiſſimi, immiſſis retibus in flumina ligna intercipiunt.

b Ligni aloes tria ſunt genera.

b Sunt autem ligni aloes genera tria, vt Conſtantinus dicit in libro graduum. Eſt enim vnũ quod reperitur in inſula quæ dicitur Cumear & eſt cunctis laudabilius. Eſt & aliud quod reperitur in inſula quæ dicitur Cumanum, & eſt minus laudabile. Eſt autem tertium quod reperitur in inſula quæ dicitur Samedamaſcene, & illud eſt peius cunctis.

c De cognitione ligni aloes.

c Primum ergo quod bonum eſt cognoſcitur ex eo quod ponderoſum eſt in ſuo genere & quod eſt nodoſum melius eſt, & quod aromaticum eſt ſubamari ſaporis, coloris ſubnigri, vel ſubrufi & cõſtrictioni dentiũ non omnino reſiſtens, dum autem maſticatur cito odor odoriferus videtur attingere cerebrũ & quodam modo replere. Secundum genus eſt minus ponderoſum non adeo amarum ſeu odoriferũ, & in his mediocre. Tertium genus eſt ſubalbidum & leue, valde, nec amarum, imo quaſi nullius ſaporis, nec aromaticum, niſi ſic artificio coapretur, & hoc feculeum appellatum.

d De ſophiſticatione ligni aloes.

d Sophiſticatur autem ſic, in mõtanis Almaſię reperitur quoddam lignũ ligno aloes valde ſimile ponderoſum, & nodoſum, & modicũ aromaticũ quod a quibuſdã lignũ aloes ſilueſtre dicitur hoc plumbo ſeu ſtãno cõficiatur, vt immutetur color addita ſuperfluitate auriũ, vt amarum fiat & aliquantulum rufum poſt modum ponitur in vino decoctionis pulueris optimi ligni aloes, addito modico muſ. vt fiat aromaticum, ſic etiam fit vt raro aut nunquam diſcernatur ab optimo, diſcernitur tamen quia duriſſimum eſt, & conſtrictioni dentiũ omnino reſiſtit & quod interius eſt dum maſticatur non omnino ſentitur amarum.

a Lignum

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 315 sur 459

a Lignum aloes ſtomachum confortat, digeſtionem procurat, contra debilitatem cordis, & cerebri, contra cardiacã paſſionem & ſincopim contra retentionem menſtruorum, & contra omnes paſſiones & debilitates cordis ex frigiditate prouenientes valet. Vinum decoctionis ligni aloes digeſtionem procurat, & ſtomachum infrigidatum calefacit. Et ſi abominabile non fuerit ponatur parum ligni aloes integrũ in vino per noctem. In mane vinum exhibeatur. Ad idem aloes ligni decoctio gariofilorũ & maſticis digeſtionem procurat, confortat ſtomachum, & cerebrum valde delicatisfit hoc modo. Vel fiat ſic. Ponanturƺ ij. ligni aloes, & gariofi. & dimitte in vino per noctem, conficiatur vinũ cum aqua roſ. & tale vinum poteris ſeruare diu, vinum enim multũ immutatur a ligno aloes. Detur autem ſyrupus factus ex aqua roſ. in qua puluis ligni aloes, oſſis de corde cerui, decocta fuerint additio zuc. & gariofi. & roſ. vel pulueres prædicti dentur cum aqua roſ. addito zuc. Valet contra ſincopem, & contra debilitatem cerebri. Suffumigium ligni aloes receptum inferius a muliere per embotum menſtrua prouocat & ſuffocationi matricis medetur, ſit enim mulier vndique cooperta pãnis ne fumus attingat nares. Similiter trifera magna ſumpta cum vino decoctionis ligni aloes menſtrua prouocat, vel ſi vis detur prius trifera magna & poſtea decoctio ligni aloes eius fumus per nares receptus cerebrum infrigidatum confortat, debilitatum calefacit. Et vt breuiter concludam omnes eius laudes, valde confortat omnia membra corporis debilitata. Pulueriza lignũ aloes & folia gariofi. & os de corde cerui, cõfice cum oleo & inũge caput galli. in die illa, & nocte non cantabit, vel tantum confectum cum oleo valet.

De auro. CAP. III.

a *Effectus ligni aloes.*

AVrum temperatius eſt quolibet metallo, eſt autem calidum & ſiccũ ſed quia caliditatis eius modicus exceſſus eſt in eo magna non locatur. b Aurum de vena terræ fit per decoctionem & in decoctione quod ſuperfluum ab auro ſeparatur cathimia dicitur ſeu ſpuma auri. Quot & quales ſint variæ ſpecies, & qualiter cognoſcantur prẽter mittimus, quoniam non eſt noſtri officij. Virtutem habet confortandi & depurandi, vnde valet etiam contra elephantiam & cardiacã paſſionem & ſincopem, ſplenem & infrigidationem ſtomachi.

b *De auro.*

Limatura auri contra elephantiã data in cibo vel potu depurando valet ſuperfluitatem humorum & abſtergendo. Poteſt etiam dari cõtra hanc paſſionem cum hieralogodion, vel theodoricon anacardino ſemel vel bis in ſeptimana, in cibo vel potu.

Et vniuerſaliter valet ad præſeruationẽ timentium leprã exibita limatura cum ſucco boraginis, aut cum puluere oſſis de corde cerui & zucca.

Sincopizantibus auxiliatur vel cum ſyrupo de ſucco boraginis, & zuccaro & appoſito puluere de oſſe de corde cerui, cum tali ſyrupo

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 316 sur 459

detur limatura auri & si hoc non habeatis detur cum aliquo alio syrupo.

Vinum autem in quo extinctæ sunt laminæ auri candentis splenèticos iuuat quod si non possit haberi ex cathimia fiat.

Contra infrigidationem stomaci detur similiter eius limatura in vino vel cibis.

Cum autem vsturæ fieri debent factæ ex aureo instrumẽto meliores sunt quã ex alio metallo, quia non cancerantur nec erisipilãtur.

Puluis vero cathimiæ more collyrij vel simpliciter oculis impositus macula oculorum corrodit.

a *Aurũ an confortet.*

a Sed queritur vtrum aurum confortet, cum nec incorporetur nec membra nutriat.

b *Quid sit assa.*

c *Melior assa.*

Ad quod dicimus quod eorum quæ confortant, alia confortant membra reparando tantum spiritus, vt aromatica, alia restaurando membra, vt cibus & potus alia relaxando vt medicinæ laxatiuæ, alia restringendo relaxatum membrum sicut emplastrum & mastice factum alia alterando qualitatem distemperatam membri debilitati: sicut diaterascos. i. emplastrũ storacis stomacho ex frigiditate debili apponitur alia confortant depurãdo superfluitatem quæ opprimendo membra debilitabat, sicut medicinæ laxatiuæ, & multa alia depurantia, quo modo aurum confortat dum asperitate sua abstergit quod superfluum est.

De assa fœtida. CAP. XIII.

ASsa fœtida ca. est & sic. in quarto gradu, gummi arboris est in vltramarinis partibus nascens, æstiuo verò tempore colligitur, & quia maximè fœtet, dicitur assa fœtida diu absque corruptione conseruatur.

In loco etiã mediocriter sicco conseruari debet.

Virtutem habet dissoluendi attrahendi, consumendi, & nota quod quanto fœtidior, tanto melior.

c Quinque pilulæ ex assa formatæ simpliciter, vel cum ouo sorbili in sero exhibitæ asmaticis ex humida causa laborantibus maximè prosunt, vel cum syrupo viol. dẽtur purgatione præcedente.

Nota quod aliquando vehemẽter dissolutiuum vel valde siccum, vel etiam vomicum, nõ debet dari patiẽtibus in pectore, nisi prius inungatur dialtea vel butyro.

Contra quotidianam vel quartanam febrem tamen purgatione præcedente. v. ℈. assæ fœtidæ decoquantur in vino in vase terreo, vel in malo terræ concauato, & colaturam addito melle vel zuccaro, ante horam accessionis da patientibus quartanam vel quotidianã ex frigida causa. Suppositorium ex assa & galbano factum, vel ex assa & serapino, & armoniaco, vel ex sola assa intinctũ prius in oleo vel melle vel butyro, ne ledat interiora miro modo menstrua & secundinam educit. Vnguentum factum ex assa & amoniaco cera & oleo splenem mollificat. Et lac in mamillis coagulatum soluit.

Assa foramini dentis immissa dolorem placat. Gargarismum factũ ex aceto & aqua decoctionis assæ & ro. vuluã tumefactam desiccat.

Contra paralysim & podagram artheticã, & epilepsiam & contra omne vitium ex frigida causa, ac-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 317 sur 459

cipe assam fœtidam, & petroleum simul: resoluantur ad ignem & in tali liquore apponatur puluis castorei, euforbij sulphuris viui & addita cera fiat cerotum, & loco patienti superponatur, vel vnguẽtum fiat & patiens inungatur locus. Si fiat epilepsia vitio capitis, tunc inungatur circa spatulas & colum & etiam caput. Si vitio stomachi tunc pars illa inungatur. Si vitio inferiorum partium inferiora inungantur. Contra alias ægritudines inungantur loca patiẽtia.

a De argento viuo. CAP. V.

ARgentum viuum cap. & hu. est in quarto gradu. In quibusdã tamen libris reperitur quod est frigidum in quarto gradu, ex effectu eius tale esse probatur quia dissoluit & incidit, & penetrat: sed quia est valde actualiter frigidum secundum hoc ab autoribus iudicatur.

Dicunt autem quidam argẽtum viuum de vena terræ per extorsionem fieri, quod tamen falsum est quia ex actione ignis facillimè extenuatur in fumum, generatur autem in terra tale quale apparet à terra quasi aqua fluens producitur, diutissimè seruatur, in vase autem solido conseruatur in loco frigido.

Virtutem habet dissoluendi, penetrandi, & consumendi, & mundificandi. Farina lupinorum amorotum decoquatur in aceto fortissimo vsque ad spissitudinem, & addita ʒ. ß. argenti viui extincti fiat immixtio, & caput patientis ex abundantia pediculorum inungatur per discriminalia.

b Extinguitur autem cum saliua, & fricatur cum cinere & saliua aut cum capillis & saliua aut capitello aut puluere ossis sepiæ & saliua, quod melius est, dicitur autem extingui cum aliis rebus potest admisceri nisi enim sic extinguatur ipsius ad aliud non fiet commixtio. Nota in re actualiter calida non esse ponẽdum argentũ viuum quia extenuaretur in fumum. Fumus autem argenti viui astantibus obest, quia remolliendo neruos paralysim operatur ore autem receptum, vel auribus immissum, occidit dissipendo membra. Si autem fuerit ore receptum detur lac caprinum in multa quantitate, & patiẽs sit in motu vel detur vinũ decoctionis hysopi & absinthij, hec aũt sunt ad salutem remedia. Contra scabiem, oleo nucis parum calefacto admisce acetum, deinde verò lithargirium & cerusam puluerisatam si habes in eadem quantitate bullias ad spissitudinem mellis, & illis refrigeratis impone argentum viuum & commisce & vsui, reserua. Ad pannos faciei post partum cum axungia gallinacea, argentum viuum, & cerusa conficiatur: ex hoc facies inunctam clarificatur & dealbatur. Vel sic accipe bellericos marinos & oleum ros. & cerusam, & addipem gallinaceum resolutum ad ignem & colaturam prædictis appone, & vltimo argentum viuum mortificatum cum cinere & sputo commisce, & vsui reserua.

a *Diuersæ opiniones de complexione argenti viui.*

b *De mõ extinctionis argẽti viui.*

c De agnocasto. CAP. VI.

AGnuscastus calidus est & siccus in quarto gradu frutex est

c *Agnus castus quid sit*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 318 sur 459

cuius folia vsui medicinæ competum, & non radices, flores etiam magis, flos autẽ appellatur agnuscastus, vulgo autem a quibusdam salices marini dicuntur, herba etiã agnuscastus dicitur, & vbicunque in receptione simpliciter agnum castũ inueneris, intelligas flores.

Agnuscastus omni tempore viridis reperitur & in aquosis locis magis in siccis verò minus eius flores in vere colligantur, & per annum non amplius in multa efficacia cõseruantur. *a* Viridis autem agnuscastus maioris est efficaciæ quam exiccatus quia libidinem comprimendo reddit castum hominem vt agnum. Lectus ex eo factus libidinẽ reprimit, fomententur genitalia ex aqua decoctionis eius & succus etiam potetur. In succo ipsius decoquatur modicum castorei & dentur in potu. Contra gomoream flores & folia decoquantur in aceto & addito castoreo si vis cataplasmentur genitalia.

Nota quod quædam extinguntlibidinem inspissando sperma vt semen lactucę, psylium, citruli melo cucu. & cucurbitæ portulaca, scariola acetum agresta sumach, camphora, & similia.

Alia inaniendo spiritus & consumendo sperma, vt ruta, maiorana, agnuscastus, ciminum calamentũ, anetum. Sunt enim ista calida, aperitiua, & ventositatem soluunt & extenuant.

In succo agniscasti semen fœniculi ʒ. iii. & esulæ ϑ. iii. decoquatur mane detur cum vino calido, leucophlegmatico colatura.

Vinum etiam decoctionis floris agnicasti multum confert ei.

Agnuscastus dimittatur in amurca olei vt putrefiat, & addito vino forti fiat decoctio & addita cera & oleo fiat vnguentũ quod inunctũ splenis duritiam remollit.

Fomentum ex aqua decoctionis agnicasti matricitatis exiccat superfluitates, & ipsius angustat orificium.

Ad menstrua prouocãdum fiat fomentũ ex aqua decoctionis ipsius & centrum galli. Contra lithargiriam accipe agnum castum, & apiũ & saluiam: & fiat decoctio in aqua salsa, & fricetur fortiter posterior pars capitis.

a *Viridis maioris est efficaciæ quã siccus.*

b *Quid sit alumen.*

b *De alumine.* CAP. VII.

ALumen calidum est & siccum in quarto gradu.

Alumẽ est terræ maneries secũdũ quosdam secũdum alios vena terræ dicitur esse quæ propter nimiam excoctionem in albũ colorem conducitur: & efficitur alumen. In regionibus valde calidis procreatur & precipue in locis sulphureis & ignitis. Quod album est illud melius est, & acutũ & salsugini immixtum. Quod autẽ fœculentum est & terreum, est impurum diu absque corruptione seruatur virtutem habet desiccãdi & vehementer consumendi. Contra cancrum puluis aluminis, & carnis marinæ confectus cum vermibus inuentis in pingui terra, & impositus valet. Licinium etiam ex tali confectione inunctum orificio fistulæ immissum confert vel inunctum cum melle supraspersopuluere aluminis immittatur sed prius lauetur vulnus cum aceto.

Inflationes gingiuarum ſanat collutum os ex aceto prius, & poſtmodum ex aceto & alumine fiat confricario præcedente tamen appoſitione ventoſarum cum ſcarificatione circa collum & ſpatulas. Vel ſic ſcarifices prius poſteriorē partem capitis.

Tertia die poſt ſcarificationem apponas ſanguiſugas ipſis gingiuis. Deinde lauetur os ex aceto, decoctione aluminis, gallarum, & roſ. lauetur os bis vel ter vel quater in die ex illo aceto: & ita laua vſque ad quatuor dies, & multum valet.

Contra ſacbiem ſulphur viuum & lithargirium & alumen bulliant in aceto: vel tolle ſi vis ſulphur, & addito oleo nucis inunge ad balneum & ablue partem dolentem cum aqua calida, & poſt ea inúge.

a Balneum aquæ aluminoſæ cōfert hydropicis, ſcabioſis, arthethicis. Si tamen naturale non inuenitur fiat artificioſum hoc modo. Sal & alumen bulliant in aqua & feruentibus lapidibus fundo cuffæ immiſſis ſuperaſpergatur aqua calida, & patiēs in medio cuffæ ſedens ſudet & poſtea ex aqua lauetur.

Quidā dicunt quod alumen ſciſſum & nitrum idem eſt. Superfluā carnem palpebrarum vel alicuius membri rodit, peſſima vulnera ſicut farcini inhibet, ne corpus perambulent. Cum aceto & melle mixtum dentes infirmos confortat ſanguinem de ore fluentē conſtringit.

Puſtulas & ſcabies ſanat ſi ex eo fricentur aut ex aqua in qua infuſum fuerit lauentur.

Mixtum cum aceto & galla valet ad reſtringēdum farcim ne ſana loca perambulet. *a* *Balneum aquæ aluminoſæ ad quid vtile.*

b De apio. CAP. VIII.

APium omne calidum eſt in principio iii. gra. & ſiccum in medio eiuſdem gra. herba eſt ſatis communis cuius ſemen eſt maioris efficaciæ, ſecundario radix, tertio ipſa herba. *b* *Quid ſit apium.*

Cum autem in receptione medicinæ apium ſimpliciter inuenitur ſemen aponendum eſt, ipſum etiam ſemen ſellini appellatur, virtutem habet diuretică. Succus apij in quo decocta ſit ſaxifragia, ſtrangurioſis, diſſurioſis ſubuenit & furioſis colaturam autem manedes. Vel ſic. Saxifragia gra. ſolis filipēdula, lapis, lincis, coquātur in ſucco apij, & in colatura addito zuccaro ſyrupus factus mane detur cum calida.

Ad idem ſuccus apij cum decoctione thamariſci ſplenis & hepatis opilationem ſoluit, & duriciē, ſed propriè ſplenis. Aliud ad idem ſumatur decoctio apij, radicis fœniculi petroſelini. Contra yctericiam fiat ſyrupus ex ſucco apij & ſcariolis, & detur cum calida.

Contra hydropiſim radix apij & fœniculi bulliāt in ſucco fumiterræ & ex aqua decoctionis addito zuccaro fiat ſyrupus miro modo conſumit phlegma.

Fiat etiam iſte leucophlegmatis & hypoſerca laborātibus. Quod ℞. ſucci alpij ℔. i. ſcariolis ℔. ß. maſticis ʒ. i. facta decoctione coletur, & poſt modum addito zuccaro fiat ſyrupus circa finem verò decoctionis addātur pulueris eſulæ ʒ. ii. & pulueris reubarbari ʒ ß.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 320 sur 459

& mane cum calida exhibeatur.

Contra phreneſim ſuccus apij, & agreſta vel acetũ & oleum violaceum, vel roſ. ℔. iii. miſceantur & bulliant in vaſe vitreo ad ignem & tali oleo calido caput inungatur, prius tamen tonſum ſit.

Contra ephimerinam vel quotidianem de frigida cauſa, precedat purgatio deinde coquatur agaricus in pomo coloquintidæ vel in malo terræ cauato & talis decoctio detur patienti.

a Apiũ nocet prægnãtibus.

a Nota quod apium nocet prægnantibus, quia virtute ſua diſſoluit retinacula fœtus, vnde Gal. prægnantibus aſſuetantibus apio, neceſſario in corpore infantis putrida apoſtemata, & putrida vulnera naſcuntur. Item lactantes abſtineãt ab apio, ne puer fiat vel inſipiens, vel epilenticus.

b Nocet apiũ pueris.

b Epilepticis nocet, quia diſſoluit & mouet materiam ad actionem, & mouet ad ſuperiora. Nocet verò pueris, illa enim ætas propter humiditatis multitudinẽ, & virtutũ debilitationem & arteriarũ conſtrictionẽ parata eſt ad epilepſiã.

c Apij plures maneries.

c Sunt & aliæ maneries apij, ſ. apium raninum, vel reninum, & apium riſus, & apium hæmorrhoydarum. Apium autem raninũ coctum in vino & oleo cataplaſmatum renibus & pectini opitulatur. Renes à dolore releuat, & ſtranguriam mitigat, vnde reninum apium dicitur, quia renibus opitulatur, vel raninum, quia in locis quos ranæ inhabitant pręcipuè reperitur vt in aquoſis locis. Prædictum emplaſtrum dolorem inteſtinorum mitigat.

Contra phrenaſmum colatura illius cocti in aqua cantabri iniiciatur per clyſterem. Et ſucco eius & oleo & cera fiat cerotum contra vitium & cataplaſmetur. Apium riſus in vino & oleo cõputreſcat, de coquatur, poſtmodum exprimatur per pannum, & addita cera fiat vnguentum, ſpleneticis valde confert, vnde apium riſus dicitur, quia melancholicum purgat humorem, abundantem, ex cuius abundantia fit triſtitia. Et ipſius itaque inanitione effectus contrarius ſequitur, ſcilicet liticia & inde riſus, vnde dicitur, ſplem ridere facit quia cauſam triſtitiæ ſcilicet humores melancholicos depurgat. Apium riſus de coctum in aqua vel vt non valet contra ſtranguriam, diſſuriam & præcipuè cõtra lapidem, detur eius decoctio per ſe, detur etiam litontripon in eadem decoctione, dicunt etiam quia interius receptum hominem ridendo occidit.

Ad menſtrua prouocanda fiat fumigium vel ſuccus tepidus iniiciatur. Nota quod apium ori non debet exhiberi, quia in quibuſdã regionibus violentiſſimũ inuenitur, & ſi ſic accipiatur eſt cauſa mortis. Contra hæmorrhoydas, apiũ hæmorrhoydarũ decoctum in vino natibus cataplaſmatum hæmorrhoydas phlegmaticas exiccat. Cauendum tamen eſt ne eis fluentibus hoc fiat, ſi ſine fluxu cum tumore dolorem ſi ex extenſione venarum illarum fuerit, mitigat, tumorem ſoluit. Puluis huius apij exuſti melli immixtus, & ſuperpoſitus hæmorrhoydas exicat & ob hoc hæmorrhoydarum apium dicitur.

De amido. CAP. IX.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 321 sur 459

a AMidum vel amilium temperatè calidum est & humidum quod fit hoc modo. Frumentũ in aqua frigida ponatur, & ibi per diẽ & noctẽ moretur & de die in diẽ renouetur aqua quousque videatur frumentũ omnino esse putrefactum, postmodum remota aqua optimè conteritur & sic addita aqua ipsa conficitur & exprimitur per pannum, soli exponitur vsque ad aquæ consumptionem, & frequenter innouatur aqua, scilicet vsque ad eius dealbationem, quod residet in fundo vasis permittatur siccari, & indurari ad solem, & illud amidum vel amilum dicitur, quia sine mola fit. Ex ordeo mundato similiter potest fieri. Valet autem amidum vel amilum contra apostemata spiritualium & tussim coctum cum aqua ordei, conditũ cum lacte amygdalarum additis penidiis.

a Modus faciendi amidum.

b *De antimonio.* CAP. X.

ANtimonium calidum est & sicum in quarto gradu, vena terræ est & metallo assimilatur stãno præcipuè, discernitur autem à metallo, quia antimoniũ teritur metallum non, metallum funditur, antimonium vritur, antimonium quanto clarius est tanto melius, virtutẽ habet dissoluẽdi, & maximè extenuandi, & vehementer desiccãdi Puluis antimonij cum sapone spatarensi, vel gallico conficiatur, & liciuium inde intinctum orificio fistulæ immittatur. Puluis eius cancro comedenti superpositus, aut carni superfluæ optimum est remediũ. Contra polypum ex apostolicon stuellus siue magdaleon formatus & aspersо puluere antimonij narib⁹ immittatur. Antimonij puluis cũ puluere nuclei myrobalanorum, æquo pondere addita aqua ros. vel appone de tuthia si habes cum puluere antimonij & contra oculi maculã optimè valet. Contra fluxum sanguinis è naribus bombix intincta in succo sanguinariæ, & puluis antimonij naribus immittatur. Puluis antimonij cum succo tapsi barb. conficiatur & bombix intincta superponatur ad hæmorrhoydas exiccandas. Aliud ad hæmorrhoydas prius iniice paucedanũ per clystere, & postea si sint exterius pone puluerem desuper. Si sint interius iniiciatur puluis cũ calamo impositо in vesica inflata. Puluis ellebori nigri valet tantundem in hoc experimento ad hæmorrhoydas, quantum puluis antimonij.

b Quid sit antimonium.

c *De acatia.* CAP. XI.

ACatia frigida est & sicca in tertio gradu. Est autem acatia succus prunellorũ immaturorũ, fit autem sic, ante tempus maturitatis colliguntur prunella, & succus eorum extrahitur & ad solem postea bene desiccatur huiusmodi succus desiccatus dicitur acatia, habet autem virtutem constrictiuã, & confortatiuam per annum potest seruari. Contra vomitum cholericũ ex debilitate virtutis contentiuæ valet. Accipe acatiam, & mumiam & dragagantum vel gummi arabicum distemperentur cũ albumine oui, & fiat emplastrũ super furculam pectoris. Vel fiant inde crispellæ in sartagine, & dentur & distẽperentur cum aqua pluuiali, vel rosa & detur in potu Idẽ fieri potest cõtra fluxũ menstruorũ. Cõtra

c Quid sit acatia.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 322 sur 459

fluxum ventris, accipe acatiã lapidem æmatistem, hypoquistidos & aquam ros. vel pluuialẽ conficientur & dentur. Contra fluxum è naribus & menstruorum de acatia & sanguinariæ succo fiat suppositorium ad menstruorum fluxum addatur athanasia prædictis. Aliud athanasiam, acatiam, succum plantagi, immisce, & fac suppositoriũ. Potest etiam fieri emplastrum cõtra vomitum & fluxum ventris ex acatia sanguine draconis, mastice, oleo ros. & albumine oui. Contra apostemata calida valet acatia distemperata cum succo plantaginis vel corrigiolæ, vel alicuius herbæ frigidæ cataplasmata in principio.

De agarico. CAP. XII.

AGaricus calidus est in secũdo gradu, siccus in tertio, Agaricus est quasi fungus, & crescit circa radicem abietis, & maximè in Lobardia. Sunt autẽ duæ species, aliud est fœmininum, aliud masculinum. Fœmininum melius est, & habet formã rotundam, desiccatur, & sic albissimũ fit. Masculinũ habet substantiam oblongam, & nõ est adeo album. Fœmininum albũ leue est, frangibile, & habet quasdã turberositates intus, & quædam frustula quasi diuisa. Masculinum non habet, sed est continuum & non est adeo frãgibile nec album, sed leuitas eius potest esse ex bonitate, aut ex corruptione. Si est, ex corruptione cum manibus tractatur, facilè puluerisatur, & manus inde est puluerulẽta, si est ex bonitate non, potest autem seruari per quinque annos, in multa efficatia, principaliter autem purgat phlegma, secundario melancoliã. Contra quotidianam, ex phlegmate naturali ponatur agaricum in decoctione aliqua, quæ datur febricitanti, cum aliis speciebus, vt cum squinanto. Aliter facta purgatione materiæ, si febris adhuc infestat accipe ʒ. i. agarici & ʒ. i. succi fœnicu. & ʒ. i succi fumiterræ, & cõmisceantur & hæc dentur patienti ante tres horas accessionis, hoc solo experimento liberantur multi. Iliaca — Contra iliacam passionem valet eodẽ modo, & aliter clysterizetur patiens prius mollificatiuis & post ea fiat hoc clystere. Accipe ʒ. i. agarici & cõficiatur cum oleo & melle & aliqua aqua mitigatiua vt aqua maluæ & iniiciatur per clystere. Cõtra dissuriam accipe saxifragiam, & coque bene in vino, & cola & in colatura pone agarici ʒ. ß. & da patienti. Cõtra fistulam, accipe sal tostum, tartarum, agaricũ, & facto puluere subtilissimo confice cum melle, & tentam inunge & pone. Ossa fracta extrahit, malam carnem corrodit, & fistulam sanat. Contra hæmorrhoydas. Accipe subtilissimum puluerem agarici & confice cum succo ciclaminis, & oleo, & calefac ad ignem, & cum bombace intincto superponatur. Contra morpheam accipe puluerem prædictum s. salis tosti, agarici, tartari, & scarificatione facta superpone puluerem. Decoctio agarici, castorei, squinanti, senæ, dolorem sedat capitis, factum ex abundantia phlegmatis, stomachum etiam confortat, vel fiant pilulæ de prædictis & temperentur cum succo fœniculi, vel absinthij, & idem operantur.

De

a De Anetho. CAP. xiij.

ANetum calidum est & siccum in secũdo gradu. Anetum herba est cuius semẽ principaliter competit vsui medicinæ, radix secundario, tertio herba vnde cum in venitur in receptionibus anethum de semine est inteligedum. In vere autem debet coligi, & in ipsa herba desiccatur. Seruari autem potest per triennium in multa efficacia. Melius tamen si singulis annis renouetur. Radix autem illius exiccata aut modice, aut nullius est efficaciæ, herba verò diuretica est. Decoctio eius valet stranguriosis & dissuriosis. Datum etiam cum litontripon ad idem valet. Valet ad idem delicatis syrupus factus ex decoctione eius & zuccaro, detur mane cũ decoctione aneti. Pueris vero fiat cataplasma circa pectinem ex aneto cocto in oleo. Contra dolorem matricis bulliant. ii. fasciculi aneti in vino, & cataplasmetur, vel turiones eius bulliant in vino & fiat suppositorium, sic abstergit superfluitates frigidas, secundinã & menstrua educit. Contra vitium pectoris ex frigiditate ponantur. v. ficus siccæ vel iiij. per noctem in succo aneti adiiciatur mane modicum vini, & bulliat bene & detur colatura. Contra hæmorhoidas, accipe puluerem vrticæ, & puluerem aneti, & conficiatur cũ melle & hemorrhoidas inunge. Vel sic anetum & acantum i semen vrticæ, sicca & pulueriza & facto emplastro impone. Si fluant hæmorrhoides appone puluris tantum, multum enim constringit si venæ non fluxerint, sed extra inflatæ apparuerint. distẽperata puluerem aneti cum melle & albumine oui, & appone. Valet hoc contra ficum si sit intra anum facto suppositorio. Decoctio autem aneti & masticis valet contra vomitum ex frigiditate. Valet & cõtra singultum factũ ex eadem causa naribus appositum, vel commasticatum, vel cum carne coctum, vel potatum, confortat enim cerebrum & stomachum. Anethum tortionem & inflationem mittigat, vomitum ex cibo naturalem compescit. Singultum ex plenitudine amputat coctum in oleo & epithimatum. Somnum prouocat, & mollia maturat apostemata, tamen assuefactum visum defectat. Anethi flos aufert capitis dolorẽ coctus in vino & vnctus. In intestinis laborantibus & ventris dolore prodest.

a Quid sit anetum.

b De Aphodilo. CAP. XIIII.

APhodili cẽtum capita albutium, eadem herba est, & est calida & sicca in secũdo gradu, folia eius sunt similia foliis porri. Radix magis cõpetit medicinæ quã folia viridis melior est quã sicca. Diureticam habet virtutem cõsumend. attrahendi, & siccandi. Valet ad prædicta & eodem modo vt anethum, excepto quòd valet ad morpheam & alopæciam sic accipe apes combustas, & earum puluores commisce cum succo aphodilorum, & erit vnguentum conueniens contra prædicta. Contra stranguriam & dissuriam in tribũs ʒ succi aphodilorum resolue, ʒ. j saxifragiæ puluerizatæ

b Aphodilus centum capita albutium idem.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 324 sur 459

& ʒ. j granorum ſolis & bulliant vſque ad conſumptionem duarũ partium & da patienti colaturam cum zuccaro.

Contra hydropiſim medium corticem ebuli & ſambuci & filipendulæ an. ʒ. iij. bulliant in iiij ʒ. ſucci aphodilorum & detur contra leucophlegmantiam præcipuè.

Contra maculam & omne vitium oculorum, accipe ʒ. ß. croci & ʒ. ß. myrrhæ, bulliant in ℔ ß. boni vini rubei & ℔ ß. ſucci aphodilorum vſque ad conſumptionem mediæ partis, & ponantur ad ſolem per plures dies, vt ad mediocritatem reducantur, in vaſe æneo debet poni, miro modo prodeſt ſi oculi tali collyrio illiniantur. Valet etiam contra impetiginem, vt dictum eſt in alopicia.

a De allio. CAP. XV.

a *Allium duplex eſt.*

A Llium eſt cali. & ſic in medio iiij. gra. Allium aliud domeſticum, aliud ſylueſtre quod ſcordeon appellatur, ſiccum eſt & calidum minus tamen quàm allium domeſticum, ſed non habemus determinatum ab autoribus in quo gra. ſit eius exceſſus, mediocriter tamen operatur. vnde in receptionibus poni debet ſylueſtre & non domeſticum, quia domeſticum cum impetu operatur, illud autem non. Alij ſylueſtris floribus vtimur & debent colligi in fine veris & in vmbra ſuſpendi & deſiccari per biennium poſſunt ſeruari in multa efficacia melius tamen eſt vt in ſingulis annis renouentur.

Alij domeſtici capitibus vtimur virtutem habet diſſoluendi, conſumendi, & expellendi venenum. Contra morſum animalium venenoſorum, accipe alia & tere cataplaſmentur. Contra lumbricos accipe alia, piper, pirhetrum, petroſil, & ſuccum menthæ, & acetum, & facto inde falſamento intingat cibum, & comedat. Ad aperiendum, & vias hæpatis, & vrinales meatus fiat falſamentum ſimiliter & diſtemperetur cum vino, & herbarum diureticarum ſucco, & detur. Contra ſtranguriam, diſſuriam, & dolorem iliorum, tere alia, & coque in oleo, & facto inde emplaſtro impone pectini, & circa virgam & loca dolentia ſatis valet. Ad prouocandum menſtrua depiletur dens allij, & bene mundatus ponatur in orificio matricis, mẽſtrua prouocat, ſicut dicit Conſtantinus, vel ſic, coquantur allia in aqua, & in tali aqua ſedeat mulier vſque ad vmbilicum, & bulliant allia in oleo, & fiat ſuppoſitorium. Locus vbi fuerit morphea ſcarificetur, & poſt cum allio trito fricetur & cataplaſmetur. Cotra herpetem eſtiomenum accipe allij capita & folia, & piper, & tere, & fac emplaſtrum materiam conſumit. Viſui obeſt oculorum, quia deſiccat, & mouet humores ad ipſos oculos, toti etiam nocet corpori ſi vltra modum ſumatur, quia generat lepram & multa alia vt apoplexiam maniam &c. Flores allij ſylueſtris diuretici ſunt, & in ſyrupo vel vino vel aliquo alio potui ſumpti valent contra ſtranguriam & diſſuriam. Notandum quòd allium domeſticum raro aut nunquam in medicinis in antidotario reperitur.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 325 sur 459

Allium syluestre sæpius propter suas temperatiores qualitates.
Alium cholericis multum nocet, & cholerā rubē cito generat phlegmaticis prodest & paraliticis.

a De Acoro. CAP. XVj.

ACorus calidus est & siccus in secundo gradu. a Acorus radix est glandioli, qui non tantum in humidis locis. sed etiam in marinis & siccis crescit. Acorus in principio æstatis debet colligi, & in quatuor partes findi remotis extrinsecis superfluitatibus cum cultello, & sic ad solem desiccari, ne cum humiditate sua remanens citius putrescat potest autem seruari per biennium in multa efficacia, habet enim virtutem dissoluendi, & aperituam & diurecticam.

b Contra splenis diuritiem & hepatis, accipe ℔.i. radicis scilicet acori, aliquantulum triti. & maceretur per tres dies in aceto, & totidem noctes: postea coquatur ad medietatem aceti, postea coletur, & colaturæ addatur mel, iterum coquatur ad consumptionem aceti. Istud autem oximel detur quotidie in mane patienti, cum decoctione acori.

At idem accipe libram .i. & semis succi acori olei ʒ. i. & semis aceti lib. semis amoniaci ʒ. ii. serapini ʒ. i. & dimitte simul per vnam noctem iacere in aceto, mane coque vsque ad medietatem: Deinde appone puluerem ipsius acori, & ex tali vnguento splenam & hepar manibus malaxando inunge. Et si vis facere cerotum decoctioni appone ceram & ex tali cerotovnge, vel super ponatur in modum emplastri. Vinū etiam decoctionis eius valet ad idem sed tamen non detur febricitanti.

Contra ictericiam, coquatur radix acori in aqua & coletur & in colatura coquatur cicer rubeum, & detur patienti summum enim remedium est si fuerit sine febre. si vero cum febre lenta fuerit, fiat eis balneum de radice acori, si potes vel si nō habes eiusdem copiam ponatur puluis acori in balneo in sacculo.

a Acorus quid sit.

Vel sic, decoquatur acorus in multa quantitate in aqua, & ponatur patiens in aquavndique bene coopertus pannis sedeat vt sudet. quoniam talis desudatio optimè purgat choleram rubeam.

Contra pannum oculi succus acori & succus fœniculi ante ponatur in vase & soli exponatur vt humiditas consumatur, postea aponatur puluis aloes & bulliant parum ad ignem, & cola per pannum post ea pone in vase æneo & cum opus fuerit cum penna ponatur in oculis. Valet etiam contra pannum oculorum, quæ tela dicitur.

b Qualiter oximel fit ex aceto.

Aërem infrigidat hoc modo, folia aspergantur super pauimentum & myrrhæ actuali frigiditatem aerem infrigidat. Apozima acori valet contra dolorem lateris, & hepatis, & pectoris. Succus radicis eius oculos mundificat.

c De Amoniaco. CAP XVij.

AMoniacū calidū est, in tertio gradu, & siccum in secundo.

c Quid sit amoniacū.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 326 sur 459

est autem amoniacum gummi cuiusdam arboris, quæ simili nomine appellatur, cuius rami in superficie minutatim inciduntur in æstiuis diebus, liquor inde distillans induratur, & dicitur amoniacum, illud quod est albius & purius est eligendum & cui terra non admisceatur, bonum autem assimilatur albumini oui cocto, habet autem virtutem dissoluendi & relaxandi.

Contra tussim antiquam humectam, & asthma ex grosso phlegmate & viscoso tres guttæ amoniaci accipiantur in ouo sorbili, vel distemperentur cum melle, & dentur patienti, vel fiant pilulæ ax eo & melle, & dentur pectore prius molificato cum dialtea, vel cum butyro, vel semine lini, vel branca vrsina.

b Quid sit anisum.

Contra scrofulas in principio accipe amoniacum, salgemmam nitrum, succum, marubrij & ceram resolue in aceto, & inunge.

Contra vitium splenis, accipe amoniacum, galbaum æquo pondere, & resolue in aceto, & dimitte per vnam noctem in mane resolue cum cera additis pulueribus costi absinthij, & facias vnguentum siue cerotum. Amoniaci i ℈. potatus cum oximelle spleneticos curat. Emplastrum ex eo & ex aceto factum, & super splenem & hepar durum impositum mox duritiem curat.

Contra lambricos detur amoniacum cũ succo absinthij & persiccari addito melle. Albedines oculorum detergit & asperitates palpebrarum lenit, pice dura æquo pondere mixta.

Ad menstrua prouocanda ex solo amoniaco fiat suppositorium, vel suffumigatio, vel de amoniaco, galbano, & assa fœtida fiat suppositorium.

Pueris quibus nihil est dandum accipe amoniacum & succum absinthij & per siccarie, & resolue in aceto, & fac emplastrum & super vmbilicum pone.

b De Aniso. CAP. xviij.

ANisum calidum & siccum est in quarto gradu. Alio nomine dicitur ciminum dulce. Semen est cuiusdam herbæ quæ simili nomine appellata est. Virtutem habet dissoluendi & consumendi.

Contra ventosam indigestionem, & acidam eructationem, detur vinum decoctionis seminis anisi, fœniculi, & masticis, vel vinũ decoctionis anisi, costi, masticis vel plurium istorum addito puluere cinamomi & masticis. Valet contra indigestionem & dolorem intestinorum ex frigiditate. Vel aliquod electuarium quod procuret digestionem, detur cum tali decoctione. Valet contra dolorem ex ventositate appositum tepidũ cum parietaria.

Contra dolorem aurium & maxime si ex humiditate fiat decoctio eius in succo porri, & oleo in cortice cepullę: auribus instilletur

Contra vitium matricis ex frigida causa detur trifera magna cũ decoctione anisi.

Decoctio anisi cum aliis herbis diurecticis soluit oppillationem splenis & hepatis.

Contra liuorem ex percussione,

& præcipuè si sit in facie & circa oculum, conteratur anisum cum cimino, & super ponatur cum cera liquefacta.

Ad augmentationem lactis & spermatis valet puluis anisi sumptus in cibis vel potu & facit hoc aperiendo meatus tam lactis quam spermatis calore suo.

a De Absinthio. CAP. XIX.

ABsinthium calidum est in primo gradu, & siccum in secundo. Absinthij duo sunt genera vnum quod dicitur ponticum, vel quia in ponto insula reperitur, vel quia ponticum habet saporem, colorem habet viridem, saporem amarissimum, in fine veris coligitur, in vmbra exiccatur per annum seruatur. Reperitur autem subalbidum & minus amarum, & tale minoris est effectus.

Absinthium dicitur habere duas contrarias proprietates, scilicet laxatiuam & constrictiuam. Constrictiuam habet ex grossitie substantiæ & ponticitate. Laxatiuam ex calidate, & amaritudine. Grossam dicitur habere substantiam propter ponticitatem & amaram, amara enim & pontica grossam dicuntur habere substantiam: quare si interius reciperetur materia existente compacta, eam grossitie sua compactiorem redderet suaque caliditate quod humiditatis inerrat dissoluendo ab ea, & ita materiam illam digestioni reddit minus habilem, & sic contraria operatur quare non est dandum nisi materia existente digesta vt digestam dissoluat, vt dissolutam ponticitate sua constringente expellat.

Contra lumbricos in inferioribus intestinis existentes detur succus absinthij cum puluere betonicæ, vel centaureæ persiccariæ, vel nucleorum persicorum vel foliorum.

Contra opilationem splenis detur succus eius cum puluere costi. Idem valet contra oppilationem hepatis ex frigida causa. Contra oppilationem hepatis & ictericiã detur succus eius, & scariolis vel ex his fiat syrupus, & detur cum calida. Ad prouocandum menstrua pessarizetur succus eius, vel fiat suppositorium ex absinthio & arthemesia coctis in oleo communi, vel violarum, vel muscellino quod melius est. Contra dolorem capitis ex enatumasi stomachi, id est ex fumositate stamachi detur succus eius cum zuccaro & calida. Contra ebrietatem detur succus eius cum melle & calida. Quando vero timetur appoplexia contra amissam loquelam supremum & remedium.

Contra fumositatem ex frigidis humoribus detur cum aceto & calida vel cum puluere diptami.

Contra suffocationem ex fungis detur cum aceto & calida. Cõtra duritiem splenis absinthium coctum in oleo cataplasmetur: vel inungatur ex succo eius vnguento facto ex aceto & amoniaco cera & oleo inungatur ad solem, vel ad ignem malaxando manibus.

b Contra doloré & liuorem mẽbrorum ex percussione ex succo absinthij & puluere cimini & melle fiat emplastrum.

Contra vermes aurium succus

a Absinthij duo sunt genera.

b Ad liuorẽ membrorũ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 328 sur 459

eius instilletur. Succus eius potatus visum clarificat, & oculis impositus ruborem & pannum oculorum remouet. Libros & pannos tutos a muribus seruat teste Dioscoride & Macrobio.

Syrupus ex eo factus stomacho & hepati subuenit. Cum oleo coctum ceræ & oleo admixtum stomacho iunctum confert & dolorem expellit.

Appetium iritat, & ebrietati repugnat, & ictericiam curat. Cũ siseleo aut spica bibitum dolorem stomachi mitigat, ac inteſtinorum qui est ex grossa ventositate & humiditate. Cataplasmatus puluis duritiem soluit. Succus eius instillatus auribus humiditatem ab eis manantem desiccat. Cum felle tauri tritum & auribus iniectum confortat eas, & sonitum ab eis expellit.

a Quid sit anacardius.

De Anacardis.
CAP. XX.

ANacardi calidi sunt & sicci in iiii. gradu. sunt autem fructus cuiusdam arboris in India nascentis. quidam dicunt quòd sunt pediculi elephantis, quod falsum est. sponderosi & humorosi meliores sunt: diu possunt seruari s. per triginta annos nisi ponatur in nimis sicco vel humido loco.

b Ad surditatem auium.

Anacardi per se sumpti lepram inducunt vel mortem.

Contra obliuionem decoquatur castoreũ in forti aceto: postea adde gummositatem anacardi abiectis exterioribus, & vnguatur posterios pars capitis, præcedẽte scarificatione.

Contra serpiginem & impetiginem, confice auripigmentum cũ succo anacardi & abluto loco patienti cum aqua calida superponatur vnguentum illud. Caue tamen ne diu dimittatur, quia nimiam faceret incisionem, sed illo remoto ablue iterum cum aqua, & iterum vnge, & sic poteris facere multoties inungendo & lauando.

Contra morpheam, saluiam, absinthium, interiora coloquintidæ puluerizata confice cum succo anacardi. Vel sic. Ista conficiantur cum aceto & fiat decoctio, & ex illis sic decoctis fiat emplastrum.

Theodo. Anacardi contra obliuionem valent, & lepram curant.

De amygdalis amaris.
CAP. XXI.

AMygdalæ amaræ calidæ & siccæ sunt in ij. gradu amaræ cõpetunt medicinæ dulces esui.

Contra asthma & tussim ex frigiditate terantur amygdalæ amaræ, & adito zuccaro ad reprimandum malum saporem fiant pultes.

b Cõtra surditatẽ terantur, & contritæ ponantur intra duo folia sub cinere feruentissimo, deinde exprimantur, & illud oleum quod inde effluxerit instiletur in auribus cũ aliquis humor impedit auditum, vel quando egreditur sanies.

Contra lumbricos conficiatur cibus ex tali oleo, & farina lupinorum amarorum vel ex hoc potest fieri emplastrum pueris circa vmblicum.

Ad menstrua prouocanda si ex tali oleo fiat pessarium vel suppositorium, vel ex eo oleo illiniantur, vel ex trifera magna & ex tali oleo fiat suppositorium.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 329 sur 459

a *De Aristologia.*

CAP. XXII.

ARistologiæ diuersæ sunt species, longua & rotunda. Vtraque calida est & sicca in secundo gradu & dicunt quidam quod sic, est in tertio gradu. Rotũda magis competit medicinæ, sed magis radix quam folia, radix in autumno collecta & exiccata per biennium seruatur in multa efficacia. Et nota quod omnes herbæ quarum radices competunt medicinæ, tunc debent colligi quãdo adsunt flores, quia tunc humiditas colligitur circa radices, folia verò in tempore productionis florum, quia humiditas trahitur ad superficiem. Folia cum floribus virtutem habent cõsumendi, & expellandi venenum, & per biennium seruatur. Contra morsum animalium venenatorum detur puluis eius cum succo menthæ.

Puluis eius mortuam carnẽ leuiter corodit seu in puluere seu in fistula, formetur licinum secundum profunditatem eius & melle inunctum aspergatur puluere aristologiæ, & post intromittatur.

b Ad expellendum fœtum mortuum & pecus coquatur radix in vino & oleo, & fiat formentum iuxta femur.

Contra asthma humidum duæ partes puluris aristologiæ & dimidia gentianæ cum melle conficiatur, & tale electuarium detur.

Contra epilepsiam aristologia rotunda euforbium castoreum sulphur viuum fiat decoctio in oleo petroselini, vel muscellino vel saltem in oleo oliuæ, & inungatur spina a collo inferius.

Ipse etiam puluis cum aceto mixtus cutẽ ascabie & sanie curat.

Aristologiæ assertione.

a *Aristologiæ duæ sunt species*

Dioscorides exagium cum vino propinatum fit contra venenum. Similiter ventris placat dolorem. Potata cum pipere & myrrha sordiciem parturientium mundificat, menstrua prouocat. Rotundam cum aqua bibitẽ epilẽpticis podagris, & spasmum habentibus subuenire dixit. Valet anethiuioris, & singultini oris, splenem durum habentibus proficit. Rigorem febrium & lateris dolorem amputat sic cum aqua bibatur.

b *Fœtũ mortuum expellit aristologia.*

c *De Ambra.*

CAP. XXIII.

c *Quid sit ambra.*

AMbra calida est & sicca in secundo gradu. Ambra dicitur esse sperma ceti. Alij dicunt quod fit de secundina, quæ post partum emittitur, hoc autem falsum est quia illud est impurum & sanguineum habet colorem. Ambra autem est alba, & si inueniatur grisei coloris melior est, nigra nihil valet, fit autem de spermate ceti, virtutem habet confortatiuam.

d *De sophisticatione ambræ.*

d Sophisticatur autem cũ puluere ligni aloes & storacis calamitæ & laudano resolutis addito musco soluto in aqua ros. apposita ambra in modica quantitate. Cognoscitur sophisticata, quia sophisticata potest malaxari manibus vt cera vera ambra non potest. Virtutem habet conseruandi, confortandi, conseruari potest diu. Contra syncopem fiant pilulæ ex ℈. i. ambræ. & i. ℈. ligni aloes & ij. ℈. de osse de corde cerui: que trita resoluantur in aqua ros. & fiant

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 330 sur 459

inde pilulæ. Contra epilepsiá ambram pone,& os de corde cerui & cornu ceruinum in vase vitreo & patiens recipiat fumum per nares & os,multum valet.Contra suffocationem tamen trita ponatur similiter in vase vitreo cum aliis aromaticis , vel sola & recipiatur fumus per os vuluæ,fœtida verò naribus apponantur, sicut est liciniũ in oleo instrictum incessum & intinctum naribus appositum. Solummodo licinio tali madefacto in oleo & extincto & naribus apposito,mater Ioannis platearij liberauit quandam nobilem.

Nota contra casum matricis debent inferius poni fœtida , superius aromatica.
Cõtra suffocationem superius fœtida,inferius aromatica.

a Arthemisia valet cõtra sterilitatem.

b Modus faciendi acetum.

a De Arthemisia.
CAP. XXIIII.

ARthemisia quæ mater herbarum dicitur calida est & sicca in iiij. gradu.folia eius magis competunt vsui medicinæ quam radices , viridia magis quam exiccata. Valet contra sterilitatem factam ex humiditate , nam si ex siccitate esset,obesset. Satis potest perpendi ex complexione mulieris si sit pinguis aut malicenta. Debet autem pulueriſari arthemisia cũ succo herbæ quæ dicitur bistorta, & cum nuce muscata,sint autem hęc in eadem quantitate Conficiatur puluis cum melle vel syrupo simplici , & detur in modum electuarij , mane & sero cum vino decoctionis arthemisiæ.
Prodest tamen magis si balneetur in aqua vbi cocta sit arthemisia & folia lauri . Vel si fomentetur vulna ex aqua tali valet arthemisia cocta in oleo communi vel nucis.

Ad menstrua prouocandum fiat pessarium ex ea, vel talis decoctio pessarizetur.

Contra tenasmum ex frigiditate recipiat patiens fumum colophoniæ per annum positæ super carbones , deinde calefacit arthemisiam supra testam , & calefacta ponatur super lapidem molarem , & desuper sedeat infirmus. Probatum est. Contra glandulas quæ nascuntur iuxta annum , fiat prius circa eas scarificatio , postea ponatur puluis arthe. & marubij. Contra hemicraneam & cephaleam detur opiata aliqua cum aqua calida vel cum vino decoctionis arthemisiæ.

b De aceto.
CAP. XXV.

ACetum frigidum est & siccum in ij.gradu , penetratiuam habet virtutem & diuisiuam ex substantia, & constrictiuam ex qualitatibus suis. Acetum potest fieri hoc modo. Ponatur vinum bonũ in vase ita quod vas sit semiplenũ tantum , & discooperiatur , & ita potest fieri acetum. Vel si sitius facere volueris calefacias calibem vel lapides,& pone in vino,ore vasis remanente discooperto,vel vas cum vino ponatur ad solem per duos dies vel tres. Probarè debes hoc modo acetum pone super terram,vel supra ferrum frigidum, & si bullierit bonum est,si autem nõ, non est bonum. Contra vomitum &fluxum ventris bulliant in aceto

tannum

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 331 sur 459

tannum roſæ thamarindi gallæ & ariſtologiæ rotondæ vel aliquod eorum, & in tali aceto calido ponatur lana vel ſpongia, & ponatur ſupra ſtomachum ſi fit vomitus. Si autem ſit fluxus ponatur ſupra renes, & ſupra vmblicum.

a Valet omnino ſyrupus acetoſus contra ſimplcem tertianam & cõtra duplicem tertianam & ad quotidanam de phlegmate falſo, & ad omnes acuras febres, ſi mane detur cum calida diuidit autem materiam.

Fit autem ſic: zuccarum debet reſolui in aqua & aceto & decoquatur donec adhæreat catiæ, & ſi vis facere diureticum magis decoquatur vt inuenitur in compendio ſalernitano.

Syrupus valet contra calidam materiam, valet etiam acetum cõtra frigidam materiam, quia ex aceto & melle fit oximel quandoque ſimplex quandoque compoſitum.

Simplex autem fit ex duabus partibus Aceti & tertia mellis ſi ſimul coquantur ad ſpiſſitudinem mellis. Compoſitum autem fit hoc modo.

Accipe radices fœniculi, apij, petroſelini & contere aliquantulum per diem & noctem iaceant in aceto, ſecundo die coque ſimul vt ſupra, & poſtea cola, & in aceto illo ſic colato pone mel ad tertiam partem & coque vt ſupra.

b Itẽ fit oximel ſquilliticum hoc modo. Accipe ſquillam & dimitte ſimiliter in aceto per diem & noctem & coque & cola. Oportet tamen quod exteriora & interiora ſquillæ abiiciantur, mediana verò admiſceri, deinde admiſceas mel vt ſupra, & ſi non habeas ſquillas accipe radicem raſa. & ſimiliter fac de ea. Sicut ſyrupus acetoſus datur contra calidam materiam, ita oximel ſimplex contra frigidam materiam, quia digerit eam. Acetum confortat appetitum. Accipe ſalumam: piper, petro, pirhetrũ, mentham: & tere & diſtemperacum aceto tale ſalamentum dicitur pictauenſium. Item ſi carnes edãtur ſolummodo cum aceto appetitũ prouocant Nota ſi acetum inuenerit ſtomachum vacuum ſtringit ipſum ſi plenum relaxat eum. Valet etiam contra debilitatos ex ægritudine. Accipe acetum & pone intus panem aſſum: & extali pane bene ſic madefacto, vnde os & labia & nares patientis: & venas pulſatiles in brachio, & ibi etiam ſupra venas liga talem panem aſſum ſcilicet in aceto madefactum multum confortat patientem. melius eſt ſi addas ſuccum mẽthæ cum aceto, plus etiam valet panis intinctus in ſucco menthæ. Valet etiam acetum contra lithargiã & phreneſim, ſi fiat fricatio circa volas manuum & pedum cum ſale & aceto. Ad eaſdem paſſiones valet ſi raſo capite lauetur caput ex decoctione aceti & caſtorei.

Nota quod catulus abſciſſus per dorſum vt porcus adiectus interioribus capiti appoſitus, ita quod remaneat in catulo tantum cor hæpar, & ipſe pulmo multum valet.

a *Modus faciendi ſyrupum acetoſum.*

b *Modus faciendi oximel ſquillitium.*

c De Alcanna. CAP. XXVI.

c *Quid ſit alcanna.*

ALcanna frigida eſt in primo gradu, ſicca in principio ſecũ-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 332 sur 459

di gra. Alcanna herba eſt in traſmarinis partibus, & in Sicilia reperitur copioſè. Virtutem habec mundificandi, abſtergendi & extenuendi, quia igitur non vbique reperitur, quidam eam puluerizant & pulueriſata per diuerſas portatur regiones, puluis eius ſubnigri coloris eſt & per plures annos poteſt ſeruari. Valet ad mundificandum cutem hoc modo. Qui vult mundificare & attenuare cutem ſiue in brachio ſiue per totum corpus eat ad balnea & ablutis partibus cum aqua calida abluatur & diſtēperatur alcanna in albumine oui & aceto, & vnguatur, & paulopoſt partes inunctæ abluantur. Item in aqua calida in ſecunda die abluantur, & ſic in tertia & in quarta. Et nota quod in prima die partes inūctæ apparebunt deformes, ſecundo die minus: quarto die lucidiſſimè apparebunt. Hoc etiam modo curatur herpes granoſus.

a Auripigmenti duæ ſunt ſpecies.

b Pſilotrum quomodo fit.

Ad conſolidationem vulneris valet ſi ſuperponatur ſolummodo alcanna vt eſt in aure & in naſo & etiam alibi. Et nota ſi non habes alcannam ad conſolidandum vulnera tantundem valet puluis cinamomi. Si vis tingere capillos, vel vngues: vel alias partes corporis rubeo colore diſtempera alcannā cum aceto vel aqua. Si volueris nigro colore tingere, diſtempera cū olea, & partem intinctam dimitte ſiccare, vix poſtea recedet tinctura illa niſi cum ſucco pomorum citri, & galange vel cantabro & aceto.

De Auripigmento.

CAP. XXVII.

AVripigmentum calidum & ſic cum eſt in quarto gradu de vena terræ fit, diſſoluit, atrahit, & mundificat.

a Duæ ſunt ſpecies auripigmenti. Eſt enim rubeum & citrinum. Citrinum competit medicinæ.

Contra antiquum aſthma & tuſſi. ſcilicet ex humiditate, ponatur auripigmentum ſuper prunas & inclinato capite erectis pedibus recipiat patiens fumum per embotū. Embotum eſt inſtrumentum latum inferius, ſtrictum ſuperius, habens canalem in fundo. Ros quoque valet contra aſthma ex humiditate, pueris autem detur. ℈. i. auripigmentum cum ouo forbili, vel cum vino, vel cum lacte mulieris.

b Ad idem valet, ex auripigmento & calce viua fit pſilotrum hoc modo accipe ʒ. iiij. calcis viuæ, & reſolue in aqua & bulli, poſtea adde iiij. partem ʒ. auripigmenti: & coque. ſignum decoctionis eſt, quando penna immiſſa, & ſtatim extracta facile depilari poteſt.

Si vis remouere pilos oportet te eſſe in loco calido, & partem illam inunge illo pſilotro poſtea abluas cum aqua calida, quia aliter excoriaret ſi eſſet frigida, vel nimis calida. Sed nota huic pſilotro quidam addunt ciminum, vt nō excoriet: & alœn. Auripigmenti. ℈. iij. ſumpti cum ouo ſorbili iuuant aſthmaticos.

Contra impetigenem & ſerpiginē morpheam albam accipe ℔. iii. ſaponis ſpaturenſis, & tertiam auripigmenti, & diſtempera & fac vnguentum & inunge. prius cum aqua calida abluas partem illam, & poſt inunctionem ſimiliter: quia ſi diu remanſerit ibi, tam

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 333 sur 459

bonam quam malam carnem corodit, & ter vel quater ablue illa vnguendo.

a Vt nunquam pili naſcantur euelle eos radicitus, & inunge ex oleo iuſquiami, & auripigmento ſimul confectis nunquam renaſcẽtur. Oleum iuſquiami fit hoc modo: contere ſemen iuſquiami cum oleo communi, & pone in foliis & mitte ſub cineres calidos, & coque, & poſtea manibus exprime. Illud oleum valde bonum eſt. Vel aliter coque ſemen iuſquiami cũ oleo communi, & poſtea cola & vſui reſerua. Ad vngues reparandos accipe ſera. & miſce cum eo auripig. puluerem, & oleum & ceram, & inde fac emplaſtrum & pone ſuper vnguem.

a *Vt pili nũquam renaſcantur. Qualiter fit oleum iuſquiami.*

b De Aſpalto. CAP. XXVIII.

b *Quid ſit Aſpaltũ.*

ASpaltum. i. bitumen iudaicum calidum eſt & ſiccum, in quarto gradu diu conſeruatur in multa efficacia. Terra quædam eſt quæ venit de tranſmarinis partibus, ſcilicet de Iudea & India, & eſt nigri coloris & ponderoſa & fœtida, virtutem habet attrahendi, & conſolidendi. Alij dicunt quod ſit ſpuma cuiuſdam lacus, ita vt creta, & induratur, in quo. ſcilicet Sodoma & Gomorra perierunt. Sed vndecunque veniat, multum valet ad conſolidanda vulnera ſi puluꝛiſetur, & ſicco vulneri ſuperponatur, etiã ſi vulnus fuerit multum longum & latum. Valet etiam ad paſſionem matricis tam inferius quàm ſuperius ſi ponatur ſuper carbones, & mulier recipiat fumum per os matricis, ſi matrix oprimit ſpiritualia, vel per vuluã cum emboto. Si verò matrix ceciderit inferius accipiat cum emboto per vuluam, ſed abominabilis eſt fumus ille, & ideo valet. Valet etiam ad purgandum phlegma de capite, & etiam ſomno-lentis & lithargicis, puluꝛiſa aſpaltum & caſtoreum, & fac pilulas cum ſucco rutæ agreſtis, & cum opus fuerit i. vel ij reſolue in ſucco eiuſdem rutæ vel in vino, vel iniice per nares cum naſale ægro iacente ſupino. Contra illiacam paſſionem accipe ʒ. j. aſpalti & puluꝛiſati, & pone per noctem in oximelle ſquilliticо, & in mane cola & clyſteriſa, vel ſi vis melius facere, in eadem hora miſce & clyſteriza.

De Arnogloſa. CAP. XXIX.

ARnogloſa frigida eſt & ſicca in ij. gradu, vtilis eſt ad deſiccandum vulnera, & mundificandã putredinem eorum. Hepar confortat. Repugnat etiam ſacro igni, ne circumambulet corpus. Valet etiã hæmorrhoïdis. Omnem calorem qui eſt ex ignis vſtione refrigerat. Vtilis eſt hæmorrhoïdicis diſſinтericis, & quibus fluunt menſtruã, vel hæmorrhoïde. Vulnera pulmonis curat.

c Radix eius in aqua cocta dolorem dentium mitigat, ſi os ex aqua lauetur. Vt ait G. Succus quinque neruiæ valet contra oppilationem rerum. Dioſcorides maculas nigras ſanat cica triſat & maximè ſemen eius tritum. Gignit ſanguinem abſtergit calida & maſticata dentium dolorem toliit. Vulneri

c *Ad doloꝛẽ dentium.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 334 sur 459

seccus oculum vel nasum succus eius cum lana per nouem dies imponatur. Succus eius datus quarta nariis ante duas horas accessionis valet.

Vulnera recentia cum axungia curat. Dioscorides quinque neruiæ inquit succus valet contra pustulas oris, qui si misceatur, cum chimolea, aut cerusa, fit optimus contra erisipilas.

a *Effectus auenæ.*

a De auena. CAP. XXX.

AVena vires habet leniter relaxãtes & ad omnem tumorem facientes mollit duries, & ideo ad egilopas farina eius cataplasmatis coniuncta cõgruè facit.

b *Effectus abrotani.*

b De abratano. CAP. XXXI.

ABrotanum calidum est in secũdo gradu, siccum in primo. In cuius apozimate mulieribus sedentibus menstrua prouocat, secũdinam & mortuum fœtum eiicit. Clausas vuluas aperit, apostemata si habuerint sanantur, lapides frangit, stranguriam soluit, potatum lumbricos & ascarides eiicit. Succus eius mixtus myrrhæ & pessarizatus, aut pectini cataplasmatus menstrua prouocat putridos humores vuluę desiccat, dolores eius & phlegmatica apostemata in ea nascentia optimè sanat. Puluerizatur, & cum farina ordei mixtum dura soluit apostemata. Succus eius vel cinis eius cũ vetusto oleo mixtus alopiciam sanat, lotus non habentibus pilos occurrit. Abroantoleon epithimatum rigorem febris aufert. Succus eius bibitus & cataplasmatus sanguinem membris allisum ex vulnere, vel cõclusione mundificat, vel educit.

c *Effectus assari.*

c De assaro. CAP. XXXII.

ASsarum calidum est & siccum in tertio gradu. Menstrua & vrinam prouocat de grosso phlegma. Valet hydropicis, sciaticis, hæpaticis, & vulnera mundificat, hydropisim per vrinam purgat, pro quo põdus & semis ponatur acori.

d *Effectus ameos.*

d De ameos. CAP. XXXIII.

AMeos calidus & siccus in tertio gradu Menstrua & vrinam de grosso phlegmate constipata prouocat. Cum melle potatus lũbricos cucurbitinos & ascarides occidit.

Grossam ventositatem dissoluit. Lapidem frangit, stomachum calefacit, hepar & meseraycas venas, renes & vuluam mundificat, quia vrinam & menstrua prouocat. Tritus & cũ melle potatus, potuique cum calida datus, phlegmaticam febrem & morsus reptilium curat. Assuefactus tamen vel cataplasmatus cutri citrinum colorem accommodat. Quartanam curat. Tortionibus medetur, inflationes prorsus sedat. Mixtus confectioni cantarid. vim earũ reprimit. Melli additum liuores detergit, bibitum & perunctum colorem bonũ reddit.

e *Effectus iari.*

e De aaron. CAP. XXXIIII.

AAaon id est iari folia cocta & cruda comedi possunt cũ sale,

virtus est in semine radice & foliis.
Mixta fimo bubali, & cataplasmata podagritos iuuat.
Radix eius extenuat non mediocriter, vnde ad expuendum pecto ris hu. est vtilissima.
Quartanam curat.

De *anagalidos*. CAP. XXXV.

ANagalidos semen est myrtæ: cuius seminis elixatur à collyriis miscetur, quæ caligines oculorum detergit.

a De *apio cerfolio*. CAP. XXXVI.

APium quod vulgus cerfolium vocat calidum est in iij. gradu siccum in ij. Quod cum mellicrate potui datum vrinam & mẽstrua prouocat laterum dolorem, renũ & vesicce placat. Ventris tortionem de grossa ventositate mitigat. stomachi ventositatem & hepatis, & omnium viscerum dissoluit & opilationem aperit.

j De balsamo.
ij De bolo.
iij De balaustia.
iiij De boragine.
v De baucia.
vj De borace.
vij De betonica.
viij De bernice.
ix De branca vrsina.
x De berberis.
xj De belliculis marinis.
xij De bistorta.
xiij De bdellio.

b De *balsamo*. CAP. I.

BAlsamus arbor est vt quidam dicunt vel frutex, quod verius est attestante Dioscorides & illis etiã qui viderunt, quia nunquam crescit nisi in quantitate duorum cubitorum. Circa Babyloniam reperitur in quodam campo, vbi sunt vij. fontes. *c* Si autem alio transferetur nec flores, nec fructus faceret. In tempore autem æstiuo inciduntur rami cum quodã cultello non penitus, postea suspenduntur ibi ampullæ vitreæ in quibus gutta emanans colligitur. In vno anno colliguntur lx. li. istius succi quod dicitur oppobalsamum frutex dicitur balsamus, postea incisi rami aliquantulum desiccantur & colliguntur, & dicuntur xilobalsa. fructus qui reperiuntur, dicuntur carpobals. Qui non possunt seruari ad plus, nisi per quatuor annos. Postea incipiunt putrescere, est ergo illud bonum quod recens est, vel quando non est perforatum, licet sit vetus. Si autem sit perfora tum, significatur vetustate esse cõsumptum. Xilobalsamum per duos annos seruatur. Est ergo eligendum quod cum frangitur habet aliquid glutinositatis interius, vel si sit vetus, sit solidum saltem interius & non puluerizetur. Quod si hoc est, significatur vetustate esse consumptum. Ista siquidem xilobalsamum & carpobalsamum virtutem habent calefaciendi & cõfortandi. Oppobalsamum succus balsami est & potissimam habet virtutem dissoluendi & consumendi, est calidum & siccum in ij. gradu. Sed quia charissimum est multis modis sophisticatur. Quidam vendunt terebentina, pro oppobalsamo. *d* Quidem admiscent parum balsami terebenthinæ, & ita habet

a *Effectus cerfolij.*
b *Quid sit balsamus.*
c *De modo extrahendi balsamum.*
d *De modis sophisticandi balsamum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 336 sur 459

odorem balsami & similitudinẽ. Alij admiscent oleum nardinum terebenthinæ. Alij accipiunt lignum celsi, vel foliorum citri & admiscent terebenthinæ, addito croco orientali. Alij admiscent oleum nardinum terebenthinæ.

Quidam autores dicunt, quòd sic discernitur, quia si ponatur in stili puncto & accendatur ardet similiter & terebenthina. Dioscorides dicit, quòd si gutta oppobalsami ponatur in lacte caprino, lac coagulatur, & gutta descendit ad fundum. Sed sunt multa alia coagulantia. Alij dicunt, quòd pãnus subtilissimus madefactus, & ablutus si in nulla parte remaneat infectus purum fuit oppobalsamum.

a De probatione balsami.

b Effectus balsami.

a Est ergo eligendum sic. purũ oppobalsamum est citrinũ & multum clarum. Dignoscitur à sophisticato sic, si cum stilo ponatur suauiter in superiori parte aquæ, ibi remanet, si in medio ibi remanet, si in inferiori ibi remanet.

Est autem alia probatio, pone aquã in aliquo vase, & pone oppobal. in illa aqua, postea moue cũ aliquo ligno: si sit sophisticatum vel terebenthinæ additũ turbatur, si sit purum oppobalsamum, non turbatur. Alia probatio, ablue manus tuas peroptimè, postea pone aquam mundissimam in vase argenteo vel in alio vase, postea pone oppobalsamum in panno mundissimo & subtilissimo, põderato tamen prius oppobalsamo, postea exprime in vase illo, & quòd purũ est in vna parte aggregabitur velut argentum viuũm. Si aliquid gummi ibi fuerit, remanebit in alia parte, vel si aliqua sophisticatio ibi fuerit. Si purus fuerit pannus impositus non inficietur nec oppobalsa. minorabitur, sed etiam erit eiusdem ponderis cuius prius fuit. Alia probatio: ponderetur prius oppobalsamũ in aliquo vase, & postea deponatur, deinde ponderetur terebenthina in eodẽ pondere. si fuerit purum oppobalsamum ponderabit in duplo vel in triplo plus quàm terebenthina. Si verò non ponderet plus vel parum plus quàm terebenthina cõstat esse sophisticatum. Dicunt etiam quidam quod si ponatur in volis manuũ vel pedum, penetrat volas. *b* Quod falsum est sed si parum oppobalsamum ponatur in palato cerebrũ ita calefacit, quod videtur succendi, habet enim virtutem vehementer dissoluendi, consumendi & attrahendi. Ad mũdificationem matricis accipe ℈. v. oppobalsami cum vino datus superfluitates matricis mundificat fœtum mortuum & secundinam educit, menstrua prouocat, bombice in oppobals. intincto & suppositio menstrua prouocat.

Contra stranguriam vel dissuriã, vel lapidem vesicæ, si etiam aliqua oppilatio fuerit ex frigidis humo. detur cum vino, vel virga prius ex aqua calida erecta & inflata iniciatur cum oleo muscellino per siringam, vngatur etiam locus oppilatus oppobalsamo vel oleo muscellino, vel nardino. Contra iliacam passionem vel dolorem stomachi factum ex frigida causa detur modicum oppobalsamum cum vino calido. Contra omnes passiones capitis inueteratas detur cum aliqua opiata illi passioni congrua Contra omnes cicatrices remouendas madefiat cera cum

oppobalsamo & ponatur supra cicatricem per decē dies quia cum cera potest diu seruari, & sic per quadraginta dies fiat, si necesse fuerit. Contra quotidianam & quartanam facta prius purgatione detur cum vino. Contre vitium aurium, ipsis auribus parum instilletur. Contra vitium dentium ex parte dolenti aliquid in aurem iniiciatur. Corpora mortuorum incorrupta conseruat, quia quantū dissoluit, tantum consumit.

De bolo. CAP. II.

BOlus frigidus est & siccus in secundo gradu. Bolus quædam vena terræ est, quæ præcipue in Armenia reperitur, vnde dicitur bolus armenicus, virtutem habet constringendi. Non sophisticatur propter eius multam copiā per centum annos potest seruari. Est autem eligēdus qui rubeus est, secundum omnes partes non habens colores distinctos, aliquantulum frangibilis.

b Boli armeni sit talis vsus contra æmaptoicem passionem, scilicet & fluxum sanguinis vomitum per os. Si fiat ex vitio spiritualium membrorum confice pilulas ex puluere boli, & gummi arabici, & penidiorum cum aqua ordei infusionis dragaganti quæ sic fit: in aqua ordei pone dragagantum per noctem, & fiet quædam congelatio, ex qua congelatione conficiātur pilulæ, quas teneat patiens sub lingua vt sic dissolutæ cum saliua transeant ad spiritualia. Si ex vitio nutritiuorum eius puluis cum puluere gummi arabici vsti confectus, & cum succo plantaginis potui detur. Contra dissinteriam vel fluxum ventris sanguineum commisce puluerem boli cum albumine oui, vel cum toto ouo, & fac crispellas, & da mane ʒ. ii. & semis. Vel sic confice puluerem boli cum succo plantaginis, & per os detur; vel iniice per clystere, facta tamen prius purgatione, si fuerit ex inferiori intestino per annum, si ex superiori per os. Fiat etiam emplastrum confice puluerem boli cum albumine oui, & modico aceto. Si materia sit in superioribus pone super vmbilicum, si in inferioribus pone super renes & pectinem.

a Quid sit Bolus.

Contra fluxum menstruorum confice bolum cum succo plantaginis, & suppositorium de bombice factum & intinctum supponatur. Contra fluxum sanguinis ex naribus hoc modo, confice bolum cum succo sanguinariæ, & fugat naribus, & fac stuelum, & pone in naribus vel puluis solus cū bombice naribus immittatur, vel fac liquidam substantiam de bolo armeno & succo sanguinariæ & fugat naribus. Fiat etiam emplastrum hoc confice pul. boli cum albumine oui, & succo sanguinariæ, & facto emplastro, pone super tempora.

b Effectus boli.

De Balaustia. CAP. III.

BAlaustia frigida est & sicca in secundo gradu. Dicitur autem balaustia flos caducus maligranati, cum autem arbor fructus debet producere, flores in quadā tuberositate conglutinantur, & quan-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 338 sur 459

doque ab arbore cadunt, quandoque ſumuntur. corticibus remotis, debent autem ſeruari, & poſſunt per duos annos in magna efficacia deſiccata. a Pſidia dicitur cortex mali gra. & debent cortices accipi cùm pomum eſt maturum ſeminibus eiectis. Ad omnia valet, ad quæ bolus arme. & præterea ad vomitum cholericum & fluxum ventris ex debilitate virtutis retentiuæ.

a Quid ſit Pſidia.

Contra vomitum cholericum hoc modo balauſtiæ & cortices mali gra. terantur & coquantur in aceto & ſpongia intincta ſuper furculam pectoris ponatur. Contra fluxum ex debilitate virtutis retẽtiuæ hoc modo, decoquatur in aqua pluuiali, & fiat fomentum. Puluis balauſtiæ vulnera conſolidat. Nota quòd loco boli poteſt poni puluis balauſtiæ. Sed generale tibi ſit in omnibus quòd cum aliqua ſpecies ponitur in receptione, aliam loco eius non ponas, ſi eam habere potes aliquo modo, quia minus eſt vtilis ſpecies in medicinis, & viridia ſunt quæ præcipuè competunt.

b De boragine. CAP. IIII.

b Quid ſit Borago.

BOrago calida eſt & humida in i. gradu herba eſt ſatis communis, aſpera habens folia, quæ dum viridia ſunt magis competunt vſui medicinæ, exiccata non, ſecundario ſemina, virtutem habet generandi bonum ſanguinem. Vnde conualeſcẽtibus, ex ægritudine valet, valet ſincopizantibus, cardiacis, melancholicis, comeſta cum carnibus, vel condita cum ſanguine. c Contra ſincopim talis ſit vſus, ex ſucco boraginis cum zuccaro fiat ſyrupus ex ſucco eius & zuccaro addito puluere de oſſe de corde cerui.

c Vſus boraginis cõtra ſincopem.

Contra melancholiçam paſſionem & epilepſiam ſic fiat decoctio in ſucco eius de ſene, & in colatura fiat ſyrupus. Si deeſt herba ſemen eius decoquatur in aqua, in cuius colatura fiat ſyrupus. Et nota quod ſemina per duos annos poſſunt ſeruari in multa efficacia. Radix competit vſui medicinæ, herba etiam cruda comeſta bonũ ſanguinem generat.

Contra icteritiam comed tur frequenter cocta cum carnibus & ſucco eius, & ſcariolæ patiens in potu vtatur.

d De baucia. CAP. V.

d Baucia duplex eſt.

BAucia calida eſt in ii. in gradu & humida in medio primi eius herbæ eſt duplex maneries ſ. domeſtica & agreſtis, herba etiã quę alio nomine dicitur paſtinaca, plus competit cibo quam medicinæ. Virtutẽ habet generandi multum ſanguinem & ſpiſſum, vnde augmentat libidinem. Viridis melioris eſt efficaciæ, exiccata nullius eſt. Conualeſcentibus & melancholicis valet cruda vel cocta comeſta, viridis & non ſicca.

Fit autem inde zinziber conditum ad coitum excitandum & digeſtionem confortandam, accipe radices, & decoque bene in aqua quas coctas incide minutatim, & exprime aquam & forma magdaleones, quibus addatur mel diſpumatũ, & coquantur ad mellis cõſumptionem, & continuo moueatur ne adhæreat cacabo. In medio

decoctionis

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 339 sur 459

decoctionis appone amygdalas si habes, & pineas mundatas si habes, postea appone species aromaticas vt zinziber, galanga piperis modicum nucis muscatæ, & alias species bene aromaticas.

De Borace. CAP. VI.

BOrax calida est & sic. in iiii. gradu. Est autem gummi cuiusdam arboris nascentis in transmarinis partibus. In ęstate effluit quędam viscositas pura, & exactione caloris condensatur & induratur. effluit autem inde quoddam impurum quod aliquantulum molle est & fœculentum & quasi terreū. Borax est eligenda quæ alba est & lucida & dura, & si habeat superfluitates abiiciantur. Virtutem habet mundificandi, & abstergendi, & attrahendi. Ad faciem clarificādam & pannum remouēdum maximè quod fit post partum & etiā si fiat ex calore aeris, puluis eius conficiatur cum aqua ros. & facies illiniatur. *a* Ad faciem mundificādam & depurandā, conficiunt mulieres cum melle albo dispumato & mundato & cum vnguento citrino.

Conficiunt etiam vnguentū ex gallinacea axungia cū puluere boracis, & facies illiniūt. Nota quòd in ii. ʒ. aquę ros. possunt poniə. iii. boracis in i. ℔. mellis ponatur ʒ. i. boracis. Ad mēstrua prouocāda & fœtum mortuum & secundinam fiat suppositoriū ex borace & centro galli bene decoctis in vino.

De Bethonica. CAP. VII.

BEthonica cali. est & sicca in iii. gradu. Eius folia præcipuè cōpetunt medicinæ viridia & exicca-

ta & multæ sunt efficatiæ. Bethonica cum simpliciter inuenitur ponenda sunt folia. Ad dolorem capitis ex frigida causa in eo existēte fiat gargarisma ex colatura decoctionis betonicæ, cū staphisagria in aceto. Si fiat ex anathamiasi stomachi detur vinum decoctionis bethonicæ. Valet etiam contra dolorem factum ex causa existente in capite.

Contra dolorem stomachi detur decoctio eius cum succo absinthij cum callida si sit vehemens constipatio, & in illiaca passione præcedente clysteri hoc idem fiat remedium. Item ad matricem mundificandum & conceptum seruandū, fiat fomentum ex aqua decoctionis bethonicæ, fiat etiam suppositorium, detur & electuariū confectum ex puluere eius & melle. *a* *Ad ornandam faciē mulierum.*

b De Bernice. CAP. VIII.

b *Quid sit Bernix.*

BErnix calidus est & siccus in iii. gradu. Est autem gūmi cuiusdam arboris in vltramarinis partibus nascentis. In tempore æstiuo quædā gummositas effluit, quæ actione caloris induratur, & siccatur & bernix dicitur cuius sunt tres species: quædam autem est subcitrini coloris, quædā subrufi, quædam subalbidi. *c* Quæcunque species sit dummodo est clara & lucida est eligenda. Virtutē habet conglutinandi ex gūmositate sua clarificandi & conseruandi, quod satis patet: quoniam pictores super alios colores ponunt ipsam, vt melius luceant, & alios colores conseruet. potest aūt diu seruari. *d* Cuius vsus vtilis est contra fluxum sanguinis è naribus: puluis confectus cum albumine oui tempori-

c *Bernicis tres sunt species.*

d *Effectus bernicis.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 340 sur 459

bus & fronti ſuperponatur. Et dicitur ſinapiſma quod fit ex glutinatibus puluis eius naribus iniciatur. Contra vomitū cholericū fiat emplaſtrū ex puluere eius & olibano & albumine oui & furculæ pectoris ſuperponatur. Idem fiat cōtra diſſinteriā tamē addito aceto & pectini ſuperponatur. Puluis etiā eius datus cū ouo ſorbili valet cōtra vomitū colericū & diſſenteriā. Valet etiam puluis eius contra interiorem & exteriorē ſolutionem. Puluis autē eius apponūt mulieres ſalernitanæ ad clarificādum faciē. *a* Nota quòd bernix kakabre & ventoſice idem eſt, ſed bernix dicitur græcè.

a Bernix eſt kakabre.

b *De branca vrſina.* CAP. IX.

b Effectus brancæ vrſine.

BRanca vrſina ca. eſt & humi. in i. gra. Virtutē habet molliendi & maturandi & leniendi. Contra frigida apoſtemata vtilis eſt vſus eius hoc modo folia cōterātur cū axungia porcina veteri, & ſuperponantur. Cōtra apoſtemata ſpiritualiū decoquatur in aqua prius cōtrita & ſuperponatur. Cōtra vitium ſplenis & ariditatē neruorū fiat vnguentum ex branca vrſina cōtrita & macerata diu in oleo, colaturæ addatur cera & fiat vnguētum contra prædicta.

c Quid ſit berberis.

d Modus faciendi ſyrupum de berberis.

Nota q; folia recentia ſuperponēda ſunt in vnguentis & empla.

c *De berberis.* CAP. X.

e Effectus belliculorū marinorū.

BErberi frigid. ſunt & ſic in ii. gradu. Sunt autē fructus cuiuſdā arboris rotundi, & aliquantulū oblongi, & aliquantulū ſubnigri, eligendi ſunt cōtinui & non perforati. *d* Valet cōtra febrilem diſcraſiam vt infirmis fiat eorum decoctio in aqua, & addito zuccaro colaturæ fiat ſyrupus. Cōtra hepatis calefactionē puluis eius cōficiatur cum ſucco ſolatri, & hepati ſuperponatur. Cōtra dolorē capitis ex calore tota nocte dimittatur macerari in aqua, & mane detur potui. Nota quòd per vii. annos ſeruari poteſt.

f Biſtorta valet ad cōceptum.

e *De belliculis marinis.* CAP. XI.

BElliculi marini frig. ſunt & ſic. ſed exceſſus eorū non denominātur ab authoribus, ſūt autē quaſi vmbilici: & circa litora maris inueniūtur. In vnguētis ad faciē clarificandā ponuntur, vt in vnguēto citri. Quorum etiā talis ſit vſus ad faciē: puluis eorum ſubtiliſſimus reſoluatur cun axungia galinacea prius reſoluta, & fiat vnguentum. Et nota quòd diu poſſunt ſeruari, quaſi lapides.

De Biſtorta. CAP. XII.

BIſtorta frig. eſt & ſic. Sed exceſſus eius denominatur ab autoribus, ſed ex ponticitate coniicitur eſſe frig. & ſic. in iii. gradu. Virtutem habet conſolidandi conſtringendi & confortandi conceptum. Cōtra vomitum ex feruore choleræ puluis eius cōficiatur cū albumine oui & ſuper tegulā decoquatur & detur patiēti. Contra diſenteriā cum ſucco plantaginis detur, ad mēſtrua reſtringēda & ſiſtēda, formētum, ex aqua pluuiali, & etiā decoctio eius puluēris fiat. Ad cōceptum adiuuādum fiat electuarium de puluere biſtortæ in quātitate lib. mediæ & ſpecierum aromaticorum in eadē quātitate. Fiat etiam prædictum fomentum. *f* Biſtorta enim adiuuat conceptū,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 341 sur 459

quia ſ. confortat virtutem retentiuam matricis. Puluis etiam biſtorte vulnera cõſolidat & cõclutinat.
a Et notaquod biſtorta herba eſt cuius radix etiam biſtorta appellatur & eſt tortuoſa, & eſt ſimilis galangæ ſed non habet acumen.

a *Quid ſit biſtorta.*

b *De Bdellio.* CAP. XIII.

BDellium ca. eſt in ii. gra. & humidum in i. gummi eſt cuiuſdam arboris, quod in vltramarinis partibus reperitur. Sed quidam dicunt quòd ſit illud quod reperitur quoddam rotundum ſimile folliculo, quòd in arbore vlmi fit, ſed vndecunque ſit glutinoſum habet ſubſtantiam. Virtutem habet conſtringendi & attrahendi. c Diſſenteriæ ex acuta pharmacia repugnat. Apoſtema interius & exterius inuncta ſanat, lapidem frangit, tuſſim mittigat, morſum reptilium curat.

b *Quid ſit bdellium.*

Diſtemperata cum aceto, & ſapa, apoſtemata teſticulorum ſanat.

i De ciclamine
ij De camphora
iij De coloquintida
iiij De caſiafiſtula
v De cuſcute
vj De cardamomo
vij De ceruſa
viij De capparo
ix De calamento
x De centaurea
xj De caſialignea
xij De caſtoreo
xiij De cucubebe
xiiij De capillis veneris
xv De cipreſſo
xvj De cinamomo
xvij De camedreos
xviij De camepitheos
xix De carui
xx De cimino
xxj De croco
xxij De cicuta
xxiij De cipero
xxiiij De calamo aromatico
xxv De corallo
xxvj De catapucia
xxvij De cretano
xxviij De coſto
xxix De cantabro
xxx De colofonia
xxxj De cucurbita
xxxij De chelidonia
xxxiij De coriandro
xxxiiij De celtica
xxxv De calce
xxxvj De cepis
De cicorea quere in ſponſa folis.

c *Effectus bdellÿ.*

d *De ciclamine.* CAP. I.

CIclamẽ cali eſt & ſic. in iii. gra. quòd & caſſamus, & panis porcinus dicitur & malum terræ alio nomine appellatur. Radix autem eius proprie ciclamen appellatur, quaſdam habẽs tuberoſitates, quæ quãto ſunt maiores tanto ſunt efficaciores. Radix itaque & recens & ſiccata magnam habet efficaciã ſed recẽs maiorem. Debet autem circa finem autumni colligi, & per quatuor partes findi & per filũ ſuſpendi in vmbroſo loco vel ad ſolẽ parum, põt per triẽnium in magna efficacia ſeruari. Habet autem virtutem diſſoluendi, cõſumendi, & attrahendi. e Cuius vſus talis ſit ad hæmorrhoydas inflatas & non fluentes, & exterius apparentes; ſuperaſpergatur puluis eius: vel illiniatur ex ſucco, poſtea ſuperaſpergatur puluis ellebori nigri, & roſarum, ſi interius latitent, iniiciatur in modica quantitate per clyſtere, vel ſuppoſitorium fiat

d *Diuerſis nominibus nominatur.*

e *Ciclamen multũ valet ad hæmorrhoydas.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 342 sur 459

postea iniiciatur puluis prædictus cum clysteri hoc modo ponatur puluis in clysteri postea insuffletur cum vesica porcina, vel simili aere inflata. Quædam autem mulier salernitana probauit quòd ad omnes ficus & hæmorrhoydas valet succus eius. Ad menstrua prouocanda & matricem mundificãdam, trifera magnam resolue in oleo muscellino vel communi, & bulliat ad ignem cum ciclamine, & de bombice in hoc intincto fiat suppositoriũ. Contra tenasmonã ex phlegmate vitreo succus radicis eius in oleo communi imposito pomo bulliat & cum bombice intincto fiat suppositorium. Contra splenis vitium malũ terræ in multa quantitate mundatum & contritum per quindecim dies in vino & oleo maceretur, in cuius colatura addatur cera & modicum aceti & fiat decoctio vsque ad spissitudinẽ precedẽtib⁹ aliis molificatiuis, hoc efficax est, si postea vngatur vel ex succo eius, vel puluere si deest succus, confice cum oleo & cera in modum vnguenti sæpius inunctũ probatũ est, si inũgatur pars ægra.

Ad idem mulieres salernitanę in vltimo die Iouis luna deficiẽte accipiunt ciclamen & ponunt supra splenen, & cum securi incidunt in tres partes, dicente patiente. Tu quid incidis. Ipsa respondet splenen, & postea suspendit in summo ad desiccandum dicendo, sicut desiccantur partes istius ciclaminis, ita deficcetur splen, & postea inungatur vnguento prædicto.

Contra apostemata ex frigida causa quod non possit rumpi spissitudine cutis, pomum ipsum conteratur & in oleo bulliat, & caldum superponatur, aut per exteriora aut interiora purgabitur. Contra fistulam tenta de radice facta imponatur os fistulæ amplificat os etiam si aliquando intus fuerit extrahit, vel etiam melius cum tenaculis offerri potest. Puluis eius carnem superfluam corrodit. Cõtra polypum puluis eius aspergatur super aliquem stuellum quod naribus eius imponatur.

a Quid sit cãphora.

b Modus faciendi camphoram.

c De sophisticatione camphoræ.

a De Camphora. CAP. II.

CAmphora frigida est & sicca in quarto gradu. Dicunt autẽ quidam camphoram esse gummi quod friuolum est. Est autem succus herbæ testãte Dioscorid. & multis alijs; sed quæ camphora dicitur, hæc autem herba multũ est similis nostræ camphoratæ, sed magis est aromatica. *b* Hæc autem herba in fine veris colligitur & teritur & succ⁹ eius exprimitur postea quod fœculentũ est residet & abiicitur, quod purum est & liquidius retinetur, & soli exponitur & desiccatur desiccatum verò in substãtiam camphoræ reducitur. Virtutẽ habet constringendi, infrigidandi & abstergendi. Maximè in eius confectione sophisticatur & ex commixtione puluerís vel alterius succi, & ita efficitur dupla vel tripla quantitate camphoræ. Est autem eligenda pura, alba & lucida: turbulenta verò non est adeo bona. Quæ accedit ad croceum colorem non est adeo bona. *c* Sophisticatur ex admixtione cacabręid est bernicis inter fructula camphoræ.

Est aũt bernix in substantia similis camphoræ, & ex admitione similis est odore, sed discernitur, quia bernix solidam habet substã-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 343 sur 459

tiam: & difficile frangitur, cāphora verò cito frangitur, & si manibus tractetur cito puluerizatur. Et nota quod nisi artificioſe ſeruetur facile perditur, eſt autem aromatica, & omne aromaticum fumoſum & cito reſoluitur in fumoſitatem cito perditur.

Poteſt autem ſeruari in vaſe marmoreo, & melius in alabaſtro, ſeruatur in magna efficacia in pſylio, aut in ſemine lini per xl. annos.

a Contra gomorream i. inuoluntariam ſpermatis effuſionem, puluis camphoræ diſtemperetur cum muſcillagine pſylij, vel cum agreſta, vel ſucco ſolatri, & intinctis plagellis ponatur ſupra pectinem & renes & ſupra pudenda.

Contra diabetē, idem fiat & ſuperponatur lamina plumbea.

Contra calefactionē hepatis puluis eius cum ſucco ſolatri cōficiatur in quo plagellę intinctæ ſepius hepati ſuperponantur.

Contra fluxum ſanguinis ex naribus fiant magdaleones ex puluere eius & puluis ſeminis vrticæ, vſti, confectis cum ſucco ſanguinariæ, & naribus imponantur ſi autem fiat ſanguinis fluxus ex ebullitione ſanguinis, vel ex hepate, cū aqua frigida conficiatur puluis cāphoræ & plagellæ infuſæ & fronti & temporibus gulę ſuperponatur.

Contra maculam oculi talis ſit vſus conficiatur puluis eius cum aqua roſ. addito ſucco fœniculi, & ponatur in vaſe æneo, & oculi illiniantur. Cōtra pannū faciei, & ad facié depurandā conficiatur cum aqua roſ. addito melle albo & mūdiſſimo. Contra libidinem odoretur camphora per nares, ſpiritus enim act.one nimia caloris exolutos reparat corpus infrigidando, ſperma inſpiſſat, & libidinem reprimit ſecundum illud. Cāphora per nares caſtrat odore mares. Nota quod ſatis competentur in ſyrupis contra acutas ægritudines. Et nota quod in phreneſi ſatis cōpetenter prouocat ſtarnutationes, ſi puluis eius cum oleo roſ. diſtēperetur, & penna intincta nares inūgantur, & in aliis acutis febribus, quia non augmentāt calorem nec materiam adminiſtrat: ſicut ſi fiat ſternutatio cum elleboro, vel pipere, vel pirhetro.

a *Effectus cāphoræ.*

Idem valet ad ruborē vel ardorē & dolorem oculorum.

b *De Coloquintida.* CAP. III.

b *Quid ſit coloquintida.*

COloquintida cali. eſt in iii. gradu, ſicca in ſecūdo. Coloquintida pomum eſt cuiuſdam arboris vel fruticis naſcentis in tranſmarinis partibus circa regionem Hieruſalem, quæ & cucurbita alexandrina alio nomine nuncupatur. Nota quod tam pomum quam frutex coloquintida appellatur. Quæ autem ſola reperitur mortifera eſt, ſicut ſquilla quæ ſola reperitur teſte Dioſcoride & etiam Conſtantino. Habet medullam, ſemen & corticē. Medulla verò potiſſima eſt vſui medicinæ, ſemen ſecundario, cortex autem nullā habet efficaciam vel modicā. vnde ſi inueniantur in receptione, debent poni ſemina cum medulla. c Eſt autē coloquintida eligenda, quæ habet medullam continuam & albam & multam ſemina bene medullæ inſita. Illa eſt abiicienda quæ cum concutitur multū ſonat, ſi aūt inueniantur cum ſeminibus vel ſine ſeminibus, ſi facile puluerizantur

c *Cōditiones bonæ coloquintidæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 344 sur 459

cum tractantur manibus abiiciẽdæ ſunt. Poteſt autem ſeruari per ſex annos, & melius in ipſo pomo. a Virtutẽ habet diſſoluẽdi & conſumẽdi ex amaritudine, virtutem etiam diureticam, purgat aũt principaliter phlegma, ſecundario melancoliam. Vnde talis ſit vſus eius cõtra quotidianã. Accipe ʒ.i. coloquintidę cum ii.ʒ. vel iii. ſucci ebuli: & coquatur in pomo coloquintidę colaturæ addatur zuccarum & detur patienti in ſero ante acceſſionem præcedentibus tamẽ digeſtiuis & purgationibus, hoc autem debet fieri ſi poſt purgationem remanſerit acceſſio. Contra quartanam & ſcabiẽ talis ſit vſus. Aqua decoctionis ſenę ponatur in pomo coloquintidæ addita ʒ.i. coloquintidę & fiat decoctio colaturæ addatur zuc. & patienti detur ante horam acceſſionis precedentibus digeſtiuis vt ſupra. Valet eodem modo ad ſcabiem vetuſtiſſimam. Contra dolorem dentium fiat gargariſma ex aceto decoctionis interioris coloquintidæ. Contra lũbricos puluis eius cum melle confectus patienti offeratur.

Pueris emplaſtrum ex puluere eius & ſucco abſinthij circa vmbli cum fiat. Ad vermes aurium iniiciatur puluis eius cum ſucco perſiccariæ. Contra ſplenis & hepatis duritiẽ detur ſuccus fœniculi, decoctionis interiorum coloquintidæ, vel etiam puluis cum ipſo ſucco. Ad matricem mundificandum & menſtrua prouocanda fiat fomentum ex aqua decoctionis coloquintidæ. Eius etiam puluis cũ oleo aliquo decoquatur in pomo ipſo, & intincta bombice fiat ſuppoſitoriũ. Ad hemorrhoydas coquatur oleum nucis in pomo coloquintidæ & inungatur bombix, & ſupponat ſibi patiẽs frequẽter.

a *Effectus coloquintidæ.*

b *Quid ſit caſiafiſtula.*

c *Cõditiones bonæ caſiafiſtulæ.*

d *Modus exhibendi caſiam.*

b De caſiafiſtula. CAP. IIII.

CAſiafiſtula calida eſt & humida non in aliquo gradu, quia valde eſt temperata infra omnem gradum, quia paruus eſt eius exceſſus ab optima temperantia. Eſt autem fructus cuiuſdam arboris, quæ quaſi longa ſemina producit, poſtea ſuccedente tempore elongatur & ingroſſatur. Exteriora in corticem actione caloris cõdenſantur medulla interius exiſtente in vna copula inueniuntur. xxx. vel xl. ſibi cohærentia. c Eſt autẽ eligenda quæ groſſa eſt, quod ſignificat humiditatẽ multam, nigra multum, quod ſignificat maturitatem, & quæ cum cocuritur non ſonat interius, quæ ſonat paruam habet humiditatem, & ſemina habet ſeparata a medulla, põt autem ſeruari per biennium. Et notandum quod cum inuenitur caſiafi. in receptione aliqua ab autoribus confecta in quantitate ij. ʒ. vel iii. debet ponderari medulla etiam ſine ſeminibus ſi potes. Sed quia non patiuntur apothecarij apponantur ſemina vt ſi debeat confici medicina aut ſyrup. in quo debeat reſolui caſiafi. non buliat cum eo, ſed in feruenti vel multum calida aqua reſoluatur cũ manibus vſquequo tota reſoluatur, poſtea proiiciantur ſemina cũ caſia & ſic conficiatur medicina cum ea. d Cum in decoctionibus inuenitur ʒ. ii. debent ponderari cũ cortice & poſtea medulla ſola reſoluatur in feruẽti aqua abiectis

seminib⁹ & postea imponatur puluis reubarb. vel miroba. vel cũ quo debet fieri purgatio. *a* Habet aũt virtutem leniendi, & mundificandi feruorem sanguinis mirabiliter mitigat, choleram & sanguinem depurat, vnde valet in acutis febribus. Casiafistula cũ aqua data vel per se in febribus ante purgationẽ mollit ventrem, & aptum purgationi reddit. Gatgarisma casiefistulæ apostemata gulæ dissoluit, vel faucium si misceatur cum succo solatri.

b De Cuscute. CAP. V.

CVuscute calidum est in i. gradu, & siccum in ii. Est autem cuscute podagra lini quod adhæret circa linum, cum floribus debet colligi per ii. annos potest seruari.

Habet autem virtutem purgandi melancholiã secundario phlegma, vnde competenter ponitur in decoctionibus purgantibus melãcholiam & phlegma. *c* Aqua decoctionis eius valet contra stranguriam & dissuriam. Si etiam potestis habere herbam in multa quãtitate ipsam herbam bene decoctã in vino & oleo pectini & renibus & aliis partibus dolentibus cataplasmetis.

d De Cardamomo. CAP. VI.

CArdamomum cal'. est & sic in ii. gradu est autem fructus cuiusdam arboris, vel potius semen. Arbor autem in tempore veris fructus producens, quasdam tuberositates facit sicut est semẽ rutæ, vel similis eius, in quibus semina concluduntur. Cuius duæ sunt maneries s. maius quod dicitur domesticum, & minus quod dicitur syluaticũ, & illud est pilosum & subalbidum. *e* Cardamomũ maius melius est, quia magis est aromaticũ. Est autem eligendum quod maius est, & in colore subrufum & habet aliquantulum acuminis, & dulcedinem immixtam. Cum autẽ ponitur in medicinis, debẽt abiici lapilli, & debet confricari manibus propter puluerẽ, & abiiciantur fustes. Per x. annos potest seruari virtutem habet cõfortandi ex aromaticitate dissoluendi, & etiam cõsumẽdi ex qualitatibus. *f* Cõtra syncopẽ & cardiacã passionẽ ex frigida causa fiat decoctio eius in vino odorifero addita aqua ros. & detur patienti. Ad debilitationem stomachi & digestionẽ confortandũ pul. cardamomi cum semine anisi detur in cibis appetitũ prouocant. Contra vomitum ex frigida causã pul. eius cum succo mẽbræ conficiatur & cibi ibi intincti offerãtur patienti. Fiat etiam hic puluis cardamomi cum mẽtha viridi vel ficca in aceto & aqua salmacina coquatur & spongia intincta ori stomachi superponatur. Cõtra debilitatẽ cerebri pul. eius naribus applicetur. Si fiat rheuma pul. eius ponatur in oleo muscelino, & intingatur bombix & superponatur serrę vel ponatur pul. eius cũ oleo muscellino in testa oui super cineres calidos vsq; dum bulliat postea vnguatur caput.

a Effectus casiæ.

b Quid sit cuscute.

c Effectus cuscute.

d Quid sit cardamomum.

e Cõditiones boni cardamomi.

f Effectus cardamomi.

g De Ceruſa. CAP. VII.

CEruſa frigida est & sic. in ii. gra. Ceruſa flos est plũbi, siue gersa alio nomine appellatur. Fit aũt sic accipe laminas plumbeas quadratas in quãtitate vnius ℔. & imple vasa terrea superius mediocri-

g Modus faciendi ceruſam.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 346 sur 459

ter anguſta in latitudine pedis, i. vaſis tamen prius impletis aceto fortiſſimo, & pone bacculos ſuper orificium vaſis ab vna extremitate ad aliam, & ſuſpende laminas plũbeas perforatas per ſpaciũ iiii. digitorum ab acet. cum filis poſtea cooperi orificium & vas ſimiliter fœno vel ſtramine peroptimè, & pone in loco obſcuro, & claude oſtium, vel orificium, & ita dimitte per iiii. menſes. In fine verò iiii. menſis aperi vaſis orificium, vt vis aceti exhalet, & inuenies quaſdam tuberoſitates & muſcillagines circa plumbũ quod inuenitur in minori quantitate quam prius fuerit illas vero cum cultello abrade, & pone in vaſe magno & appone aquam & pedibus malaxa, poſtea aquam illam abiice & pone ſubſtãtiam quæ remanet in vaſe aliquo concauo, & appone aquam & ſoli expone, quam conſumpta aliã appone, & ita facies donec ſit albiſſima: poſtea depone a vaſe illo concauo vnde ceruſa rotũda videtur.

a Alius modus de albã di ceruſam.

a Notandũ quod illi qui faciunt ceruſam ſæpius incurrunt paralyſim, appolexiam, & epilepſiam & arteticam propter frigiditatẽ aceti diſſoluentem & mortificantem. Habet autem ceruſa virtutem mũdificandi & abſtergendi ſuperfluitates. Vnde quædã mulieres ſic ea vtũtur primo faciẽ abluunt: poſtea puluerem ceruſe mediocriter ſuperducũt ſubtiliſſimũ. *b* Aliæ melius faciunt, quia ceruſa aliquantulũ fœtida eſt conficiunt ceruſam cũ aqua roſ. & exponunt ſoli maximè in eſtate, qua conſumpta aliã apponunt & hoc faciunt donec ſit albiſſima & aliquantulũ aromatiqua, poſtea informant pilulas, & faciei apponũt. Aliæ aũt. apponũt puluerem boracis vel cãphoræ vel vtriuſque & belliculi marini & melius operantur. Et nota quòd illæ quæ vtuntur longo tempore adhibitione ceruſæ dolorẽ dentiũ incurrunt putrefactiones oris & fœtorem.

b Quid ſit capparis.

c Effectus capparis.

b De Caparo. CAP VIII.

CApparus ſiue capparis cap. eſt & ſicca. in iii. gra. Eſt autẽ vt quidã dicũt herba, alij ꝙ frutex, fit in vltra marinis partibus in Apulia etiã, & aliis regionibus reperitur. Cortex radix, & folia & flores cõpetunt vſui medicinæ, ſed præcipuè cortex. Debet aũt cortex colligi in principio veris & in vmbra ſuſpendi & deſiccari, vel etiam ad ſolem per vi. annos in efficacia ſeruatur. Eſt autem eligendus cortex, quæ cum frangitur non puluerizantur, & quæ aliquantulũ ſubrufus eſt & ſubamarus. Flores autẽ eius cùm adhuc ſunt tuberoſi, & non dilatãtur, debent colligi; quia cum dilatati ſunt non valent. accipiuntur cum ſale & aceto condiũtur. Seruantur per vnũ annum vel duos. virtutẽ habent incitandi appetitum humorẽ exiſtentẽ in ore ſtomachi dirigendi ſtomachũ confortant in-frigidatum calefaciunt. Cibus enim ſunt & medicina.

c Contra ſplenis vitium & hepatis duritiem valet vinũ decoctionis capparis. Fiat etiã hoc vnguentum quod potiſſimum eſt & non minus valens quàm aggripa. Puluis eius in multa quantitate conficiatur cum ſucco ſolatri, poſtmodum addito vino & oleo fiat decoctio vſque ad ſpiſſitudinem, & aliquantulum addita cera fiat vnguẽtum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 347 sur 459

tum. a Valet etiam electuarium maximè ad idem quòd dicitur dia capparis & non minus hoc electuarium quòd ℔.ʒ.pulueris corticum capparis & i.ʒ. corticis radicum thamariſci & conficiatur cum melle, & cum decoctione radicis thamariſci. Succus foliorum capparis auribus immiſſus vermes necat. vel pul. corticis in oleo coquatur coletur auribus infũdatur non ſolum vermes necat, ſed etiã ſurditati ſubuenit, & auribus fiſtuloſis. Ab lumbricos puluis eius cũ melle confectus detur patienti.

b Contra ſcrofulas nouellas detur aqua decoctionis radicis corticum capparis, bruſci & ſparagi. Item vngatur hoc vnguento: accipe rufum ſerpentẽ & incide caput & caudam per ſpacium iiij. digitorum, poſtea pone in olla munitim perforata & in olla alia integra ponatur ita quod fundus ollæ perforatæ ſit in ore alterius ollæ, & poſtmodum ita ponantur in calda rio aqua pleno, & bulliat diu, vt ex calore reſoluatur ſerpens, cuius pinguedo ad inferiorem ollam effluens humiditate aquæ conſeruatur inconſumpta. Ex illa pinguedine & puluere ellebori nigri, & puluere radicum capparis fiat vnguentum, quo vnguento ſæpe inungantur ſcrofulæ nouellæ.

Vtatur etiam patiens talem paſſionem aqua prędicta & multum valet. Ad iliacam paſſionem & arteticam, accipe ℔. j. pul. corticũ capparis & decoquatur in ſucco corticis radicũ ebuli, & addatur zuccara, & fiat ſyrupus, detur autem bis in ſeptimana ſero vel mane cũ calida. Et nota quod cùm reperitur eius receptio in medicinis, cortex radicis eius debet poni.

a *Electuariũ capparis.*

c *De Calamento.* CAP. IX.

Calamentum ca. eſt & ſic. in iij. gra. Eſt autem herba quæ alio nomine à quibuſdam nepita dicitur. Calamentum montanum melius eſt quia magis eſt ſiccum. Cùm flores producit tunc debet recolligi, & per annũ poteſt ſeruari in vmbroſo loco ſuſpenſum, & ibi debet deſiccari. Habet virtutem maximam, ſed virtutem habet diſſoluendi & conſumendi.

d Contra frigidam tuſſim & aſma licet antiquum valet vinum de coctionis eius vel vinũ decoctionis puluerís eius, vuæ paſſæ & ficuum ſiccarum. Valet etiam electuarium quod dicitur diacalamẽtum, & hoc quod ℔. pulueris calamenti in multa quantitate, pulueris gentianæ vel loco eius liquiritiæ in iij. vel iiij. parte cum melle conficiatur ad prædicta. Detur etiam puluis eius in ouo ſorbili. Criſpellæ etiam fiant de puluere eius & farina ordei. Contra dolorem ſtomachi, & frigiditatem inteſtinorũ vtatur patiens puluere eius in cibis, & vino decoctionis eius.

e Contra frigidum rheuma inũgatur occipitium ex melle decoctionis puluerís eius, poſt fiat ſacellatio ex puluere eius calefacto in ollarudi, vel ex ipſa herba multum confert. Contra relaxationem vuæ fiat gargariſmus ex aceto decoctionis eius puluere roſarum & calamento ſubleua eam ſatis competit.

Contra tenaſmum ex phlemate vitreo vel ex alio frigido humore inungantur renes ex melle ſolo vel ex melle decoctionis puluerís

b *Modus faciendi vnguentum mirabile.*

c *Duplex Calamentũ*

d *Electuariũ Calamẽti.*

e *Effectus Calamẽti.*

f *Optimum medicamen ad tenaſmũ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 348 sur 459

eius, postea super aspersо puluere colophoniæ & seminis nasturcij & calamenti, & fortiter cũ aliquo panno ligetur. Cùm autem assellat suffumigio colophoniæ prædenti puluis eius cum bombace ano supponatur, sic liberatus est magister Mattheus de platea, & mater magistri platearij. Ad exiccandam superfluitatem & humiditatem matricis fiat fomentum ex aqua decoctionis eius, hoc vt testantur mulieres salernitanæ satis valet.

Calamentum supra morsum reptilium cataplasmatum ab interioribus ab exteriora venenum trahit. Succus eius auribus instillatus vermes occidit, & eodem modo omnium vulnerum, libidinem extinguit lepræ prodest. Viride in vino coctum si super maculas imponatur ea mundificat.

a De Centaurea. CAP. X.

a Quid sit Centaurea & est duplex.

CEntaurea est cal. & sic. in iiij. gra. Est autem herba amarissima vnde dicitur suo nomine fel terræ. Est autẽ cẽtaurea maior quę maioris est efficaciæ, & est minor quæ minoris est efficaciæ. Dicit autem Constantinus quòd radix maioris est cal. & sic. in ij. gradu, & habet amaritudinẽ cũ quadã dulcedinę habet etiã ponticitatẽ, vnde habet virtutẽ conglutinandi, ex amaritudine, habet virtutem diureticam. Centaurea maiorem habet efficaciam secundum folia & flores vnde cùm incipit flores producere debet colligi, & in vmbroso loco suspendi & desiccari per annum in magna efficatia seruatur, habet autem virtutem diureticam, attractiuam, & consumptiuam.

b Nota quòd cum reperitur centaurea simpliciter maior debet poni. Contra splenis & hepatis opilationem, renum & vesicæ, stranguriam & dissuriam valet vinum decoctionis eius addito zuccaro. Herba etiam ipsa in vino & oleo decocta renibus & pectini & circa peritoneon & pudãda cataplasmata & etiam super splenem confert.

Vnguentum etiam confectum ex puluere eius, vel ex succo, vel oleo addita cera contra splenem valet. Ad splenis & hepatis duritiem, fiat syrupus hoc modo in succo centaureæ coque radices fœniculi apij & petroselini & cola, & addito zuccaro fiat syrupus.

c Contra iliacam passionem, puluis eius cum aqua salmacina & oleo per clystere iniiciatur præcedente clysteri mollificatiuo.

Dentur etiam per os v. ℈. cum simplici benedicta cum aqua calida. Eodem modo contra paralysim detur. Contra vermes aurium iniiciatur succus eius cum succo porrorum mixtus in aurium concauitate. Contra lumbricos detur succus eius vel puluis cum melle. Ad visum clarificandum succus radicis centaureæ maioris cum aqua ro. commisceatur & illiniatur oculus. Ad vulnera cõsolidãda teratur radix centaureæ & supponatur, quia consolidat, cuius rei argumẽtum est, quòd si apponatur in carne aliquãtulum incisa consolidat, dicit Constantinus. Ad maculam fiat collirium de puluere eius, & aqua ro. hoc multum valet si magna sit macula.

Si autem sit parua, non debet apponi, quia consumeret substantiã oculi. Ad dol. oculorũ superpone bombicem intinctum in oleo musc. cui admixtus fuerit puluis eius. Contra hemorroïdas similiter fac. Ad vitium pectoris accipe succum eius, & tria grana purissimi amoniaci, & confice, & da in vsum & hoc si fuerit ex frigida causa præcedentibus tamen calidis iunctionibus. Ad menstrua prouocanda, accipe serapinum & calefac ad ignẽ, & adde pul. centaureæ vt congluti netur cum serapino, & post ea intinge in succo centaureæ, & fiat suppositorium. Vel fiat suppositorium ex puluere eius cum amurca olei confectum. Itẽ iniciatur per pessarium cum felle taurino resoluto in succo centaureæ, menstrua producit & secundinam & mortuum fœtum. Ad idem valet aqua decoctionis eius. Constantinus dicit quod hæc aqua & serapinum intus decoctum vulnera consolidat. Centaureæ exagium i. cum vino propinatum dolori ventris & punctioni de grossis hu. & grossa ventositate subuenit. Succus eius cum melle mixtus oculorum clari ficat obscuritatem.

a *De Casialignea.* CAP. XI.

CAsialignea ca. est & sic. in iij. gra. est autem casialignea cortex cuiusdam arboris vel fructicis nascentis iuxta cõfinia Babylonię. Casie duplex est maneries, sc. casia lignea, & casiafistula, cũ autẽ reperitur casia simpliciter, intelligenda est casiefistula, casialignea nunquã reperitur sine determinatione in receptionib⁹. Casialignea, vel xiloca sia idẽ est, cuius duæ sunt species.

b Vna quæ est similis cinamo. quæ omnino subrufa est rotunda. Et nota quod solidam habet substantiam & cùm frangitur non duplicatur, sed sine plicatura resistit, acutum habet saporem dulcedini immixtũ cũ aromaticitate, & hæc melior est, nõ tamen ea vtimur in medicinis. Alia species est quæ subrufa est, partim habẽs colores distinctos. Eligẽda est ergo quę nõ facile frãgitur sed plicatur, & cũ frãgitur colores habet subalbidos interius & distinctos plures subrufos. saporẽ habet acutum dulcedini immixtum cum aromaticitate, Potest autem per x. annos seruari.

a *Quid sit casialignea.*

c Sophisticatur autem quãdoque ex admixtione radicum capparis, sed discernitur quia cortex capparis subamari saporis est. Habet autem virtutem diureticam ex subtili substantia cõsumendi ex qualitatibus confortandi ex aromaticitate. Contra frigidum rheuma vel alias frigidas causas capitis & epilẽpticis dentur tres pilulæ ex puluere casieligneæ & laudano opti mè confectæ cum succo absinthij mixtæ confortant cerebrum.

b *Duæ sunt species casiæ*

c *Qualiter sophisticatur casia.*

d Fiat etiam suffumigatio hoc modo, puluis casieligneæ super carbones ponatur, & aqua ros. superponatur & recipiat patiens fumum. Contra stranguriam & dissuriam renum & veficæ, vinum decoctionis eius detur patienti. Casieligneæ etiam puluis in oleo muscelino, vel saltem communi decoquatur, ex quo inungatur peritoneon & virga partes dolentes. Contra oppilationem splenis & hepatis, renum & vesice valet si in aquis & syrupis eorum puluis ponatur. Contra frigiditatem

d *Effectus casieligneæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 350 sur 459

a Quia ſit ca ſtoreum.

ſtomachi & etiam contra prædi-
dictas paſſiones valet vinum de-
coctionis eius & maſticis & ſemi-
nis fœniculi ieiunis datur. Pigmē-
tum etiam factum ex melle & vi-
no in qua decocta ſit caſialignea
ſtomachum infrigidatum calefa-
cit, & digeſtionem adiuuat. Con-
tra fœtorem oris fiant pilulæ ex
puluere caſieligneæ, & ſtorace ca-
lamita, quia ſtorax calamita bene
manibus malaxari poteſt. Hæ pilu
læ etiam ad omnem dolorem ex vi
tio interiorum ex frigida cauſa cō-
fectum valent. Contra fœtorem
aſſellarum, & corruptionem gin-
giuarum abraſis prius pillis ſub
aſſellis, abluantur poſt ea loca cū
vino & aqua roſ. vel cum deco-
ctione caſie ligneæ puluerizatæ il-
liniantur. Contra corruptionem
gingiuarum fiat gargariſmus ex
prædictis. Contra fœtorem oris e-
tiam caſialignea commaſticata aut
omnino tollit, aut pallia. Ad men-
ſtrua prouocanda, & matricem cō
fortandam, fiat ſuppoſitorium ex
bombice in-tincto in oleo muſce-
lino vel communi decoctionis
pulueris caſieligneæ.

b Sophiſtica-tio caſtorei.

Cortex etiam eius bullitus cum
oleo muſcelino integer ſuppoſi-
tus menſtrua prouocat. Contra
vitium plenis & hepaticis in oleo
decocta & cataplaſmata vitiū eo-
rundem tollit. Hoc etiam modo
ſuppoſita tenaſmum medetur ex
frigiditate prouenientem. Contra
cardiacam paſſionem & ſyncopin
valet ſyrupus factus ex puluere e-
ius & roſarum, & oſſe de corde cer
ui. Melle temperata & ſuperpoſita
dura & humida apoſtemata diſſo-
luit & curat.

c Cōditiones boni caſto-rei.

CAſtoreum ca. eſt in iij. gra. &
ſic in ii. Eſt autem teſticulus
cuiuſdam animalis quòd ca-
ſtor appellatur, vel deum. Quidā
dicunt quòd ipſe præſentiens ve-
natores inſequi eum ſuos teſticu-
los abſcindit dentibus & proiicit,
credens venatores tantum teſticu-
los curarę, quod falſum eſt, non e-
nim eſt tantæ diſcretionis ipſi e-
nim magis inſequuntur eum pro-
pter pellem, quam propter teſticu-
los, & ipſi venatores teſticulos ab-
ſcindunt. Teſticuli abſciſſi in vm-
broſo loco ſuſpenſi deſiccātur. Et
nota quòd iuuenis caſtorei teſticu
lus non eſt tantę efficaciæ quantæ
ſenis. Ille autem teſticulus deſicca
tus albus eſt & mollis. Si autem ſit
teſticulus caſtorei in inuenture exi
ſtentis, vel parum iuuentutem ex-
cedentis illud optimum eſt. Si ſit
caſtoris decrepita ætate exiſtentis,
non eſt tantæ efficaciæ.

b Adulteratur autem à quibuſdā
ſic: accipiunt pellem in qua fuit ca-
ſtor vel alius teſticulus recens, &
implent ſanguine & neruis addito
puluere caſtorei vt habeat odorē
caſtorei. Alij ponunt ſanguinē &
terrā. Alij melius ſophiſticāt, impo
nunt ſanguinē ſerapinū, & neruos
piper apponūt vt ſit acuti ſaporis.

c Eligendum eſt autem quod me
diocriter habet ſaporem acutum,
quia ſi habet multum acutum ſa-
porem & ſit quaſi ferreum ſophi-
ſticatum eſt, & ſi non habet ner-
uos intricatos. bonum autem ca-
ſtoreum habet ſaporem media-
criter acutum. Glutinoſum eſt &
multum horribilem habet ſapo-
rem, & neruos habet intricatos

& pelliculos adhærentes & conuenientes ad alteram extremitatē. Per ſeptem annos in magna efficacia poteſt ſeruari, melius eſt tamen quanto recentius. In medicinis debet poni abiecta pellicula exteriori. Illud quod interius eſt debet pōderari, & in medicinis poni. Virtutem habet diſſoluendi, conſumendi attenuandi & maximè neruoſa loca confortandi.

a Contra epilepſiam & alias frigidas capitis paſſiones detur caſtoreum in quantitate ℈. ß. detur etiā in quantitate ij. vel iij. ℈. cum ſucco rutæ in potu, vel vino decoctionis eius. Contra paralyſim linguæ puluis eius ſub lingua ponatur, donec reſoluatur & conſumatur. Cōtra paralyſim totius corporis detur vinum decoctionis eius & rutæ & ſaluiæ. Contra paralyſin virgæ fiat fomentum circa pectinem ex vino decoctionis eius frequenter & ſupercataplaſmetur ſæpius. Contra gomoream fiat decoctio eius in ſucco agni caſti addito modico aceto, & cataplaſmentur poſtea renes virgo & pecten. Contra lithargiriam prouocetur ſternutatio ex caſtoreo, cerebrum commouet & confortat, vel fiat decoctio eius cum mentha & ſucco rutæ & modico aceti & abraſo occipitio fricetur bene manibus, & ſupercataplaſmetur. Puluis eius cum ſucco rutæ naribus iniiciatur vel fumum per nares recipiat.

b De cubebe.

CAP. XIII.

CVbebe cali eſt & ſic, tamen temperate. Eſt autem fructus cuiuſdam arboris in tranſmarinis partibus naſcentis, per x. annos poteſt ſeruari. Eligenda eſt quæ mediocriter habet acutum ſaporem cum multa aromaticitate.

c Vnde contra ſyncopē valet hoc modo puluis eius in quantitate. ℈ iiij. detur cum ſucco boraginis, vel cum ſucco radicis paſtinacæ, vel foliorum eius multum confert. Contra frigidum rheuma capitis, & ad cerebrum confortandum odoretur: & frequenter naribus apponatur.

Item contra frigiditatem ſtomachi, & diſcolorationem pigmentū fiat ex vino & melle & aliis ſpeciebus, poſita cubebe in maiori quantitate. Contra frigiditatem ſtomachi & diſcolorationem ex frigiditate puluis eius cum cibo.

a *Effectus caſtorei.*

b *Quid ſit cubebe.*

De capillis veneris.

c *Effectus cubebarum*

CAP. XIIII.

CApillis veneris fri. & ſic. tamen temperate ex ſubſtantia ſubtili. Virtutem habet diuretică. recens multæ eſt efficaciæ. parum tamen ſeruari poteſt. herba vtilis eſt, non radix.

d Contra calefactionem hepatis detur aqua decoctionis eius vel de aqua decoctionis eius & zuccaro fiat ſyrupus. Si ſit etiā vitium ſplenis addatur aliquod diureticum Plagellæ etiam intinctæ in ſucco ipſius ſuperponantur, vel etiam ipſa herba trita. Cum vino bibitus & veneno & humoribus ad ſtomachum fluentibus reſiſtit. Cataplaſmatus valet alopicie & ſcroſulorū. Coctus cum aqua ex eo capite loto puſtulas & putrefactionem mundificat.

d *Effectus capilli veneris.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 352 sur 459

a Quid cupressus.

a De cupresso. CAP. XV.

CVpressus cali. est in primo gradu, sic. in secundo Arbor est cuius poma lignum & folia vsui medicinæ competunt, sed poma stiptica sunt & consolidatiuũ lignum, & folia diuretica.

b Effectus cupressi.

b Contra fluxum ventris ex debilitate virtutis contẽtiuæ comedat patiens poma recentia vel puluis pomi sicci detur in cibis bibat etiã aquam decoctionis ipsius. Contra illiacam passionem fiat decoctio pomorum in aqua pluuiali, & ex aqua vinum eius limphetur. Contra dysinteriam poma in aqua pluuiali cocta ren bus & stomacho & pectini cataplasmentur.

Contra stranguriam & dissuriam detur puluis eius s. ligni vel foliorum eius in dolio cum vino, & maximè in musto ponatur. Tale vinum preseruat ab hiliaca passione. Vinum etiã decoctionis pulueris eius vel foliorum eius in ipsa accessione datum miro modo confert. Ad hemorroïdas cum multũ fluxerint fiat fomentum ex aqua pluuiali de foliis & bachis cupressi deinde in aqua tepida sedeat patiens, deinde da ei in cibis eorum puluerem, & aquam decoctionis eorundem in potu. Hoc idem valet ad exitum anni.

c Duo sunt genera cinamomi.

d Conditiones boni cinamomi.

De cinamomo. CAP. XVI.

CInamomum, ca. est in iij. gra. sic. in ij.

e Duo sunt genera cinamo. grossum & spissum & parum cauatum, quod cortex est cuiusdã arboris, & subtile quod concauum est & non spissum, est cortex cuiusdam fructicis, vtrũque in India & Europa reperitur. Quod grossum est in medicinis pondum est vomicis, quod subtile est in alijs medi.

d Eligendum est illud quod subtile est acutum habet saporem, dulcedini immixtum cum multa aromaticitate & subrufum. Quod subalbidum ece est eligendum & nigrum abiiciandum, hæc est præcipua electio per colorem. Cum autem eligitur per gustum discernitur bonum & abluatur lingua saliua vel aquam, quia bonum inficit gustum, quandoque malum videtur bonum, per x. annos potest seruari. Ex aromaticitate habet virtutem confortandi cerebrum ex glutinositate consolidandi.

e Effectus cinamomi.

e Contra debilitatem stomachi, & digestionem debilitatam ex frigiditate, detur puluis subtilis cinamomi cum puluere carui in cibis. Competenter etiam in salsamẽtis ponitur ad appetitum prouocandum ex superfluitatibus impeditũ hoc modo, cum petrosil. saluia & modico aceto, & pulueribus predictis fiat salsamentum. Ad oris aromaticitatẽ cum masticetur. Et nota quod ex commasticatione quorundam aromaticorũ, licet os ad tempus videatur aromaticum, imposterum tamẽ corrumpitur, velut ex vsu multum calidorum, vt gallicofillorum, & similium, quia caliditatem dissoluunt vnde fit putrefactio. Cinamomum autem nõ est adeo cali. vt dissoluat est tamen cõglutinatiuũ. Ad nouas fissuras labiorũ, vel aliorum vlcerũ ponatur puluis eius in scissura, & postea fiat fatura, vel ligetur bene. Cõtra corruptionem gingiuarũ fiat lotura earum ex aqua salsa, & fricentur

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 353 sur 459

bene, & scarificentur bene, vt sanguis exeat, & humiditates putridæ inde fluant. Ex vino decoctionis eius pulueris os abluatur, postea puluis factus ex duabus partibus symphyti & tertia cinamomi miro modo valet. Contra syncopen & cardiacam passionem detur puluis eius cum puluere gariofilorũ. a Grossum cinamomũ in vomicis medicinis ponitur nunquã per se, non enim infert tantam abominationem, sed violentiam aliarũ specierum vt tapsiæ & similium reprimit, stomachũ etiã confortat, vnde duplex est eius cõmodum. Cinamomum tussim ex grossa humiditate, & catarrũ curat. Collyriis mixtum superfluitatem oculorum siccat. Tritum & aceto mixtum impetigines, & lentigines extirpat. Renũ doloré mitigat. Hydropisim timpanitem ac morsum reptilium curat. Opillationem aperit, cibum digerit, phlegma dissoluit vrinam & menstruam prouocat.

a *Qutre cinamomum ponitur in medicinis vomicis.*

b *De camedreos.* CAP. XVII.

CAmedreos ca. est & sic. in iiij. gradu similiter camepitheos. Camedreos quercula maior, camepitheos quercula minor appellatur. Virtutem habet diureticam & mundificatiuam, sed quia similis est virtus earum, idẽ de eis determinatur tractatus. In fine veris cũ flores producunt colligi debẽt herbæ cũ floribus abiectis radicibus in vmbra desiccẽtur per annum in magna efficacia seruatur. c Contra stranguriam dissuriã vel iliacam passionem & oppilationẽ splenis & hepatis, ipsæ herbæ vel altera tantum in aqua salmacina decoctæ, pudendis pectini & renibus cataplasmentur. Detur etiam vinum decoctionis earũ. Contra illiacam passionem puluis earũ cũ aqua salma cina melle & oleo iniiciantur per clystere. Contra oppilationem splenis, & hepatis, & vrinaliũ viarũ herbæ in vino & oleo decoctæ super locũ cataplasmentur. Detur etiã electuariũ quod cõficitur ex melle & duabus partibus pulueris vtriusque vel alterius, & vna parte lapidis lincis, & saxifragiæ. Contra stranguriã & dissuriã & contra lapidem & non oportebit querere litotripon vel electuariũ ducis hoc habito, quia mirabile est contra omnes. Contra duritiem splenis & hepatis fiat decoctio pulueris vtriusque vel alterius in oleo, & hepati & spleni superponatur. Si virides herbas habemus ponantur in vino per ix. dies: vt ibi computrescant, postea bulliant vsque ad consumptionẽ ferè postea exprimantur per pannum solidum & fortem, vt tota humorositas exeat: ex illa humorositate & cera fiat vnguentum expertum ad splenem & hepar. Contra vomitum factum ex anatropha, vel aliqua causa frigida, coquantur herbæ ipsæ vel plures diutissime in aqua salmacina, vel naturaliter salsa, & adito oleo & modico aceti fiat cataplasma supra pectus, maximum remedium est contra vomitum quemlibet qui fit ex frigida causa. Puluis etiam eius cum melle datus lumbricos occidit. Contra catarrhum ponantur pulueres calidi in sacello, & capiti superponatur optimum remedium est. Ad furfuricas capitis, vel barbę farina lupinorum amororum de

b *Quid camedreos.*

c *Effectus camedrei.*

coquatur in aqua falsa, addito aceto & in colatura posito puluere vtriusque, vel alterius, & post modum caput lauetur.

Contra paralysim in vino herbæ decoctæ loco dolenti superponantur. Vlcera & vulnera consolidat earum puluis superaspersus. Ad matricem mundificandam, & menstrua prouocandum & ad matricem infrigidatam ex superfluitatibus phlegmatis calefaciendã coquantur herbæ illæ in aqua diu, & fomentetur inde mulier, & herbæ ipsæ cataplasmentur super pudẽda Puluis earum in oleo decoquatur, & bombix intinctus super ponatur, vel puluis conficiatur cum succo mali terræ & superponatur.

a Effectus camepitheos.

a De camepitheos. CAP. XVIII.

CAmepitheos cali. est & sic. in iij gra ventositatem & inflationem dissoluit, laxatiuum est & humorem grossorum attenuatiuum, & interiorum membrorum, opilationis hepatis & splenis apperitiuum & matricis. Vrinam & menstrua prouocat ictericiam curat, de quo si duo exagia cum siccarũ siccuum apozemate dentur nephresim extirpat, vnum exagium cum vino sumptum superiora intestina purgat. Cuius apozimacum melle bibitum dolorem femoris & coxarum mitigat, Vulnera putrida solidat, loco putrida cataplasmata desiccat duritiem mamillarum dissoluit & temperat.

b Quid carui

c Effectus carui.

b De Carui. CAP. XIX.

d Quid cuminum.

CArui cal. est & sic. in iii. gra. Carui herba & semen appellatur, in transmarinis partibus & etiam in Sicilia in magna quantitate reperitur per v. annos potest seruari. *c* Virtutem habet diurecticã. Vnde vinum decoctionis eius stranguriosis & dissuriosis confert. Puluis eius in cibis sumptus digestionem confortat ventositatem excludit, in salsamentis positus appetitum prouocat. Nota quod semine tantum in medicinis vtimur.

e Effectus cumini.

d De cumino. CAP. XX.

CVminum cal. est & sic. in secundo gra. Est autem semen herbę in magna quãtitate nascentis. Nõ sophisticatur propter ipsius copiã per x. annos potest seruari. Virtutẽ habet diurecticam & fumositates subtilliandi, vnde sumptum in cibis & potibus & salsamentis digestionem confortat.

e Vinum decoctionis eius & seminis fœniculi, dolorem stomachi & intestinorum ex ventositate mitigat.

Contra frigidam tussim detur vinum decoctionis ficuum siccarum & cumini. Electuarium etiã factũ ex cumino & semine fœniculi brusci & melle, vtile est contra frigidã tussim. Nec oportet queri diaris, vel diacuminum, hoc habito. Contra dolorem & tumorem faucium cuminum & ficus siccæ bene tritæ in vino decoctæ ℞. inde emplastrum factum super locum dolentem ponatur. Contra frigidum rheuma puluis eius & bacharum lauri simul trita, & in testa calefacta in sacellis ponantur & capiti superponantur. Contra stranguriã dissuriam, & alios dolores ex frigiditate,

giditate, cuminum in vino decoctum supercataplasmetur. Contra sanguinem oculorum tantum in principio dum fluxus est, sed post cum cera superponatur. Ad idem puluis cuminiū cum albumine oui confectus super testam coquatur, quod diuisum in duas medietates sæpius superponatur. Alij alio modo operantur. Cum masticatum cumi inter dentes tenentes insufflant aerem tantum in oculis.

Contra liuorem ex contusione, vel alio modo factum dum recens est, puluis eius subtilis cum cera ad ignem bene confectus, & sæpe appositus, certum est remedium Nota quod ex frequenti vsu cumini fit discoloratio.

De Croco. CAP. XXI.

CRocus ca. est & sic. in j. gradu.
a Croci duæ sunt species hortensis ab horto dictus in quo nascitur, & orientalis quia in oriente nascitur sic appellatur. In medicinis non vomicis iste crocus ponitur cum flores producit in medio floris iij. vel iiij. producit paruos flores. Eligendi sunt subrufi omnino qui autem habent aliquid citrinitatis abiiciantur.

b In sacculo stricto de corio seruentur per v. annos possunt seruari, virtutem habent confortandi ex qualitatibus suis, & temperatis ex aromaticitate, vnde contra debilitatem stomachi & syncopen talis fit vsus.

c Calefacta testa superponatur crocus orientalis, & desiccatus puluerizetur, & in brodio si caro coquatur in aqua vel vino, vel aceto distemperetur in fine decoctionis: quia tunc plus stringit ϑ. i. quam duo aliter.

d Et nota quod si fiat multus eius vsus abominationem facit. Cholerico non enim debet dari quia vomitum prouocat. Ad ruborē oculorum ex sanguine & maculas fiat puluis de croco orientali siccato, vt diximus, & conficiatur cum vitellis ouorū, & bōbix intinctus oculis superponatur. Crocus hortēsis non per se datur, sed in vomicis medicinis competenter ponitur. Cōtra illiacam passionem strangu riam, & dissuriam facta decoctione eius mediocriter in oleo locis dolentibus cataplasmetur.

e *De Cicuta.* CAP. XXII.

CIcuta ca. est & sic. in iij. gra.
Virtutē habet dissoluendi, consumendi, & attrahendi. Ea non vtimur in interioribus quia venenosa est in substantia & in qualitatibus suis. Dissoluit enim tantum quod spiritus inaniuntur ex quorum inanitione membra mortificantur. Antiqui autem eam in medicinis ponebant quia corpora tunc erant fortiora, Virtutem habet potentissimam secundum radices: secundario secundum folia: minorē secundum semen quod frigidum & siccum est; vnde semen eius quandoque in medicinis ponitur.

f Contra vitium splenis talis sit vsus. Tota herba in aceto cum ℔. ß amoniaci, per ix. dies marcescat: nona die bulliant ad ignem quousque bene resolutium fuerit amoniacum, postea coletur per fortem pannum. Illa liquoro sitas iterum ad ignem bulliat bene & addita cera & oleo fiat vnguentum. Hoc vnguentum cicutæ potentissimū est contra splenem, & contra dura apostemata arteticam & etiam

a *Duæ sunt species croci*

b *Conditiones boni croci.*

c *Modus seruādi crocū.*

d *Multus vsus croci abominationem facit.*

e *Cicuta venenosa est.*

f *Effectus cicutæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 356 sur 459

epilepsiam testantæ Constantino. Contra arteticam & podagram coquantur radices cicu æ in pasta postea radices ipsæ sissæ per medium ponantur super arteticam, citissimum remedium est. Contra iliacã passionem stranguriam, dissuriam facta decoctione in vino forti & oleo loca dolentia cataplasmẽtur. Ad matricem mundificandam ex frigido & glutinoso humore & menstrua prouocanda & fiat fomẽtum ex vino & aqua salsa, decoctionis eius. Contra scrofulas facto vsu diureticarũ herbarum fiat cataplasma ex duabus partibus cicutæ & iij. scabiosæ. Si xxviii. ʒ. cicutæ cũ vij. ℔. vini quousque iiij. pars consumatur super lentum ignem coquantur fit optimum apoze epilepsiæ: si quoque die x. ʒ. ex eo acceperit: quousque xl. dies cõpleantur. Hoc etiã apozema datũ mulieribus nondum concipere valentibus, nisi semel ad vsum concipiendi eas conuertit. Sed tamen signum eis presentialiter impregnantibus tale est, vomitum enim illud prouocat apozema quod nullatenus continere valent.

a *De cypero.* CAP. XXIII.

a *Quid sit cyperus.*

CIperus ca. est & sic. in ij. gra. Est autem cyperus substantia quædam modica continua & tuberosa est autem radix iunci triãgularis que in vltra marinis partibus nascitur, melior est maior, & per biennium seruatur.

b *Conditiones boni cyperi.*

b Quod verò in nostris regionibus nascitur minor est, & non est tantæ efficaciæ & per annum seruatur. Eligendus autem est non ramosus & quæ cum frangitur interius, quasi citrinũ pretẽdit colorẽ, & non facile puluerisatur. Virtutẽ habet diureticã ex subtilitate substantiæ in quolibet tempore potest colligi & reperiri, sed præcipuè in fine vetis iii. diebus soli debet exponi ne ex humiditate sua putrefiat, postea in vmbroso loco ponatur.

c *Effectus cyperi.*

c Contra stranguriam dissuriam cyperi in multa quantitate conquassati in oleo bene decoquãtur, postea pectini & peritonio cataplasmati pro certo prouocant vrinam humores dissoluunt. Contra lapis vitium cyperi bene triti in oleo muscel. bulliant aliquantulum, & liquor colatus & per siringam iniectus etiam lapidem frangit. Contra dolorem stomachi & intestinorũ ex frigiditate vel ventositate valet predictum cataplasma, quod fit contra stranguriam & dissuriam. Fiat etiam hoc quod precipuum est, detur vinum decoctionis eius & masticis, vel ex aqua decoctionis eius vinum limphetur hoc etiam digestionem confortat. Ad idem succus eius cum vino datus dolorem stomachi ex ventositate, vel frigiditate, & etiã intestinorum tollit. Contra lithargiam cyperi bene triti in oleo ferè vsque ad consumptionem bulliãt, postea illud totum supra carbones ponatur & fumum recipiat patiens per os & per nares optimum est. Ad mundificationem vulneris puluis eius vulneribus impositus putredinem tollit ablata putredine non est ponendus, quia corodit, sed ponenda sunt conglutinatiua. Nota quod cyperus qui habet album colorem vel terreum vel palidum abiiciendus est.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 357 sur 459

a *De calamo aromatico.*

CAP. XXIIII.

CAlamus aromaticus cal. eſt & ſic. in ij. gra. Eſt autem radix cuiuſdam arboris fruticis, & calamo aſſimilatur & valde aromaticus concauus eſt, quia cum colligitur extrahitur quoddam lignum intus exiſtens, tamen cõtinuus reperitur, vt ſi maioris ponderis. Duplicis maneriei eſt. Quidam reperitur in perſia, qui citrinus eſt, & eo non vtimur. Alius in India, qui ſubalbidus eſt & eo vtimur. Eſt ergo eligẽdus calamus ſubalbi coloris, qui cum frangitur non puluerizatur facile per tres annos ſeruatur habet autem virtutem confortandi.

b Contra dolorem ſtomachi & inteſtinorum ex frigiditate vel ventoſitate certum eſt remedium puluis eius in quantitate. iii. ʒ. conficiatur cum ſucco abſinthii & addito vino calido detur patienti.

c Ad digeſtionem confortandam detur puluis eius cum puluere cinamomi. Hoc etiam valet contra cardiacam. Contra cardiacam paſſionem decoquatur calamus aromaticus integer in aqua roſ. & ex ea limphetur vinum patientis Cõtra tenaſmum ex frigida cauſa, puluis eius cum bombacino ad huc exterius exiſtente ſuperponatur.

d *De corallo.* CAP. XXV.

COralus frigidus eſt & ſic. in ij. gra. Eſt autem quædam ſubſtantia terrea, quæ reperitur in locis maritimis & maximè in cauernoſis montibus in mari exiſtentibus. Quædam enim humoroſa glutinoſitas lapidibus adhærens ex ſic citate propria & maris caliditate ſic condenſata in ſubſtantiam lapideam tranſmutatur. Qui habet maiorem partem ignis fit rubeus, qui maiorem humiditatem vel aquoſitatem fit albus, albus frigidus eſt & ſiccus minus, rubeus ſiccus & minus frigidus, tam albus quam rubeus vſui competit medicinæ, ſed albus nunquam ponitur in medicinis niſi cum determinatione. Cum autem inuenitur ſimplex coralius, rubeus debet poni niſi determinetur ſic. ℞ coralli albi & rubei.

e Eſt ergo eligendus rub. qui groſſus eſt planus & clarus, & quanto plus accedit ad ruborem tanto melior, & qui nulla habet foramina aut pauca. Albus eligendus eſt qui groſſus & planus, & quanto magis intenditur in albedine, tanto melior qui etiam non eſt perforatus paruis foraminibus ita debet eligi cum ponendus eſt in medicinis ad faciem. Cum vero ponendus eſt in medicinis ore recipiendis, non eſt ita curandum ſi non ſit albus. Poteſt autem ſeruari vterque per infinitos annos. Virtutem habent confortandi, conſtringendi & depurandi. Occultam etiam habet virtutem contra epilepſiam. Dicunt autem quidam quod rubeus ſeruat domum a fulmine.

f Contra fluxum ſanguinis a naribus imponatur puluis eorum rubeorum cum bombice: vel conficiatur puluis eius cum ſucco ſanguinariæ & pilulæ inde factæ naribus, imponantur. Contra emoptoycas paſſiones i. vomitum ſanguineum ſi fiat vitio ſpiritualium, ex

a *Quid ſit calamus aromaticus.*

b *Conditiones boni calami.*

c *Effectus calami aromatici.*

d *Quid ſit coralius.*

e *Conditiones boni coralli.*

f *Effectus coralli.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 358 sur 459

duabus partibus coralli subtilissimè pulueriſati conficiatur cum aqua ordei infuſionis dragaganti, & fiant pilulæ quas patiens diu teneat in ore, & poſtea diſſolutas tranſglutiat. Generale etenim eſt quod ea quæ dantur contra ſpiritualia debent prius in ore teneri vt cum ſaliua propter remollitionem ad ſpiritualia traducantur. Si fiat vitio nutritiuorum membrorum detur pul. eius cum ſucco plãtaginis.

a *Quid ſit cataputia.*

Eodem modo valet contra dyſinteriam factam vitio ſuperiorum. detur etiam pul. eius cum ouo ſorbili Si fiat vitio inferiorum iniicia tur per clyſtere cum ſucco plantagini. Contra fluxum menſtruorum pul. eius cum athanaſia & ſucco plantagi, conficiatur, & fiat ſuppoſitorium, vel cum ſolo ſucco plantagi. vel puluerem ſolum cũ bombice mitte & citius conſtringit. Cõtra corroſionẽ oris & gingiuarum ſic fiat lotura prius oris & gingiuarum cum aqua ſalmacina, vel aluminoſa, & deinde facto puluere de duabus partibus coralli & tertia roſarum ponatur ſuper gingiuas. Contra fluxum ſanguinis ex gingiuis pul. coralli flos roſ. & antheræ i. croci roſ ſuperaſpergatur vel cum melle conficiatur, & illiniantur gingiuæ. Ad conſolidanda vlcera pul. coralli impoſitus conglutinat. Valet oculorum dolori & obſcuritati pannos eorum & putrefactiones cura : & mundificat ſi in collyrio mittatur dentes fricando clarificat. Gingiuas putridas ſanat, Gale. corallus vſtus gummi mixtus & cum aqua frigi. potatus ſanguinis fluxum arcet.

b *Conditiones bonæ cataputiæ.*

c *Effectus catapuciæ.*

a *De Cataputia.* CAP. XXVI.

CAtaputia calida eſt in iii. gradu, humida in i. Eſt autem cataputia fructus vel ſemen cuiuſdam herbæ quæ ſimiliter appellatur. Cum in receptione reperitur fructus eſt apponendus, non herba, remoto exteriori cortice & ſeruata debita quãtitate poteſt autem per annum in magna efficacia ſeruari. Eligenda eſt catap. que interius non eſt perforata, nec liuida ſed alba & viridis.

b Habet virtutem principaliter purgandi phlegma, ſecũdario choleram, & melancoliam habet etiã virtutem purgandi per inferiora ex vnctuoſitate & lenitate, vnde quandoque datur ſanis ad conſeruationem ſanitatis: quandoque ægris ad egritudinem remouẽdam.

c Contra quotidianam ex phlegmate ſalſo & ſcabien talis ſit vſus conteratur catap. ex magna quantitate, & poſt ea foliis caulium inuoluta ſub cinere ponatur diu vt bene coquatur deinde extrahatur & exprimatur oleum quod effluit reſeruetur, cum neceſſe fuerit ponatur in cibis patientis, vel aliquo alio modo ſic poſſunt multum decipi. Ad idẽ fiat claretum hoc modo Cataputiæ contritæ bene cum melle decoquantur, & cum tali melle & vino fiat claretum Et nota quod in xx. li. vini ſufficit. ℔. i. cataputiæ & ex ʒ. ß. cataputiæ poteſt fieri modiolum clareti. in iure etiam piſcium vel carnium : vel aliorum ciborum poſſunt poni cataputiæ contritæ. Comeſtæ etiam valent multum & ſanis & ægris prædictis modis datæ. Contra quotidianam & phlegmate

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 359 sur 459

salso semina artiplicis, rapæ radices lauentur in aqua feruenti addita tertia parte ʒ. cataputiæ & detur cum syrupo acetoso. Contra quotidianam de phlegmate vitreo precedentibus diuisiuis bulliant. ℈. iii. vel duo in vino fortissimo & addatur tertia pars ʒ. cataputiarum mundatorum à cortice postea coletur colatura cum oximelle detur.

Contra iliacam passionem bulliant in aqua radices fœniculi, & casialignea, & in illa aqua addatur tertia pars. ʒ cataputiæ & iniiciatur per clystere, precedente clysterij tamen aliquo mollificatiuo. Contra arteticam & paralysim, dosis benedictæ simplicis cũ vino hoc modo dactylato & tertia parte i. ʒ. cataputiæ detur.

Ad preseruationem sanitatis fructus cataputiæ viridis, si possunt haberi, benemundati & cõtriti cũ ouo mixti in tussello ponantur sine molestia purgant, vel cataputiæ bene mundatæ cum esula ponantur in vino, & dentur addito cinamomo & aliis speciebus odoriferis. Ad vomitum prouocandũ si materia fuerit frigida in ore stomachi, & in sanis & ægris cataputiæ bene cõtritæ cum oleo ficcionio conficinatur & super os stomachi ponantur vomitum prouocant. Nota quod oleum prædictũ quod fit ex eis per annum potest seruari.

a De *cretano*. CAP. XXVij.

CRetanus ca. & sic. in tertio gra. Herba est quæ in marinis locis reperitur. Virtutem habet diureticam valde cum subtili substantia. Contra stranguriam, dissuriam & vitium lapidis & iliacam passionem herba in magna quãtitate bulliat in aqua salsa vel vino, & oleo, & in illa sedeat patiens vsque ad vmblicum. Si autem non possis habere in tanta quantitate, cataplasmetur super loca dolẽtia.

b Herba etiam comesta vel vinum decoctionis eius in potu datum prouocat vrinam. Contra iliacam passionem herba decoquatur in aqua salsa ex qua addito melle & oleo fiat clystere præcedente alio clysteri mollificatiuo.

c De *costo*. CAP. XXviij.

COstus calidæ est & siccæ complexionis in tertio gradu. Est autem radix cuiusdam arboris in India nascentis quæ similiter appellatur. Et est costus duplicis materiei. s. indicus qui subrufus est, & violentior quem non habemus. Et arabicus qui scilicet albus est temperatior quo vtimur.

d Eligendus est costus qui cum frangitur non facile puluerizatur, nec intus habet minuta foramina qui etiam habet amarũ saporem ponticitati immixtum. Ille qui cũ linguæ apponitur a põticitate deficit, & amaritudinẽ habens etiam intus minuta foramina abiiciendus est. Per x. annos potest seruari. Virtutem habet confortandi ex ponticitate, & diureticã ex qualitatibus suis dissoluit ponticitate comprimendo educit. Contra duritiem splenis & hepatis ex frigida eam detur vinum decoctionis eius.

e Electuarium quod diacostum

a *Quid sit cretanus.*
b *Effectus cretani.*
c *Quid sit costus.*
d *Conditiones boni costi.*
e *Effectus costi.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 360 sur 459

dicitur valet ad ſplenem, exterius etiam eo vtimur hoc modo. Cerotum vel vnguentum fiat ex oleo competens ſpleni cera & puluere coſti. Fiat etiam hoc marubiú ponatur in vino & oleo & aceto, & maceretur ibi per xv. dies: poſtea fiat decoctio vſque ad medium deinde coletur, & in colatura addita cera & puluere coſti fiat vnguentum.

Ad conceptionem adiuuandam, puluis coſti in oleo muſcellino vel ſaltem communi conficiatur, & bombix intinctus ſupponatur accipiat etiam fumum per embotú, matricem mundificat, & calefacit.

Contra dolorem ſtomachi ex frigida cauſa fiat emplaſtrum ex puluere maſticis & olibani & puluere coſti quantum de aliis oleo roſ. & muſcellino ſi potes & cera & ſtomacho ſuperponatur, ſi ſint ʒ.iij. olei & ceræ ſint iii.ʒ. pulueris.

Quandoque addimus ſpicam nucem muſcatam gariofil. & ſimilia.

Contra dolorem capitis ex frigida cauſa vt eſt cephalea, detur vinum decoctionis coſti. Contra lumbricos detur puluis eius confectus cum melle.

a *De Cantabro.* CAP. XXIX.

a *Quid ſit cantabrũ.*

CAntabrum cali. eſt & temperatè ſic. Eſt autem cantabrũ idem quod furfur tritici, & eſt diaforeticum, & in aqua calida diſſolutum aquã reddit mitigatiuam & humidam, vnde aqua illa nimium humida eſſe iudicatur.

b *Effectus cantabri.*

b Contra iliacam paſſionem, ſtrãguriam, diſſuriam talis ſit vſus, cõficiatur cum vino ſubtili albo mediocriter acido, ita quòd nec nimis ſit ſpiſſum, nec nimis tenue poſt hoc decoquatur diu. deinde pãno ſuperpoſitum loco dolendi apponatur, & ſæpius renouetur, perfectè medetur. Idem etiam valet cõtra dolorem ſtomachi ex frigida cauſa vel ex ventoſitate. Hoc autem experimento curauit Plateárius quendam qui habebat tãtam puncturam ſub mamillis & dolorem quòd non poterat ſe erigere, quod contingerat ex ventoſitate, quod cognouit quia pulſus eius ſatis erat temperatus. Contra iliacam paſſionem iniiciatur eius colatura per cliſtere, mollificat enim ſatis. Hac etiam aqua mollificatiua vtimur competenter, quando alia mollificantia non poſſumus habere. Contra tuſſim ſiccam & etiam frigidam & etiam peripneumoniam, pleureſim & ſimilia, fiat hoc in aqua decoctionis ordei bene mundati & triti & colati, diſſoluatur cantabrum, & colatura iterum igni apponatur, & bulliat aliquãtulum & talis aqua tepida vel aliquantulũ calida detur patienti.

c *De Colophonia.* CAP. XXX.

c *Quid ſit colophonia.*

COlophonia cali. eſt in ſecũdo gra. ſicca in primo. Eſt autem gummi cuiuſdam arboris, quæ in multa quantitate in græcia reperitur, vnde pix græca dicitur, & aliis locis. Eligenda eſt nigra, & quę interius eſt lucida, habet enim quãdoque admixtionem terræ. Virtutem habet calefaciendi & à gummoſitate conglutinandi. Contra diſenteriam fiat ſuffumigiũ ex puluere eius ſuper carbones poſito.

d *Conditiones bonæ colophoniæ*

d Contra tenaſmum ex frigida cauſa de puluere colophoniæ, &

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 361 sur 459

& puluere naſturtij an. commixtis fiat aſperſio ſuper renes, renibus prius calido melle inunctis, & deinde faſcia ligetur,

a Ex colophonia etiam fiat ſuffumigium inferius. Ad pilos de facie remouendos & faciem de albandam talis ſit vſus, accipe ʒ. iiij. colopho. ʒ.j. maſti. & modicum amoniaci puriſſimi & reſolue in vaſe terreo mundo & nouo prius colophoniam & maſticem ad vltimum pone guttas amoniaci puriſſimi & cola ſuper aquam frigidam colligе deinde & malaxa manibus, priꝰ tamen apparet nigrum poſtea ex attractione manuum redditur album, cũ autem volueris pilos tollere, reſolue ad ignem parum, & cùm aliquantulum infrigidabitur, pone ſuper faciem per vnam horã, vel duas, & poſtea remoue pilos ipſos & ſit locus ſiccus, & cùm pones ſuper locum parum cum digito madefacto preme, vt melius adhæreat, & pilos extrahat, pilos remouet, faciem etiam depurat.

Illud etiam decies poterit apponi & ſeruari, quia tale emplaſtrum durat per duos annos. Contra aſthma ex frigida cauſa materia exiſtente diſſoluta & digeſta, accipiat patiens fumum per os, & inclinet caput, facit proiicere phlegma in magna quantitate.

b De Cucurbita. CAP. XXXI.

CVcurbita & citroli frigidæ & humidæ complexionis ſunt, & in qualitatibus ſuis temperati, in calidis regionibus præcipuè reperiuntur, ſemina artificioſe terræ iniecta in tempore veris herbam procreant quæ fructus producunt. & fructus cibis & medicinis competunt: & præcipuè ſemina. Cucurbithæ & citroli ante maturitatem colliguntur, & poſt. Citruli crudi ante maturitatem & poſt comedi poſſunt. Cucurbita non cruda, ſed elixa vel aſſata. Semina etiam diuretica ſunt propter ſubtilem ſubſtantiam, & præcipuè medicinis competunt.

a Effectus colophoniæ.

c Contra opilationem hepatis & tenum & veſicæ & contra apoſtemata pectoris valent. Semina autem bene mundata à corticibus exterioribus bene conterantur, & in aqua ordei aliquantulum coquãtur, vel ablactentur, & aqua illa patienti detur. Si autem non poteſt accipere aquam illam, fiat ſyrupus ex ea & detur. Nota quod maiorem habent efficaciam ſi non bullierint. Nota etiam quòd à corticibus mundata debent poni in medicinis in tali quantitate, quali exiguntur, vel ſaltem duplicetur quãtitas in acutiſſimus eſſet febribus detur aqua vel ſyrupus factus ex aqua. Cucurbita cocta cum carnibus maximè confert choleris, in æſtate ſanis. Acutiſsimè febricitantibus elixæ cucurbitæ ſine aliquo condimento, vel etiam aſſatæ cum agreſta datæ & ita ſunt cibus & medicina.

b De cucurbita & citrolo.

c Effectus cucurbitæ & citrulli.

d Coque cucurbitas in paſta bene, quæ bene coctæ diſſoluantur in aqua, ex illa aqua & zuc. fiat ſyrupus optimus ad acutiſſimè febriẽtes, empicos, & ethicos & purgat à principio materiam autem indigeſtam bene digerit, & purgat per vrinam & aliquantulũ laxat. Contra calefactionẽ hepatis raſura cucurbitæ conteratur & ſuccus expri matur, addito aceto vel agreſta pãnus intinctus ſuperponatur.

d Modus faciendi ſyrupum ex aqua cucurbitæ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 362 sur 459

a *Demõ extrahendi semina cucurbitariũ.*

a Nota quod poſt maturitatem debent cucurbitæ colligi, & ſuſpendi cum ſeminibus vt ſubſtãtia deſiccetur, poſtea propter glutinoſitatem abluantur cum aqua & ad ſolem exiccentur & in loco ſicco conſeruentur, ne propter humiditatem magnam corrumpãtur & per triennium conſeruantur. Nota ſi in aliis terris iſta ſemina haberi non poſſunt, accipiamus ſemina malorum dulcium & eodem modo deſiccentur & ſecundario operantur.

b *Duæ maneries ſunt celidoniæ.*

b *De Chelidonia.* CAP. XXXII.

CHelidonia ca. eſt & ſic in iiij. gra. Et nota quod duæ ſunt maneries chelidoniæ, ſc. indica quæ maioris eſt efficaciæ & citrinam habet radicem, & omnis quæ in noſtris partibus reperitur minoris eſt efficaciæ, tamen altera pro altera poni poteſt, teſte Conſtantino, cùm in receptione reperitur, radix non herba poni debet. Radix per tres annos poteſt ſeruari in magna efficacia.

c Et qualitatibus & ſubſtantia virtutem habet diſſoluendi, conſumendi & attrahendi. Contra dolorem dentium ex frigida cauſa radix aliquantulum trita inter dentem dolentem & alium dentem ſuppoſita vel ſuperpoſita teneatur. Ad purgandum caput & vuluam repletam frigido humore radices bene tritæ in vino coquantur, & patiens per os fumum recipiat, poſtea ex vino gargariſma ſibi faciat, quòd vuluam deſiccat, & caput purgat. Contra colicam paſſionem herba trita & in vino decocta ſuperponatur, vel ſpongia infuſa in vino decoctionis vel puluis eius radicis ſæpius ſuperponatur. Ad menſtrua prouocanda, & matricem mundificandam, fiat fomentum ſæpius ex aqua decoctionis eius. Ad cancrum oris, oſſis vel neruorum puluis radicis eius cum puluere roſarum conficiatur. cum aceto, & decoquatur vſque ad mediocrem ſpiſſitudinem ad modum ſynapis, & inungãtur partes cancroſæ multum confert. Contra fiſtulam puluis eius cum capitello conficiatur, & cum ſtuello ori fiſtulæ immittatur.

e *Effectus chelidoniæ.*

d *Quid coriandrum.*

e *Effectus coriandri.*

f *Quid celtica.*

d *De Coriandro.* CAP. XXXIII.

COriandrum cæli eſt & ſic. in ii. gra. Herba eſt ſatis communis cuius ſemen in receptionibus poni debet, quando inuenitur eius receptio in aliqua medicina. Semen per duos annos poteſt ſeruari in magna efficacia virtutem habet confortandi ex qualitatibus & ex quantulacunque aromaticitate.

e Ad digeſtionem confortãdam & dolorem ſtomachi ex ventoſitate datur ſemen eius in cibis & vinum decoctionis eius. Puluis eius ſuper carbones aſperſus carnes ſaporoſas reddit.

f *De Celtica.* CAP. XXXIIII.

CElticam dixit Gal. illius naturæ eſſe, cuius eſt ſpica, & illius actionis, actio tamẽ illius debilior eſt niſi quod ad prouocandam vrinam fortior eſt quæ cum apozimate abſinthij potata vẽtoſitatem

sitatẽ stomachi & hepatis & splenis destruit, & valet cum aceto bibita & splenis apostemata dissoluit. *a* Morsus & dolores renum & vesicæ placat. Sæpè etiam bibita, pectus vesicam, & splenem, & vulnera mũdificat quia vrinã & menstrua prouocat.

a *Effectus celticæ.*

b De *Calce*. CAP XXXV.

CAlx ca. est sic. in iiij. gra. Mixta cum seuo, & oleo pustulas & putrida apostemata habentes iuuat. Vulnera & omnem incisionem bene solidat.

b *Effectus calcis.*

De *Cepis*. CAP. XXXVI.

CEpe virtutem habet incisiuam ob longior plus est stiptica quàm rotunda & quę colorem habet rufum quàm quæ album siccæ calidiores sũt quàm virides, & crudæ plus quã incidũt quàm coctæ. Virtus est eius liptomera & incisiua cocta inflationes, præstat, fastidiũ tollit, sitim prouocat & tollit oris fœtorem synthomatica est. *c* Hæmorrhoydas imposita prohibet, succus eius naribus impositus caput purgat, morsibus taninis & aliorum venenatorũ occurrit melle & ruta & sale addito. Cum sepo gallinaceo dolorem aureum & superfluos somnos compescit & ad vlcerationes auriũ similiter prodest. Crudi verò fricatum alopecias emendat. Cum cina. vel cum alcionio fricatum crementum capillorum præstat. Puluis commestus dolorem capitis commouet. Succus eius caput optimè purgat. vel si odor eius naribus patientis fuerit attractus. Asclepiades Peculiariæ cepis attribuunt, putant verò quotiescunque videntur nobis sibi boni coloris acquirant. Galen. existimat cholericis esse cõtrarias phlegmaticis verò vtiles.

c *Effectus caparum.*

j De diagridio.
ij De dragaganto.
iij De dauco.
iiij De draganto.
v De diptamo.

De diagridio. CAP. I.

DIagridio cal. est & sic. in iij. gra. *d* Est autem succus cuiusdam herbæ nascentis in transmarinis partibus, quæ est species titimalli, sunt enim plures species. in canicularibus diebus rumpuntur summitates illius herbę, lac effluẽs colligitur in vasis paruis, quod soli exponitur & desiccatur, & in substantiam diagridij transmutatur. Cùm sit quandoque sophisticatur ex admixtione alterius titimalli, & tũc fortius operatur quod bonum est & suauis. *e* Sophisticatur etiam quãdoque ex admixtione subtilis pulueris colophoniæ quæ pix græca dicitur. Quãdoque etiã frustra colophoniæ inter diagridium pro diagridio vendũtur. *f* Est autem illud diagridium eligendũ quod album est, vel nigrũ & subnigrum in colore, & in substantia per totum clarum & frangibile licet colophonia facile frãgitur, non tamen iam cito. Quod etiam subamarum habet saporem aliquantulum, & non abominabilem multum. Quod autem abominabilem multum habet saporẽ, sophisticatum est ex alterius admixtione. Quod etiam insipidum vel nullum habet saporem ex admixtione colophoniæ. Quod etiã

d *Quid sit diagridiũ.*

e *De sophisticatione diagridij.*

f *Cõditiones boni diagridij.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 364 sur 459

quandam partem habet claram, quandam obſcuram abiiciendum eſt. Eſt autẽ illud eligendũ, quod cum ſputo humectatur continuo in album colorem conuertitur, ad naturã verò titimalli redit. Groſſum autem eſt eligẽdum & minus ponderoſum. Puluis enim ex admixtione colophoniæ poteſt ſophiſticari facilẽ, & nõ tam diu ſeruatur quam diu ſeruatur groſſum. Groſſum autẽ per x. annos poteſt ſeruari. In medicinis ponitur ad acuẽdum ipſas medicinas quia in parua quantitate poteſt acuere alias medicinas. Quia etiam violẽter ducit & quia multam facit abominationem nunquã per ſe datur. Nota quòd in doſi ſufficiunt ℈.ii. vel ad plus iii. in ℔.i. & ß. Sed licet non multum ſit violentum tamen violẽ etiam eius reprimimus. Cùm autem medicinam acuere volueris ſic eſt faciendum. Accipe ſcamoneæ ℈.ii. vel iii. & pulueriza, ſed noli cribrare nec terere, ſicut alias ſpecies, quia ex ſubtilitate ſua & etiam viſcoſitate villis ſtomachi adhæret, poſtea, dum adhuc mel calidũ eſt electuario imponatur, addito puluere maſticis in maiori quantitate pari vel media, & ſemper per interualla parum pulueris diagredij mittatur, & cõtinuo moueatur ne inuiſcetur, quia ſi totum ſimul poneretur conuiſcaretur ſcamonea. In calido ponitur, quia per calorem reprimitur eius malitia & violentia. Sed hoc tale electuarium non poteſt dari ante xv. vel xx. dies. Vel ſic, accipe ℈.ii. vel iii. vel iiii. hoc autẽ dico quia plus operatur ℈.i. in calida regione & in calido tempore quàm ii. vel iii. in frigida regione, & in frigido tempore pulueriz etur ſubtiliſſimè & ponatur in aqua ordei per totam noctẽ, & cum illa aqua acuatur medicina vel colatura illius aquę detur ſi debilis ſit patiẽs. Sic autem poteſt dari delicatis ſine moleſtia & timore, quibuſdam etiam acutè febricitantibus. Sed nota quòd ſcamonea in maiori quantitate ponenda eſt ſic quàm alio modo, aqua autem ſit tepida aut frigida. Nec hoc etiam electuarium dandũ eſt ante vii. vel x. dies. Sed quia ſæpè cogimur dare medicinam, & oportet nos acuere in ipſo die ſic eſt faciendũ. Pulueriza. ℈.ii. vel iii. diagridij, ſed non multum ſubtiliter, & plus de maſtice & acue medicinam. *a* Aliter etiam fit quod poſſit dari in ipſo die medicina, accipe ſcamoneã integram, & pone in paſta vel pomo granato & coque bene, & ſic reprimatur eius violentia. Poſtea pulueriz etur & modicum maſticis addatur, & inde acuatur medicina. Et nota quòd diagredio principaliter admiſcetur maſtix, ſecundario bdellium, tertio gummi arabicum. *b* Scamonea autem principaliter choleram, ſecũdario phlegma & melãcholiam purgat. Nota quòd nunquam debet medicina ſcamoneata dari cum aqua frigida licet quoddam electuarium frigidum detur in æſtate cum aqua frigida. Ex frigiditate enim aquæ poteſt medicina ſcamoneata conuiſcare vill. ſtomachi. *c* Poteſt etiam fieri ex ea potus laxatiuus panis fructus laxatiuus. Cùm autem fit claretum vel nectar inter alias ſpecies ponatur ſcamonea. *d* Pulueriz etur etiam & addito maſtice ponatur in paſta & coquatur & ſic

a *Modus faciendi ſcamoneam.*

b *De correctiuis ſcamoneæ.*

c *Quomodo fit vnum laxatiuũ.*

d *Quomodo fructus efficiũtur laxatiui.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 365 sur 459

fiat panis laxatiuus. Scamonea autem integra in arbore infixa non verſus terram multum ſed in medio ponatur in quantitate ℔. i. vel ß. & pannus circumponatur, & cortex deſuper, & ligetur bene planta illa humoroſitas autem arboris & nutrimẽtum ſurſum tendens efficaciam ſcamoneæ ſecum fert ad ramos, vnde fit fructus laxatiuus.

Et nota quòd cum diagredium principaliter purget choleram ſecundario phlegma & melancholiam cum diuerſis medicinis poſitũ diuerſos humores purgat principaliter. Si enim ponatur cum oxi laxatiuo vel electuario frigido vel trifera ſaracenica principaliter purgat choleram. Si cum blanca, vel benedicta phlegma, cum theodoricõ anachardino vel diaſene melancholiam. Et nota quòd diutius conſeruatur quando ponitur cum electuario confecto cum melle, quia per ii. annos, vel iii. ad plus quam ſi ponatur cum electuario confecto cum ſyrupo.

Et nota quod ſi fricetur ſcamonea cum oleo violato bene addito maſtice & acuatur medicina, in ipſo die vel ſecundo poteſt dari.

a *De dragaganto.* CAP. II.

DRagagantum frigidum eſt in ij. gradu, & humidum in i. Eſt autem gummi cuiuſdam arboris in vltramarinis partibus naſcentis, cuius humiditas efluẽs actione caloris condenſatur & in gummi ſubſtantiam tranſmutatur.

b Eius eſt triplex maneries, ſcilicet dragagantũ album, quod melius eſt ſi clarũ ſit & purũ. Eſt etiã & ſubrufum & citrinũ quod non eſt adeo bonum. Eſt autem eligẽdum illud quod nõ eſt obſcurum ſed clarum nec habens aliquid terræ admixtum. Et nota quòd albũ in frigidis medicinis, ſubrufum & citrinum in calidis debet poni per ſexaginta annos ſeruatur.

c Virtutem habet ex frigiditatæ in frigidandi & mundificandi, ex humore humectandi, ex gummoſitate conglutinandi. Contra ſiccitatem pectoris talis ſit vſus aqua ordei decoctionis dragagãti & gummi arabici detur patienti. Contra calidam & ſiccam tuſſim aqua decoctionis ordei ſucci liquiritiæ in qua ſit diſſolutum dragagantum per noctem. Ad idem in aqua ordei mitte dragagãtum per noctem deinde per pannum exprimatur, & cum viſcoſitate ipſius conficiatur puluis ipſius dragagãti & fiant pilulæ quas patiens ſub lingua teneat, & ſic diſſolutæ tranſglutiantur. Valent etiam contra ſitim ex caliditate ſpiritualiũ. Electuarium etiam confectũ ex duabus partibus dragaganti & tertia liquiritiæ cũ ſyrupo ſimplici multum valet ad prædictam tuſſim. Contra tuſſim detur aqua ordei in qua diſſolutum fuerit dragagantũ per noctem.

Fiat etiam ſyrupus ex aqua ordei decoctionis dragaganti, vel in qua diſſolutum fuerit, quia conueniẽter datur vel in acutis febribus, dragagantum etiam ſi ſub lingua teneatur valet.

Contra fiſſuras oris & labiorũ & palati vlcerationẽ vel excoriationẽ in aqua roſ. diſſoluatur dragagantũ per pannũ exprimatur & cũ glutinoſitate conficiatur puluis

a *Quid ſit dragagãtiũ.*

b *Triplex maneries eſt dragaganti.*

c *Effectus dragagãti.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 366 sur 459

amidi, intingatur penna & illiniatur ligua vel labia ſæpius cito curat. Ad faciem dealbandam, & pannum ſuperfluum remouẽdum, ponunt mulieres per noctem dragagantum in aqua roſata, & mane addunt boracem vel camphoram in parua quantitate, & faciem frequenter illiniunt.

Cõtra calida apoſtemata in principio exprimatur ſuccus vermicularis, & in eo diſſoluatur dragagãtum per vnam noctem, in quo pãnis intinctus ſuper calida apoſtemata in principio ponatur. Eodẽ modo contra arteticum dolorẽ ex calida materia. Eodem modo cõtra combuſturas in ſecũdo die vel tertio. *a* Nota quòd in primo die combuſtionis debent poni actualiter calida, & non actualiter frigida vt fumoſitates exhalent, vnde quãdoque in principio iungimus ſapone.

a In principio combuſtiõis actualiter calida debẽt poni.

Cõtra dyſſenteriam in aqua pluuiali diſſoluatur, & in ea puluis decoquatur, quod detur patiẽti. Eadem aqua tepida iniiciatur per clyſtere, ſi ſit ex vitio inferiorum inteſtinorum. Si ſit ex vitio ſuperiorũ detur ſuccus plantaginis in quo per noctem iacuerit & diſſolutum fuerit dragagantum.

b Daucus duplex.

Et notandum quòd cum ponitur in medicinis per ſe debet teri, quia contritioni reſiſtit. Si enim cum aliis ſpeciebus conteretur prius in fumum diſſoluerentur aliæ ſpecies quam dragagantum contereretur vnde in dragaganto per ſe teruntur aliæ ſpecies.

c Effectus dauci.

Dragagantũ mixtum cum albumine oui optimum eſt cõtra ignis vſtionem.

De *dauco*. CAP. III.

DAucus creticus calidus eſt & ſiccus in tertio gradu. *b* Cuius duplex eſt maneries ſcilicet daucus creticus, qui maioris eſt efficaciæ, & dicitur creticus, quia præcipuè in Creta reperitur & daucus aſininus quia aſinorum præcipuè eſt cibus.

Et nota quòd daucus aſininus pro cretico ponitur, quia illius eſt parua quantitas. Habet autem maiorem efficaciam ſecundum herbã & flores, nullam autem vel modicam ſecundum radices. Debet herba cum floribus colligi cum flores producit abiectis radicibus, & in vmbroſo loco deſiccari, per annũ in magna efficacia ſeruatur, ſingulis annis renouetur. Virtutem habet diſſoluendi & conſumendi, attenuandi ex qualitatibus ſuis & ex ſubtili ſubſtantia. *c* Contra frigidũ aſthma & frigidam & humidam tuſſim detur vinum decoctionis eius & ficuum ſiccarum. Contra frigidum rheuma ſacelletur caput ex puluere facto ex ipſa herba & calefacto bene.

Contra dolorẽ ſtomachi ex ventoſitatate vel frigiditate, ſtranguriam, & diſſuriam: & colicam, & illiacam paſſiones detur vinũ decoctionis eius. Herba etiam ipſa in magna quãtitate in vino & oleo cocta ſuper locum ponatur.

Contra ſtrãguriam & diſſuriam & vitium lapidis detur vinum decoctionis eius & ſaxifragiæ.

Contra oppilationem ſplenis & hepatis ponatur herba in magna quantitate in vino & oleo & macereturibi per decem dies in decimo die decoquatur vſque dum reducatur ad oleum, deinde exprimatur herba, & colatura ponatur

ad ignẽ & imponatur cera, & fiat cerotum contra duritiem & talia ſatis competens eſt & ad calida apoſtemata. Contra oppilationem ſplenis & hepatis ex frigida cauſa & hydropicis fiat ſyrupus ex ſucco fœniculi & decoctionis eius.

De *draganto*. CAP. IIII.

DRagantum id eſt vitreolum calidum eſt & ſic. in iii. gradu. *a* Sunt autem quatuor maneries ſ. indicum quòd in India reperitur & eſt album, & arabicum quod reperitur in Aphrica & eſt citrinũ & ciprenſe quod reperitur in Cipro inſula & eſt viridis coloris, & clarum quòd eſt humoroſum & turbidum quod debet frangi, & gutta viridis quæ intus eſt debet poni in medicinis. *b* Et nota quòd eſt quædã vena terræ quæ per decem annos ſeruatur. Virtutem habet diſſoluendi, conſumendi & corrodendi. Contra fiſtulas ſit vſus pulueris ipſius cũ duabus partibus farinę fabæ fractæ cum capitello vel ſapone gallico conficiatur ex quo licinium intinctum orificio imponatur os fiſtulæ ita elargat quòd etiam oſſa ſi fracta ſint competẽter poſſint extrahi. Contra polypum ſtuellum ex apoſtolicon, vel bõbace in aqua ſalſa madefactũ & puluere eius aſperſum naribus imittatur. *c* Ad carnem ſuperfluam corrodendã ſolus puluis eius ſuperponatur. Cõtra fluxum ſanguinis è naribus puluis ipſius combuſtus cum puluerę carthæ combuſtæ & puluere maſticis cõficiatur cum ſucco ſanguinariæ cum quo lapis hæmatiſtis ſuper cotem cõfricatus fuerit ſtuellum inde factum naribus impone. *d* Sic vratur dragagantum in teſta ſicca ſine liquore ponatur ſuper carbones donec vertatur in nigrum colorem. Contra ſupetfluum mulieris fiat ſuppoſitoriũ ex eiſdem confectis cum ſucco plantaginis cum quo cõfricatus fuerit lapis hæmatiſtis. Ex eiſdem fiat ſuppoſitoriũ contra hæmorrhoydas fluentes enim conſtringit, inflatas deſiccat, ſi conficiatur cum ſucco tapſi barbaſi. Et nota quòd dum comburitur calor eius ſuffocatur & extinguitur & infrigidatur vnde cũ ſiccitate conſtringit.

Dragagantum etiam in admixtione aliorum denigrat.

a *Quatuor ſunt maneries vitreoli.*

b *Quid ſit vitreolũ.*

e De *dictamo*. CAP. V.

c *Effectus drag.*

DIctamum cali. eſt & ſic. complectionis in iii. gra. Radix eſt herbæ quæ ſimili nomine appellatur in locis calidis & frigidis & præcipuè lapidoſis reperitur, radix in medicinis ponitur cum in receptionibus inuenitur. Radix collecta per duos annos in magna efficacia ſeruatur.

d *Modus vrendi dragagantum.*

e *Quid ſit dictamum.*

Illa eligitur quæ interius habet ſolidam ſubſtãtiam & non perforatam, quæ etiam cum frangitur facile non pulueriſatur. Virtutem habet diſſoluendi, conſumendi & attrahendi venenũ. *f* Cõtra morſum venenatorum animalium & propter venenum ipſa herba trita ſuperponatur, & ſuccus in vino detur. Puluis eius cõficiatur cũ ſucco menthe & ſuperponatur, & in potu detur. Nota quòd methridatum poteſt fieri habẽs tyriacæ virtutem & proportionem addito dictami puluere, coſti, gentiane ari-

f *Efficlus dictami.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 368 sur 459

ſtoſ. Sed non valet niſi per duos annos ad plus. Cõtra ſtranguriam & diſſuriam detur vinũ decoctionis eius pulueris. Contra frigidũ aſthma decoctio ſiccum ſiccarum fiat in vino & exprimatur, & cum tali vino dentur ℈ ii. pulueris eius. Ad menſtrua prouocandũ & fœtũ mortuum, & ſecundinã educendã fiat iniectio pulueris eius cum ſucco ipſius herbæ vel de arthemiſia. Cõtra epilepſiam, puluis eius cum puluere caſtorei cum ſucco rutæ per os detur, colatura per nares iniiciatur. Paralytici ex eadem confectione calefacta vngantur & fricentur.

a Effectus endiuiæ.

b Modus faciendi ſyrupũ ex ſucco endiuiæ.

i De endiuia
ij De enula
iij De epithimo
iiij De euphorbio
v De hepatica
vj De ære vſto
vij De elacterio
viij De elleboro
ix De eſula
x De eruca
xj De hæmatite
xij De ebulo
xiij De eupatorio
xiiij De emblico

De *Endiuia.* CAP. I.

ENdiuia fri. eſt & ſic in i. gradu, quæ alio nomine ſcariola dicitur. ſemina & folia competũt vſui medicinæ, folia in vſu ciborũ ſunt, ſecundum radicem, multam habet virtutẽ, folia viridia ſunt magnæ efficaciæ, ſicca nullius aliquãtulam habẽt amaritudinem, vnde diurectica ſunt & pontica, virtutẽ habent confortandi ex frigiditate alterandi. *a* Vnde valet contra oppilationem ſplenis & hepatis ex calida cauſa. Contra icteritiam & ſimplicem tertianam & duplicem. Contra calefactionem valet hepatis. Contra prædicta valent elixæ, vel comeſtæ crudæ. Succus eius cum aqua calida datus valet. Succus eius & trifera ſaracenica cum calida detur contra opilationes prædictas & ſimplicem & duplicem tertianam materia exiſtente digeſta & calefactionem hepatis & maxime contra icteritiã croceam. *b* Syrupus etiam fiat ex ſucco eius delicatis, ſed quia ſuccus eius eſt turbulentus fiat ſic & ita de omnibus aliis ſuccis, clarus bulliat ſuccus ſcariolæ aliquantulum poſtea reſideat, quod fœculentum eſt reſidet, quod clarum ſupernatat cola per pannum ſuauiter, & ne exprimas ne turbetur ſuccus & ex illa colatura quod videtur eſſe aqua addito zuccaro fiat clarus ſyrupus. Si autem vis facere clariorem appone albumen oui. Hic ſyrupus valet contra ictericiam, febres, calorem, hepatis quem ſi volueris facere laxatiuum in fine decoctionis ſyrupi addatur puluis ſubtiliſſimus rheubarbari, & cola ſi placet propter amaritudinem aliquantulam, ſed non eſt tantæ efficaciæ, quantæ ſi non coletur.

c Effectus endiuiæ.

c Contra febres factas ex cholera in iiij. vel vj. die digeſta materia detur. Ad idem valet ſi ſuccus eius cum rheub. cum calida detur. Ad febres ex apoſtematibus ad ſaniẽ purgandam, valet idem & ſuccus & ſyrupus eius & trifera ſaracenica cum calid. Contra calefactionem hepatis valet ipſa herba contrita & ſuperpoſita. Ad idem valet ſuccus eius epithymatus. Item cõ-

tra apoſtemata ſtomachi & inteſtinorum ſi ſit ex calida materia. Item ad dolores exteriores vt eſt dolor arteticus fiat cataplaſma cõtra loca dolentia ex ſcariola farina ordei & aceto. Item ad calefactionem hepatis fiat cataplaſma ex oleo & ſcariola. Febrientibus eſt cõpetens cibus & ſalubris ſiue cocta ſiue cruda ſit. Nota quod cum non habemus folia herbæ ſemen coquimus in aqua prius bene tritum. Quandoque ponimus ſemen cum ſuccis quibuſlibet congruis paſſioni curandæ.

a *De Enula.* CAP. II.

ENula campana ca. eſt in fine tertij gradus humi. in primo. Cuius maneries duplex eſt hortulana campana, & quæ maioris eſt efficaciæ ſecundum radices, vnde radix in medicinis ponẽda eſt non herba. Colligitur autem radix in principio æſtatis & ad ſolem exiccatur, ne humiditate corrũpatur. Per biennium, vel etiam per triennium poteſt ſeruari. Habet autem virtutem leniendi & mundificandi, vnde valet contra neruos ex frigiditate indignatos. Contra dolorem ſtomachi ex frigida cauſa vel ventoſitate detur vinũ decoctionis eius, vel pulueris radicum.

b Cõtra dolorem ſpiritualium ex frigida cauſa detur vinum ipſum ſecundum illud etiam ex ventoſitate. Enula campana reddit præcordia ſana. Contra frigidam tuſſim idem vinum valet. Puluis eius cum puluere cinamomi delicatis confert & ſoluit ventoſitatem & dolorem inteſtinorum diſſoluit. Cõtra frigidum aſthma coquatur optimè ordeum vt fiat aqua ſpiſſa ſicut ptiſſana, & cum aqua ipſa coquatur optimè puluis radicis eius & detur patienti.

c *De Epithymo.* CAP. III.

EPithymum calid. eſt & ſic. in tertio gradu. Eſt autem herba quaſi flos naſcens in calidis locis, herba verò quandoque conuertitur circa thymum ſ. herbam quandam & eiuſdem flos eſt epithymũ quaſi ſupra thymum creſcens.

Flos & non herba in medicinis ponitur: pro quo quandoque ponitur cuſcutæ. Cum producit thymum flores ipſi flores colliguntur. Virtutem habet principaliter purgandi choleram ſecũdario melancholiam, ſed non per ſe ponitur: ſed precipuè ponitur in medicinis purgantibus melancholiam.

d Contra quartana fiat decoctio i.ʒ.&ß. epithymi in aqua: & in decoctione tali ponantur ʒ.ii. lapidis lazuli vel armenici & digeſta materia detur patienti, multi taliter liberantur.

Nota quod eadem decoctio & purgatio valet patiẽti hęmorrhoydas ex melancholico ſanguine.

Contra melancholicam paſſionẽ detur vinum decoctionis eius.

Contra ſyncopen ex fumoſitate melancholica fiat ſyrupus ex aqua decoctionis ſenę & epithymi. folia eius, vt dicit Conſtantinus, ſpleni cataplaſmata ſplenem extenuant, eadem in vino & oleo decocta cataplaſmata ſtranguriam ſoluunt.

a *Modus extrahendi radicem enulæ.*

b *Effectus enulæ.*

c *Quid epithymum.*

d *Effectus epithymi.*

e *De Euphorbio.* CAP. IIII.

EVphorbium ca. eſt & ſic. in quarto gra. Gummi cuiuſdam

e *Quid euphorbiũ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 370 sur 459

arboris in India naſcentis, cõglutinata tranſit in ſubſtantiam euphorbij, que in æſtiuo tempore emittit gummoſitatem circa arborem, quædam pars in terram cadit & terræ habet admixtionẽ, quod minutum eſt non eſt bonum, quia habet admixtionem terræ.

Eligendum eſt quod groſſum eſt & clarum in ſubſtantia & purum & in colore citrinum vel rufum, ſubalbidum abiiciendum eſt. Per quatuor annos ſeruatur communiter. *a* Sophiſticatur quandoque ex admixtione dragaganti rubei, quod in diebus canicularibus colligitur. Vſui reſeruatur & deſiccatum ad nos transfertur, & eſt ſubrufi vel ſubcitrini coloris.

a *De ſophiſticatione euforbij.*

Virtutem habet diſſoluendi, attenuendi, conſumendi, laxandi. Principaliter purgat phlegmate ſecundario melãcholiam & a remotis partibus.

b Contra quamlibet ſciaticam arteticam podagram, chiragram ex frigida cauſa, & iliacam paſſionem acuatur benedicta ex iii.ʒ. euphorbij & iii.ʒ.b dellij vel maſticis, & detur benedicta cum aqua decoctionis fœniculi ſeminis vel radicum eius, & contra iliacam paſſionem iniiciatur per clyſtere cum aliquo liquore maximè valet ſi prędictæ paſſiones ex frigido humore fiant. Contra cephaleam & epilepſiam & appoplexiam ex phlegmatico humore. Eodem modo acuatur hieralogodion vel benedicta & detur patiẽti ad preſeruationem vel poſt acceſſionem. Cõtra lithargiam prouocatur ſternutatio cum puluere eius in pãno ſubtili & raro poſito ad nares cum digito. Quando autem non poſſunt excitari conficiatur pul. eius cum oleo roſ. & intingatur pẽna, & nares inungãtur cum ipſa penna bene interius & maximè in profundo. Eodẽ modo prouocetur ſternutatio in epilepſiam, & appoplexia & ipſa acceſſione.

b *Effectus euphor.*

Contra lithargiriam & epilepſiã fiat vnguentum de puluere euforbij caſtorei & cera & oleo muſcellino vel communi. Epilempticus apoſteriori parte capitis radatur occipitium & inungatur bene & fricetur fortiter manibus. Ad memoriam recuperandã fiat electuariũ ex duabus partibus ligni alœs & caſieligneæ & tertia parte euforbij & anacardorum & melle & detur in parua quantitate, ſcilicet vnius grani. Ad idem fit alius vſus radatur occipitiũ & abluatur bene cum vino calido, poſtea fricetur & ſtatim fiat confricatio ex decoctione euforbij & interioris ſubſtantiæ anacardi cum ſucco pigami. Contra aſthma ex phlegmate detur euforbium cum modico maſtice in ouo ſorbili. Contra inueteratam ictericiam ex opilatione hepatis & ſplenis factam. ʒ.ß. detur in ouo ſorbili de euforbio, probatum eſt. Contra vitium ſplenis acuatur diaſenæ ex euforbio addito maſtice, & detur cum precedẽtibus dictis.

Euforbium carnem ſuperfluam corodit. optimè.

c *Quid epatica.*

c De Epatica. CAP. V.

EPatica frig. eſt & ſic. in iii. gra. Eſt autem herba quędam in aquoſis locis & pręcipuæ in lapidoſis locis creſcens, minuta habens folia terrę & lapidibus adhęrentia, quanto

quanto autem habet maiora folia, tanto melior est & dicitur hepatica quia precipue est epatis iuuatiua a Virtutem habet infrigidendi & diureticam ex subtilitate substantiæ. Vnde valet contra oppilationem hepatis & splenis ex calida materia & contra hepatis calorem & yctericiam. Syrupus factus ex decoctione eius addito reub. in fine decoctionis optimus est cõtra predictam ycteritiam. Nota quod in omnibus aquis in quibus fit syrupus contra opilationem hepatis & calefactionẽ: debet epatica poni, quia multum iuuat. Contra calida apostemata trita superponatur in principio, operatur enim repercussione materiæ influentis.

b De ære vsto. CAP. VI.

ES vstum cal. est & sic. in iii. gra. alio nomine calcecumenon appellatur artificio quodam quo arctatur & comburitur vt possit puluerizari.
In olla facta ex creta ponatur æs vstum, illud scilicet quo dicu de caldario a fabris fabricatum est & in fornace vbi sit cõtinus ignis & magnus ponatur per xv. dies postea puluerizetur. In decoctione nimia augmẽtantur partes terrestres & diminuntur aquosę. Virtutem habet dissoluendi, consumendi & purgandi melancholicos humores & extenuandi, vnde communiter ponitur in emplastris atenuatiuis vt in apostolicon, & emplastris cõtra splenem c Carnem superfluam corrodit. Contra fistulam conficiatur pulvis eius cum melle & sapone spatarensi & gallico intincta tenta imponatur ori fistulæ elargatent & purgat. Contra litargiriam & epilepsiam fiat vnguentum ex puluere euforbij & castorei & cera & oleo muscellino vel saltem communi, & puluere æris vsti. Si fuerit epilepsia à posteriori parte capitis inungatur tota spina dorsi si lithargia abradatur occipitium & inungatur bene fricando. Contra polypum fiat stuellum de apostolicon vel ceroto, & superaspergatur puluis eius & naribus intromittatur. Contra discolorationem & abundantia melancholiæ in splene vel decursus humoribus in stomacho existentibus, vel ex diuturnitate temporis existentibus talis sit vsus. Puluis æris vsti ad mòdum lapidis lazuli lauetur & detur cum succo fœni. vel cum oximelle cum aqua calida, melancholiam purgat per superiora & inferiora, sed angustiosæ.

a Effectus epatica.

b Modus faciendi æs vstum,

c Effectus æris vsti.

d De Elacterio. CAP. VII.

ELacterium ca. est & sic in iiii. gra. Aliud est lacterides i. cataputia, aliud est lacterides quod cucumer agrestis dicitur: aliud est elacterium scilicet succus cucumeris agrestis.
e In canicularibus diebus cucumeris agrestes colliguntur & conteruntur succus expressus soli exponitur & deficcatur. quidam ad ignem decoquunt siccum cũ melle ad consumptionem succi & in modum electuarii detur. Satis laxat per superiora & inferiora.
Per duos annos in magna efficacia potest seruari, postea defficit virtus eius. Habet autem virtutem

d Quid sit elacterium.

e Modus faciendi elacterium.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 372 sur 459

purgandi principaliter phlegma, ſecundario melancholiam.

a Contra arteticam chiragram podagram & yliacam paſſio. pulueriz etur elacterium & Myrrha an. ℈.iii. conficiantur bene cum oleo roſ. poſtea detur cum ſucco fœniculi calido & in yliaca paſſione tamen precedat aliquod clyſtere mollificatiuum & poſt illud ex aqua maluarum: & oleo & melle, & ℈ vi. vel vii elacterii fiat clyſtere & iniiciatur optimum eſt.

Ad prædicta dentur ℈.ii. elacterij addito pul. maſticis cum calida herba etiã ipſa ſi haberi poteſt conteratur aliquantulum & decoquatur in vino & oleo muſcellino, vel communi, & loco dolenti apponatur. Stranguriam iliacam paſſionem & areticam iuuat.

Ad prouocandum menſtrua puluis elacterij conficiatur cum oleo muſcellino vel communi: & bombix intincta ſupponatur. Ad apoſtemata maturanda. ℈. iij. vel v. elacterij & farina ordei conficiantur cum vitellis ouorum & ſuperponatur. Item valet contra calida apoſtemata, ſed vide ne ſint multum calida, nec debet ipſum poni in principio. Ad apoſtemata rumpenda, fac coopertorium de elacterio & de tereb. Ad vermes auricum conficiatur elacteriũ in quãtitate granorum. v. cum modico aceto & tepidum infundatur. Ad omnem dolorem ſtomachi, ex frigida cauſa iungatur ex confectione elacterij & aceti.

c Ad lentigines faciei & omnem ſuperfluitatem remouendam. Accipe ceruſam & camphoram & elacterium in quãtitate illorum duorum, & conficiatur cum aceto ad modum vnguenti in mortario plũbeo, & ponatur in vaſe vitreo, per xv. dies, & poſt in eodem mortario cum piſtello plumbeo moueatur addito aceto ſi durum ſit, & inũgatur facies omnem abſtergit pãnum & lentigines.

a *Effectus elacterij.*

b *Elleborus duplex eſt.*

ruptorium

c *Effectus Ellebori.*

b De Elleboro. CAP. viij.

ELleborus cal. eſt & ſic in iij. gra. Cuius duplex eſt maneries ſcilicet albus & niger. Albus dicitur quia habet radices albas, vel quia albos purga hum. ſcilicet phlegmaticos. Niger quia nigras habet radices, vel quia nigros purgat humores ſcilicet melancholicos. Cum in medicinis reperitur ſimpliciter de albo eſt intelligendum, & etiam cum in medicina ponitur eius receptio radix debet poni. Antiqui autem vtebantur elleboro in purgationibus ſicut nos ſcamonea quia tunc corpora erant fortiora, & eius violentiam poterant ſuſtinere nunc autem debiliora ſunt, & eius violentiam tolerare nequeunt, vnde cum magna cautela danda eſt. medicina quæ recipit elleborum, & phlegma & melancholiam purgat. Nota quòd debile habenti pectus ſtrictum & macilento non debet dari quiæ vomitum prouocat, & per inferiora purgat. forti & facile vomenti debet dari.

c Contra quotidianã & de plegmate vitreo vel naturaliter & arteticam & podagram & chiragram valet oximel factũ de radice elleborial. Fiat autem oximel ſic, perfora radices fœni. vel raſani cum cultello & immitte radicem ellebori albi terra foſſa circa radices,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 373 sur 459

cauę tamen ne rumpatur radix illa & sic preparata sub terra dimittãtur per xx. per xxx. dies vt accipiãt virtutes ab elleboro, postea abiectis radicibus elleborij, aliæ radices conterantur & in aceto per tres aut iiij. dies ponantur, postea fiat decoctio ex tali aceto & melle & fiat oximel competens prædictis causis. Oximel factum de radicibus pręparatis prędicto modo cũ radicibus ellebori nigri valet ad melancholiã purgandã quartanariis, sed non debet dari nisi materia digesta. Nota quòd molestius purgat album quàm nigrum.

Contra arthreticam podagram, & chiragram fiat decoctio illius herba in aqua salsa & fomententur partes, & herba etiam ipsa cataplasmetur. Ad vermes aurium confice modicum pulueris cum succo persiccariæ, & auribus imponatur, & statim exient.

Puluis eius superpositus carnem superfluam corrodit. Contra furfuricas capitis & pediculos, bulliat farina lupinorum amarorum in aceto postmodum coletur & colaturæ admisceatur puluis ellebori vt fiat quasi sinapismus, inungatur caput per discriminalia, & postea lauetur cum calida. Contra scabiẽ fiat puluis ex elleboro albo bene trito ʒ. ij. & lithargirij ʒ. iii. bene triti, oleum commune vel nucis, in patella coquatur lithargirium & conficiatur cum aceto ponatur illa ad vltimum, & inungatur patiens in balneo.

Contra lithargiam & epilepsiã prouocetur sternutatio ex pulueribus naribus immisso vel in pãno posito ad nares percusso. Dioscor. dicit: quòd si puluis eius cum farina ordei & aqua conficiatur, & fiat trociscus mures occidit si ex eo commedant.

a De Esula. CAP. IX.

a Esulæ quid sit.

ESula cal. est & sic. in iij. gra. frutex est, cuius radix tantum vsui competit medicinæ, cortex scilicet radicis eius in vere colligitur per biennium in magna efficacia seruatur, melius est tamen vt singulis annis renouetur.

Virtutem habet purgandi phlegmaticos humores principaliter, vnde valet cõtra ægritudines factas ex phlegmate. Nota quod icteritiã suo acumine purgat, post scamoneam vtilior est esula & securius potest dari, non enim est multum abominabilis vt quasi indignetur inde stomachus quandoque, sed tunc regula calida superponatur.

b Effectus esulæ.

b Contra quotidianam de phlegmate naturali, artheticam, podagram, chiragram, paralysim, iliacã passionem & leucophlegmantiam detur puluis iste petruncelli.

Quod ℞. ʒ. v. esulæ & modicum cinamomi, semen fœni. anisi masticis. Sanis leucophlegmaticis valet ad præseruationem cum vino calido vel aqua calida, vel cum ouo sorbili datus in brodio vel cum iuscello, benedicta esulata valet contra prædictas & maximè contra passionem colicam iniiciatur per clysterium cum aqua salsa, & oleo & melle, optimum est.

Contra leucophlegmãtiam præcipuè talis sic vsus, bulliant succus fœni aliquantulum, & postea resideat, & aquam claram supernatantem accipe & addito puluere

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 374 sur 459

esulæ & zuccaro detur, vel fiat syrupus, multum prodest. Delicatis verò medicinas abhorrentibus ponatur puluis eius ad decoquendū cum carnibus, vel ipsæ cortices, & carnes illas comedant & brodium accipiant.

Contra prædictas passiones valet, si fiat claretum ex puluere eius in vino & melle & alis speciebus, non enim est multum abominabile. Theodoricum anacardinum vel hieralogodium competenter acutum ex esula prædicta.

a De Eruca. CAP. X.

a *Eruca duplex est.*

ERuca cal. est & sic. in iii. gra. cuius duplex est maneries, scilicet, domestica, quæ maioris est efficaciæ sylvestris quæ minoris. Vsui competunt medicinæ præcipuè semina, secūdario folia. Virtutem habet consumendi & coitum excitandi. Contra stranguriam & dissuriam detur decocta cum carnibus contra prædicta.

b *Effectus eruce.*

b Herba ipsa decocta in vino & renibus cataplasmata libidinē excitat, & pectini superposita vrinā prouocat. Puluis seminis cum melle & vino confectus & renibus impositus incitat libidinem.

c De hematite. CAP. XI.

c *Quid sit hæmatites.*

HEmatites frigi. est & sic. lapis est qui in occidentali plaga & orientali reperitur, diutissimè seruatur. Virtutem habet constringendi sanguinem, vnde dicitur hæmatites ab hæma quod est sanguis, & ites quod est sistens. Contra fluxum sanguinis de naribus fricetur hæmatites cum succo sanguinariæ super cotem, vel marmor, & bombix intinctus naribus imponatur. Contra hæmoptoicam passionem factam ex vitio spiritualium fricetur cumaqua ros. infusionis dragaganti super marmor & detur, vel cum tali confectione pul. gummi arab. vt fiant pilulæ quas teneat patiens sub lingua, & dissolutas transglutiat. Si fiat vitio nutritiuorum, & fricetur cum succo plantaginis addito puluere symphyti & detur patiēti. Contra stranguriam & dissuriem idem sit vsus, & si potest iniiciatur per clystere. Fiat etiam hoc emplastrum ex albumine oui oleo ros. & aceto puluere eius super sparso, & super renes & pectinem fiat encatisma. Contra fluxum menstruorum fricetur cum succo plantaginis & addito puluere bistortæ superponatur.

d De Ebulo. CAP. XII.

d *Quid sit ebulus.*

e *Effectus ebuli.*

EBulus ca. est & sic. cuius radix & cortices & turiones præcipuè vsui competunt medicinæ. Cortices & radices in vere colliguntur. soli exiccantur, & per annum seruantur. Habet virtutem consumendi dissoluendi & purgandi principaliter phlegma.

e Contra quotidianam de phlegmate naturali artheticam podagram & chiragram detur succus radicum eius cum puluere esulæ addito zuccaro, vel saltem succus turionum eius cū prædictis, vel radices eius cū succo fœni. & præcipuè valet sic contra leuphlegmantiā & cōtra tumorem extremitatū

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 375 sur 459

si fiat fomentum ex aqua salsa, sed in decoctione radicum eius & turonium & totius herbæ balneum factum ex aqua salsa decoctio ipsis herbæ valet artheticæ, & leucophlegmantiæ.

a De Eupatorio. CAP. XIII.

EVpatorium ca. est in i. gra. sic in ii. idem est quod saluia agrestis, viride maioris est efficaciæ quàm siccum. Valet contra vniuersalem paralysim & contra particularem, talis sit vsus, castoreum bulliat in succo saluiæ ægrestis & zucchero, & puluere inde facto ponatur sub lingua. Fiat etiam gargarisma ex aqua decoctionis ipsarum specierum precedente tamen minutione de duabus venis quæ sunt sub lingua.

b Valet etiam saluia agrestis prædicto modo his qui in febribus perdiderunt vocem. Idem contra hydropisim & icteritiam si fiat ex oppilatione splenis & hepatis talis sit vsus ʒ. ij. saluiæ agrestis in dimidia ʒ. succi apij coquantur & detur talis decoctio. Item contra lumbricos nuclei persicorũ triticum succus saluiæ agrestis valet.

c De Emblicis CAP. XIIII.

EMblici fructus sunt crescentes vltra mare. Purgant phlegma & melancholiam, vnde valent cõtra ægritudines ex talibus humoribus prouenientes, vt in quartanis apposita ʒ. media in decoctione. Valent etiam contra hæmorrhoïdas si puluis destemperetur cũ succo tapsibarbassi & supponantur. Item contra casum capillorum puluis emblici cum puluere aloes distemperetur in oleo & inungatur caput. Si cadunt ex apertione pororum multum valet, quia coarctat.

j De flammula.
ij. De ferro.
iij. De fumoterræ.
iiij. De fu.
v. De filipendula.
vj. De fraxino.
vij. De fœniculo.
viij. De fœnugræco.

a Quid sit eupatoriũ.

b Effectus eupatorij.

d De Flammula. CAP. I.

c Quid emblici.

FLammula ca. est & sic. in iiij. gra. & dicitur flammula quia incensiuam habet virtutem, viridis autem multæ est efficaciæ, & sicca nullius. Ad cauterium sine igne vel sine ferro faciendum conteratur flammula & super locum ponatur, & dimittatur per diem postea inuenietur curis combusta, & post paretur modo debito.

d Quid flammula.

e Ad apostema rumpendum quãdo versum est ad saniem & durum conteratur cum oleo & superponatur, oleum ponitur ad relaxationem ne flammula nimium desiccet. Contra quartanam & artheticam quidem operatur interius, contra iliacam valet passionem, accipiunt oleum ros. & ponunt in ampullam vitream & imposita flãmula soli exponunt in caniculatibus diebus per xxx dies oleum datur contra prædicta in cibis vel alio modo in quantitate ʒ. iii. Scio verè quod hoc oleum valet exterius inunctum contra artheticos dolores & iliacam stranguriam, dissuriam contra lapidis vitium iniectum per clystere.

e Effectus flammulæ.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 376 sur 459

a *De Ferro.* CAP. II.

a *Ferrum ferrugo & squama ferri sunt eiusdem virtutis.*

FErrum & ferrugo & squama ferri eiusdem virtutis sunt. Ferrugo cali est & sic. in ii. gra. Aliud est ferrugo, aliud squama ferri. Squama ferri est illud latum & tenue quod evolat per contustionem à ferro: ferrugo quod per excoctionem liquefit à ferro. Habet virtutem desiccandi & attenuandi.

b *Effectus eorum.*

b Ad extenuationē splenis valet vinum in quo candens ferrum extinctum fuerit & multum subtile est. Contra oppilationem splenis & hepatis ex longo tempore detur puluis ferruginis subtilissimus ℈ v. cum vino calido. Vomitum in magna quantitate prouocat, & etiam tussim, quod aliquando ad mortem ducit, vnde post impetū vel potius in ipso impetu debet dari aqua in qua lapis magnetes tota nocte iacuerit & puluis eius cū aqua detur, reprimit enim violentiam eius, & sistit attestante Dioscо Sed hic vomitus periculosus est, vnde non laudo fieri. Contra hæmorrhoïdas puluis factus, vel squama ferri subtilis conficiatur, cum succo tapsi barbassi & bōbicem intinctam supponat sibi patiens, quia optimum est. Contra tenasmum ex calida causa & dissinteriam ferrugo optimè calefiat vt candens sit, postea aspergatur aceto, & recipiat patiens fumum per inferiora.

c *De fumoterræ.* CAP. III.

c *Quid sit fumusterræ.*

FVmusterræ c. est in i. gradu sic. in ij Est autem quædam herba sic appellata, ideo quia sicut fumus in magna quantitate emittitur, dicitur autem fumusterræ quia generatur à quadam fumositate grossa à terra resoluta & circa superficiem terræ adherente quanto autem viridior est tanto melior, exiccatus nullius est efficaciæ, principaliter purgat melancholiam, secundario phlegma. s. salsum, tertio purgat choleram adustam, & est diureticus. Contra scabiem ʒ. ij. succi eius addito zuccaro cum aqua calida detur, vel sic. in ʒ. j. & media succi eius fiat decoctio seminis fœni. & detur.

d *Effectus fumiterræ.*

d Fiat etiam hoc vnguentum, in oleo nucis ponatur puluis fuliginis & conficiatur addito aceto, & succo fumiterræ in maiori quantitate quam de aliis & etiam inungatur patiens in balneo, optimum est. Nota quod si succus eius vt diximus terdetur in septimana optimè purgat humores inducentes scabiem. Contra hydropisim & præcipuè contra leucophlegmantiam succus eius addito puluere esulæ. ʒ. ii. cum aqua calida, vel fiat syrupus ex succo fumiterræ apij fœni. decoctionis pul. esulæ addito zuccaro optimus est etiam contra arthreticam. Contra arthreticam dentur ℈. ii. hermodactylorum cū succo fumiterræ, herba autem ipsa in vino cocta & cataplasmata super locum podagricum multum valet Ad melancholiam, vel phlegma existens in ore stomachi, vnde quandoque sequitur nausea, & contra oppilationem splenis & hepatis ex frigida causa detur succus eius cum calida addito zuccaro. Nota quod quidā in mane, quidam in sero, quidam simpliciter quidam cum adiuncto. In sero semper detur cum aliore primente

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 377 sur 459

ventositatem vt semine fœni. vel masticis. Fumus terræ in ventositatẽ humores dissoluit, vnde tortionem ventris infert.

a De Phu. CAP. IIII.

PHu ca. est & sic. in ij. gra. quæ alio nomine valeriana dicitur. In æstate colligitur, radix eius soli desiccatur. Per triennium in magna efficacia seruatur, radix in medicinis ponitur. Eligenda est ergò interius solidam habens substantiam & non perforatam quæ cum frangitur non puluerizatur. Virtutem habet diureticam. Contra stranguriam & dissuriam detur vinum decoctionis eius, herba autem ipsa in vino decocta & superposita vrinam prouocat. Ad digestionem confortandam & dolorem stomachi vel ventris detur vinum decoctionis eius si fit ex frigida causa, vel ex ventositate cum semine fœni. vel masticis cum succo alicuius herbæ diureticæ.
Contra vitium pectoris detur vinum decoctionis eius & gummi arabici vel caricarum, vel alterius laxatiui. Ad superfluitatem matricis desiccandam fiat fomentum ex aqua decoctionis eius vel fiat suppositorium ex bombace intincta in confectione facta ex puluere & oleo muscellino vel communi.
Contra oppilationem splenis & hepatis ex frigida causa detur aqua decoctionis eius.

b De Filipendula. CAP. V.

FIlipendula ca. est & sic. in iij. gra. quæ fisalidos alio nomine appellatur. In vltramaris partibus & in apulia & in montuosis locis reperitur. Radix eius præcipuè vsui medicinæ competit in fine autumni colligitur. per x. annos in magna efficacia seruatur. Virtutem habet diureticam ex subtili substantia & in qualitatibus suis. Contra lapidis vitium, stranguriã, dissuriam & iliacam passionẽ pręci puè valet electuarium factum ex duabus partibus puluris eius & tertia pars saxifragiæ.

a Conditiones bonæ valerianæ.

b Vbi reperetur filipendula.

Ad idem valet electuarium cõfectum ex eo, scilicet philontropon.
c Ad idem valet vinum decoctionis eius puluris. Contra iliacam passionem fiat clystere ex puluere eius & aqua salmacina & oleo & melle. Detur etiam benedicta acuta expuluere eius cum vino decoctionis pul. eius.
Contra dolorem stomachi ex frigida causa vel ex ventositate detur puluis eius cum puluere fœniculi.
Contra iliacam passionem puluis eius cum puluere fœniculi in æstate contra dolorem stomachi ex frigida causa, vel vitio nutritiuorum vel ventositatem & dissuriam ponatur puluis eius in magna quantitate in saccello, & fiat decoctio in vino & oleo & ponatur supra locum dolorosum. Contra frigidum asthma detur puluis eius cum puluere gentianæ in cibis & potibus. Ad idem valet puluis eius cũ puluere auripigmenti positus super carbones vt patiens fumum recipiat per embotum, optimum est remedium.

c Effectus filipendulæ.

d De Fraxino. CAP. VI.

FRaxinus ca. est & sic in ij. gradu. cuius cortices & viscositas

d Effectus fraxini.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 378 sur 459

quemadmodum fungi ſupra eam naſcens, vſui competit medicinæ. Contrafluxum vētris ex lienteria, diſſinteria lenitū præcedente purgatione fiat fomentum ex aqua pluuiali decoctionis corticis vel fungi etiam ipſius dati cum aqua pluuiali.

Valet contra vomitum ex debilitate virtutis retentiuæ, vel humorum acumine cortex vel fungi in aceto bulliat & ſpongia intincta ſuper ſtomachum ponatur. Valet etiam decoctio eius contra vitium ſplenis potata.

De fœniculo. CAP. VII.

FOeniculus ca. eſt & ſic. in ij. gra. Virtutem habet diureticā ex ſubtili ſubſtantia, & qualitatibus ſuis. Semen radix, & folia eius vſui competunt medicinæ. Cum in receptione inuenitur. ℔. marathri debet poni ſemen eius. In collyriis ſuccus radix vel foliorum ſaltem cortices radicis eius non ponuntur ſine determinatione. Semen in principio autumni colligitur & in magna efficacia per iij. annos ſeruatur, cortices & radices coliguntur in principio veris, ſeruantur per medium annum.

a Effectus fœniculi. *a* Contra opilationem hepatis & ſplenis ſtranguriam & diſſuriam vitiū quoq; lapidis ex calido humore detur aqua decoctionis fœni. Si ex frigido detur vinum decoctionis eius. Fœniculum coctū & commeſtum valet contra prædicta. Eadem aqua vel vinum datum ſolum dolori ſtomachi ex frigiditate vel ex ventoſitate, digeſtionem etiam confortat. Idem facit ſuccus & puluis eius ſeminis. Contra leucophlegmantiam fiat decoctio in ſucco radicis fœniculi eſulæ hermoda. añ. ℈. iij. poſt coletur & patienti detur in ſero ſtomacho non ſaturato, vel in mane ſtomacho ieiuno. Contra pannum oculi & pruritum ſuccus radicis, fœniculi in vaſe æneo per xx. dies ponatur ad ſolem & more collyrij in oculis ponatur. Contra pruritum oculi certum experimentum conficiatur modicum aloes cum ſucco fœni. & pone in vaſe æneo ad ſolem per xx. dies & poſtea in oculis more collyrij ponatur.

De fœnugræco. CAP. VIII.

FOenugræcū calidum eſt & ſic. minus tamen ſiccum: quia humidam ſubſtantiam habet glutinoſam. Virtutem habet maturandi & relaxandi. Ad apoſtemata exterius maturanda farina fœnugræci cum vitello oui conficiatur, & ſuperponatur, maturat & attenuat.

b Effectus fœnugræci. *b* Ad maturandum & rumpendū conficiatur cum terebenthina, & ſuperponatur maturat & rumpit. Herba etiam ipſa in vino & oleo decocta & ſuperpoſita maturat. Ad ſplenis diuritiem herba ipſa in vino & oleo macerata per xv. dies peroptimè decoquatur & colaturę addatur cera frigida fœnugræci & fiat vnguentum optimum ad apoſtemata maturanda. Ad apoſtemata ſpiritualium farina fœnugræ. & in ſaccello poſita & decocta in aqua cum viſco maluæ ſuper ſæpius ponatur. Ad apoſtemata ſtomachi & inteſtinorū ex farina fœnugræci & aqua predicta fiant pultes & ſuperponatur.

Ad apoſtemata ſpiritualiū non valet,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 379 sur 459

valet, quia nimis calidæ sunt.

i De gariofilis
ij De gentiana
iij De galanga
iiij De galbano
v De gummi arabico
vj De gariofilata
vij De Git
viij De granis solis
ix De gallit rico
x De galla
xi De geneſtula
xij De gallia muſcata.

De Gariofilis. CAP. I.

GAriofili calidi sunt & sic. in gradu ij. Quidam dicũt quod in iij. gra.

a Dicimus quosdam gariofilos ex origine perfecti acuti saporis esse & illi sunt ca. & sic. in iij. gradu. Quidam remissiores habent qualitates, & iudicantur in ij. gradu esse calidi. Sunt autem fructus cuiusdã arboris in India nascentis. In æstiuo tempore colliguntur cum maturi sunt, per quinque annos seruantur in magna efficacia sine corruptione, seruantur in loco non multum sicco, nec multum humido, quia in multo humido putrefiunt, in multo sicco arescunt & corrrugantur.

b Eligendi sunt qui in superficie aliquantulam habent planitiem, significat enim illos habere substantialem humiditatem tuberosi etiam aliquantulum. Et qui acuti sunt saporis meliores sunt, & qui in expressione vnguium aliquantulum emittunt humiditatis.

c Sophisticantur autem sic, quidam ponunt gariofi inutiles in aliquo vase humectato, vel ligant in panno & ponunt aliquandiu sub arena per noctem, & mane exiccat, scilicet vt humiditas illa actualiter conseruetur. Dignoscuntur tamen ex odore boni gariofili & ex sapore quia maiorem emittunt humiditatem nec etiam multam habent planiciem. Sophisticantur etiam alio modo, subtiliter puluerizant gariofilos electos & conficiunt cum aceto forti addito vino odorifero, & in panno ligant gariofilos inutiles, in hæc confectione per noctẽ in aceto & vino, vnde contrahunt humiditatem, & ex bonis gariofilis acumen, vix dignoscitur sic sophisticari a principio, dignoscitur tamen i. quia illud acumen magis in exterioribus est quam in interioribus. In interiori tamẽ substãtia sub lĩgua applicata modicum aut nullum sentitur acumen, sic sophisticari non seruãtur nisi per xx. dies.

a *Quid sint gariofili.*

b *Boni gariofili.*

Habent autem virtutem confortandi ex aromaticitate gariofilorũ bonorum dissolutorum & consumendi ex qualitatibus suis.

c *De sophisticatione gariofilorum.*

d Ad digestionem confortandam detur vinum decoctionis gariofillorum masticis & myrrhæ quia mirum est.

d *Effectus gariofilorũ.*

Ad dolorem stomachi ex frigida causa vel ventositate detur quo que vinum decoctionis gariofilorum, & seminis fœniculi. Contra asthma frigidum in aqua ordei ponatur dragagantum per noctem in conglutione illa conficiatur puluis gariofilorum & gummi arabici & fiant pilulæ, quas teneat patiens sub ligna trãsglutiat. Ad matricis suffocationem puluis gariofilorum conficiatur cum vino odorifero & supponatur vel

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 380 sur 459

iniiciatur per peſſarium, fumus eorum etiam receptus inferius valet. Contra præcipitationem odoretur decoctionis eorum vinum, & detur patienti mulieri. Ad cerebrum confortandum applicetur naribus. Contra fluxum ventris ex acumine medicinæ quando ſcamonea adhæret vilis ſtomachi, & contra vomitum cholericum in ampula vitrea aqua roſa plena buliant vij. vel ix. gariofili cum maſtice, & mediocriter tepidum detur patienti. Contra cardiacam paſſionem & ſyncopen detur pulue. gariofilorum cum ſucco boraginis. Nota gariofili & herba gariofilorum, folia gariofi ſimiles habent effectus ſed gariofili principaliter, folia ſecundario herba poſtremo pro gariofilis poſſunt poni folia.

a De Gentiana. CAP. II.

a Quid ſit gentiana.

GEntiana ca. eſt & ſic. in iij. gradu. Herba quædam eſt cuius radix ſimili nomine appellatur radix autem eius præcipuè competit vſui medicine, vnde radix non herba debet poni in medicinis. In fine veris colligitur & exiccatur per tres annos ſeruatur in magna efficacia.

b Conditiones bona gentia.

b Debet autem eligi ſolida & continua habens citrinum colorem, & etiam non perforata, nec facile in puluerem ſoluitur cum frangitur quæ habet paruam amaritudinem cum prædictis abiicienda eſt. Virtutem habet diſſoluendi, conſumendi & aperiendi, eſt enim diurectica.

c Effectus gentiane.

c Contra antiquum aſthma detur puluis eius cum vino, addita aqua ordei. Ad idem fiat emplaſtrum de puluere eius, & tantumdem de ſucco liquiritiæ & melle.

Ad idem fiat præcedentibus inunctionibus circa ſpiritualia digeſta materia detur pul. confectus cum dialtea in vino bis in ſeptimana, ſi poterit liberari aliquo modo ſic liberabitur vel detur in cibis, vel cum pane calido. Epilenticis detur pul. eius cum ſucco rutæ. Contra morſum reptilium animaliũ pul. eius ſuper vulnus aſpergatur vel ſuperponatur fruſtum gentianæ & pul. eius detur cum ſucco mentæ in potu. Ad fœtum mortuum & ad ſecundinam educendam confice pul. eius cum ſucco arthemeſiæ & fiat ſuppoſitorium, vel iniiciatur per peſſarium vel confice cum vino & terebenthina & ſupponatur.

d De galanga. CAP. III.

d Quid ſit galanga.

GAlanga calidum & ſic. in tertio gra. Quidam dicunt quod eſt arbor. alij dicunt quòd frutex. Dioſco. dicit quod ſit radix, & reperitur circa pedem cuiuſdã arboris in Perſia, quod patet ex eo quod habet interius quandam radicem & etiam terra ei adhæret.

e Cõditiones bonæ galã.

e Poteſt autem ſeruari in magna efficacia, per v. annos, & ſine corruptione. Eſt ergo eligenda quæ ſubrufa eſt & in ſui manerie & põderoſa, & nodoſa, & que acutum habet ſaporem, & dentium contritioni reſiſtit. Quæ autem ſubalbida eſt & leuis multũ & fere nullũ habet ſaporẽ, & quæ etiã eſt perforata, & facile in puluerem ſoluitur abiiciẽda eſt, virtutẽ habet confortandi ex aromaticitate, diſſoluẽdi, conſumendi ex qualitatibus ſuis.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 381 sur 459

a Solet autem ſophiſticari ex admixtione iunci habentis radicem tortuoſam, & etiam ex admixtione biſtortæ, ſed tamen dignoſcitur facile quod iunci radix inſipidum vel falſum habet ſaporem biſtorta vero ponticum habet ſaporem, galanga aromaticum, & acutum. Alij ſophiſtant hoc modo puluerizant optime galangam & piper conficiunt cũ aceto, & imponitur radix iunci per noctem, & efficitur acuti ſaporis extra ſed quod interius eſt inſipidi ſaporis galanga vero acuti ſaporis eſt.

b Ad digeſtionem confortandam & dolorem ſtomachi ex ventoſitate, vel ex frigida cauſa detur vinũ decoctionis eius. Ad cerebrum cõfortandum naribus applicetur. Cõtra cardiacam paſſionem & ſyncopen detur puluis eius cum ſucco boraginis.

c De Galbano. CAP. IIII.

GAlbanum ca. eſt in tertio gra. humi in primo. Dicunt quidã quod ſit gummi cuiuſdã arboris. Dioſco. dicit quod eſt lachryma cuiuſdam fructicis ſimilis ferulæ. In æſtate a fructice erumpitur liquor qui circa fructicem condenſatur quidam autem findunt corticem vt melius effluat.

d Sophiſticant quidam ex admixtione minuitorum liquorum, alij reſoluunt optimũ galbanũ, poſtea adducunt pul. colophoniæ in magna quãtitate & fabas fractas, abiectis corticibus. Eſt autẽ eligendũ q; albius eſt purius quod etiã puras gutas habet vt amoniacũ, diu põt ſeruari. Virtutem habet diſſoluendi, attrahendi, conſumendi, leniendi, maturandi & relaxandi.

e Contra frigidum aſthma detur. ℈ iiij. galbani cum ouo forbili, vel cum aqua ordei. Contra lithargiã ponatur ſuper carbones & patiens recipiat fumum. Contra ſuffocationem matricis idem fiat per embotum. Contra ſplenis duritiem ponatur in aceto per tres noctes, poſt modum fiat decoctio, & poſt coletur colatura iterum in vaſe mundo ponatur addita cera & oleo & picula, fiat emplaſtrum ſuperante galbano vel cerotum ſuperante cera, vel vnguentum ſuperante oleo, ſed melius eſt vt emplaſtrum fiat hoc modo ita quòd accedat ad cerotum. Ad fœtũ mortuum & ſecundinam educendam fiat naſtale ex eo intincto in oleo. Ad apoſtemata rumpẽdum ſuperponatur. Ad dolores dentium fiat caſula ex eo & denti ſuperponatur. Nota quod cum debet poni in medicinis tolles ſuperfluitates hoc modo liquefiat in teſta & infundatur in aqua, & ſeparentur cortices & lapilli, vel vt purius fiat per pannum coletur. Dioſco. docet quod in aqua feruẽti debet poni & quod petit fundum colligatur, quod ſupernatat abiiciatur, vel ponatur in panno lini, & poſt ponatur in alio vaſe, & illud vas pone in aqua feruenti ſupra ignem cum autem ſenſerit galbanum colorem, ſoluitur, quod purum effluit per pannum, illud vaiet.

Contra lumbricos occidendos dentur pilulæ ex galbano inunctæ ex melle.

De gummi arabico. CAP. V.

GVmmi arabicum ca. eſt & hu. in primo gra. ſimile eſt draga-

a *De ſophiſticatione galan.*

b *Effectus galangæ.*

c *Quid ſit galbanum.*

d *De ſophiſticatione galbani.*

e *Effectus boni galbani.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 382 sur 459

ganto excessus tamen eius non determinatur ab autoribus.

a Quid sit gummi arabicum.

a Gummi arabicum dicitur, quia in arabia reperitur. Gummi arboris est cuius duplex est differentia, album scilicet quod melius est. Eligendum igitur quod clarum est & in frigidis ponēdum medicinis, & præcipuè in dragaganto. Est etiam & citrinum & subrufum quod similiter clarum est, eligatur & in calidis medicinis ponatur. Cum inuenitur simpliciter gummi arabicum album est ponendum.

b Effectus gummi.

b Habet autem virtutem relaxandi, humectandi, & leniendi. Contra asperitatem linguæ ponatur in aqua donec conglutinetur, & ex tali conglutinatione humectetur lingua. & fricetur, vel in pāno subtili positum similiter in aqua ponatur & ex eo fricetur lingua.

c Quid sit gariofilata.

Contra vomitum ex debilitate virtutis contentiuæ detur pul. eius cum puluere cinamomi.

Contra hæmoptoicam passionē ex spiritualibus pul. eius subtilis conficiatur cum succo plantaginis vel aqua infusionis dragaganti, addito puluere amidi vel penidiorū, & fiant inde pilulæ, quas patiens sub lingua teneat vnam post aliam donec resoluantur, & transglutiat. Si fiat ex nutritiuis detur puluis eius cum succo plantaginis. Contra dissuriam decoctio pul. eius detur cum aqua rosa. vel pluuiali, detur etiam pul. eius cum puluere muniæ in cibis. Ad idem gummi arabicum & columba simul comburantur, & puluis eorum detur patienti in cibis. si sit vitio inferiorum: pul. iniciatur per clystere cum aqua calida constrictiua. Contra fluxum menstruorum detur pul. eius cum puluere sanguinis draconis in aqua calida, & fiat inde suppositorium, vel iniiciatur per pessarium. Eodem modo, naribus iniectus sistit fluxū sanguinis, vel fiat inde sinapisma circa tempora.

Ad idem valet pul. eius: vel muniæ naribus impositus.

Contra frigidam tussim & pectoris siccitatē detur aqua ordei cum decoctione puluris eius.

e De Gariofilata. CAP. VI.

GAriofilata vel gariofilatū ca. est & sic. in secundo gradu. Dicitur autem gariofilata confectio quædam quæ fit ex gariofil. Et gariofilata est herba quædam satis communis efficaciam habet maiorem secundum folia quam radices, vnde folia nō radices in medicinis sunt ponenda, recens maioris est efficaciæ quam sicca exiccata verò tantum per annum debet seruari. Virtutem habet dissoluendi, consumendi, & aperiendi. Dicitur autem gariofilata, quia habet odorem similem gariofilis, vel aromaticitatem vel saporem vel effectum.

Ad menstrua prouocanda fiat fomentum ex vino decoctione eius, vel fiat suppositorium ex ea decocta cum oleo muscellino. Contra cholericam passionem gariofilata decocta in aqua marina & oleo anteriori parti & posteriori superponatur. Ad confortandum digestionem & dolorem stomachi & intestinorum ex frigiditate, & ventositate detur vinum decoctionis eius.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 383 sur 459

a *De Git.* CAP. vij.

GIt cal. eſt & ſic. in ſecundo grad Herba eſt quæ inter frumenta oritur, & ſemen habet nigrum & trianglum facit illud, ſed cum in medicinis recipitur ſemen non herba ponendũeſt, aliquantulum habet amaritudinem, vnde diureticum eſt.
Virtutem habet diſſoluendi & cõſumendi.
b Contra opilationem ſplenis & hepatis & renum ſtranguriam, diſſuriam, iliacam paſſionem doloris ſtomachi, & ventoſitatem detur vinum decoctionis git & pulueris eius in cibo. Contra hemorrhoidas inflatas fiat decoctio pulueris eius & ſucco tapſi barbaſi, & bombix intinctus ſupponatur.
Contra vermes aurium conficiatur cum ſucco perſiccariæ. Contra lumbricos detur puluis eius cum melle fiat etiam emplaſtrum ex puluere eius & ſucco abſinthij circa vmblicum.

c *De grano ſolis.* CAP. VIII.

GRanum ſolis cali. eſt & ſic. in iij. gradu. Herba eſt cuius ſemen proprie dicitur granum ſolis.
Virtutem habet dieureticam, quia nitidum & clãrum eſt. *d* Per x. annos poteſt ſeruari, vnde vinum decoctionis eius & etiam puluis bibitus & in cibis ſumptus ſolũ ſtrãguriam, diſſuriam, illiacam paſſionem, & lapidem frangit.

e *De Gallitrico.* CAP. IX.

GAllitricum ca. eſt & ſic. alio nomine centrum galli dicitur.
Fomentum ex aqua decoctionis eius optimè mũdificat, & mẽſtrua prouocat. Contra vitium lapidis detur ſuccus eius in potu.

f *De Galla.* CAP. X.

GAlla fri. eſt & ſic. in ſecundo gradu eſt autem fructus quercus. Quædam reperitur & leuis & perforata quæ parum valet. Aliæ reperiuntur in Affrica, & Aſia, & dicuntur Aſianæ quæ paruæ ſunt & non perforatæ, inter quas quæ groſſiores ſunt meliores ſunt.
Virtutem habent conſtringendi.
Contra fluxum ventris fiat emplaſtrum ex puluere gallæ ſubtili & albumine oui & aceto & ſuper pectinem & renes ponatur.
g Fiat etiam fomentũ ex aqua decoctionis gallarũ, quæ aqua in potu detur, hoc etiam fiat cõtra diſſuriam. Si vitio inferiorum fiat puluis eius cum aqua ordei iniiciatur per clyſtere.
Contra vomitum ex vitio virtutis contentiuæ & debilitatione fiat decoctio puluis gallarum addito aceto, & addita aqua marina & & ſpongia infuſa ori ſtomachi ſuperponatur. Contra fluxum menſtruorum fiat decoctio ex aqua pluuiali, decoctio gallarum & puluis etiam ipſarum iniiciatur per peſſarium cum ſucco ſolo plantaginis, vel fiat inde aliquod ſolidum & ſupponatur ei.
Contra fluxum ſanguinis de naribus puluis eius cum ſucco ſanguinariæ conficiatur, & ſtuelus inde factus naribus intromittatur.

a *Quid ſit git.*
b *Effectus git.*
c *Quid granum ſolis.*
d *Effectus eius.*
e *Effectus gallitrici.*
f *Quid ſit galla.*
g *Effectus gallæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 384 sur 459

Emplaſtrum inde factum ex puluere gallarum & albumine oui tẽporibus ſuperponatur.

Gallarum etiam puluis ſuperpoſitus vulneribus ea conſolidat.

a. *Adde nigrationem capillorum.*

a Ad capillos albos denigrandos vel canos talis ſit vſus.

Accipe gallas non ponderoſas nec perforatas & decoque in oleo quouſque tumeſcant, poſtea cola & exprime inter duos pannos lineos quouſque deſiccentur, poſtea dimitte deſiccatur, deinde bene exiccatas tere, fac puluerem ſubtilem, & accipe corticem nucum & tere peroptimè & confice cum aqua pluuiali & decoque addito puluere illo gallarum & ex tali confectione vnge capillos & barbam cũ aqua calida, caue tamen ne cuti remaneat infectam, & ſic abluantur ſæpe & deſiccentur.

b De Geneſtula. CAP. XI.

b *Effectus geneſtulæ.*

GEneſtula frigid. eſt & ſic. ſimilis eſt geneſtæ, ſed minores habet ſtipites & anguſtiores, & florem habet album, geneſta verò croceum. Virtutem habet conſtringendi. Ad menſtruorum profluuium valet fomentum ex aqua decoctionis eius ſuppoſitum vel peſſarium ex puluere eius cum ſucco plantaginis factum ad idem valet contra diſſuriam prædictam fomentum fiat,

c De Gallia muſcata. CAP. XII.

c *Effectus gallię muſcatæ.*

GAllia muſcata cal. eſt & ſic. cõplexionis: quidã dicunt quòd fructus eſt. Eſt autem confectio ex aromaticis & muſco, ſed modo reperitur ſophiſticata.

Ad confortationem ſtomachi & inteſtinorum dolorem ex ventoſitate detur vinum decoctionis eius.

De Hermodactilis. CAP. XIII.

HErmodactyli cali & ſic. ſunt in iiij. gradu. Herba eſt, circa radices eius tuberoſitates inueniũtur, quæ colligi debent & vſui reſeruari & in medicinis poni.

d *Conditiones bonorũ hermodactylorum.*

d In æſtate colliguntur & deſiccantur in magna efficacia per annum ſeruari poſſunt, tamen ſingulis annis renouentur. Sunt autem hermodactyli eligendi qui albi ſunt & ſolidi, qui humoroſi ſunt & viridiores corrupti eſſe iudicãtur.

e *Effectus hermodactylorum.*

Virtutem habent diſſoluendi, cõſumendi & attrahendi purgant phlegma principaliter. Contra artheticam, podagram, ſtranguriam & iliacam paſſionẽ & contra morbos ex phlegmate feb. non exiſtẽte valet benedicta acuta ex hermodactylis hiera theodoricon anacardinum.

e Contra artheticam, podagram, chiragram, ſuccus fœni. cum melle coquatur & cum tali melle ʒ. ii. hermodactylorũ dentur. Cõtra illiacã paſſio. fiat decoctio mellis addita aqua additur ne mel aduratur & ne exeat ex melle & ij. ʒ. hermodactylorum & ſem. fœniculi & cinamomi fiat electuarium, quòd vice benedictæ poteſt poni vel dari cum benedicta caremus. Nota quòd in doſi debent ʒ. iij. vel ij. hermodactylorũ dari. Puluis hermodactyli carnem ſuperfluam corodit. puluerem hermodactylorũ conficè cum ſapone gallico & li-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 385 sur 459

cîniũ intinctum ori fistulæ superponatur. Item pul. eorum cum ære vsto confectus cum aliqua medicina confortante cerebrum polypum corrodit.

j De iusquiamo.
ij De hyssopo.
iij De iaro.
iiij De yri.
v De ypoquistidos.
vj De iunipero.

a De iusquiamo. CAP. I.

IVsquiamus fri. est in iij. gradu, & sic in secundo.

Herba est cuius semen propriè iusquiamus appellatur. Herba ipsa cassillago dicitur. Seminum autem triplex est diuersitas. Est autem rubeum, albũ, & nigrum, nigrum est mortale, album & rubeum satis competunt vsui medicinæ.

b Nota cum in receptione reperitur iusquiamus ore recipienda ponendum est semen, si exterius herba maioris autẽ efficaciæ, sunt semina.

Virtutem habet enoticam idest mortiferam, & somnum inducendi. Ad somnum prouocandum in acuta ægritudine talis sit vsus, fiat fomentum ex aqua decoctionis illius herbæ circa pedes & frõtem, & tempora & fiat ablutio prius postea fiat hoc emplastrum pulu. subtilis seminis eius cum albumine oui & lacte mulieris & cũ modico confice aceto, & fronti & temporibus apponatur.

Ad lachrimas constringendas fiat idem emplastrum addito modico olibani. Contra calida apostemata in principio fiat emplastrũ ex ipsa herba trita & superposita, vel ex semine eiusdem & oleo ros. Contra dissuriam fiat emplastrum ex semine eius & albumine oui, & modico aceto super pectinem & renes apponatur. Ad dolorem ex calida materia subitum medicamen, herba ipsa trita aliquantulum & superposita dolorem tollit. Contra dolorem dentium ipsa herba trita aliquantulum inter dentes teneatur. Ad idem philosophicum remedium, semen super carbones ponatur & fumum recipiat patiens per os, postea in os ponatur aqua & apparebunt quasi vermes supernatantes.

Semen in casula ceræ denti superponatur & dolorem tollit. Nota quod per x. annos seruatur.

a Quid sit iusquiamus.

b Effectus iusquiami.

c De hyssopo. CAP. II.

ISopus est cal. & sic. in iij. gradu. Herba est satis communis. Virtutem habet secundum folia & flores, & non secundum radices. In æstate cum producit flores colligitur, & in vmbroso loco & non fumoso suspenditur & desiccatur.

In medicinis abiectis stipitibus flores & folia ponuntur. Per annum seruatur, singulis inde annis renouetur.

Virtutem habet diureticam dissoluendi, attrahendi & cõsumendi. Contra frigidam tussim vinũ decoctionis eius & ficuum siccarum.

d Ad idem valet electuariũ quod fit ex eo. s. quod dicitur diaysopum. Vinum decoctionis eius & semini fœniculi dolorẽ stomachi

c Quid sit Isopus.

d Effectus Isopi.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 386 sur 459

tollit & inteſtinorum. Fomentum ex aqua decoctionis eius matricē à ſuperfluis humoribus mundificat & abſtergit. Idem facit ſuppoſitorium ex puluere eius & oleo muſcellino. Puluis eius vel ipſa herba inteſta calefacta & ſuper caput poſita, vel in ſaccelo & capiti ſuperpoſita, valet. Valet etiam contra frigidum catarrum & caſum vue. Contra vuam fiat gargariſmus ex aceto decoctionis eius ſubleua vuam cum digito ſuperaſperſo puluere floris eius.
Herba ipſa in vino cocta & cataplaſmata tollit dolorem ex ventoſitate.

a De Iaro. CAP. III.

a Quid Iarus.

IArus ca. eſt & ſic. in iij. gra. alio nomine barba Aaron appellatur & etiam pes vituli appelatur.
In locis humidis & ſiccis, montuoſis & planis reperitur in hyeme & æſtate magnam habet efficaciam, ſecundum folia maiorem ſecundū radices, maximam ſecūdum quaſdam tuberoſitates quæ circa radicem inueniuntur. Illæ tuberoſitates finduntur, & deſiccantur, per annum ſeruantur. Virtutem habet diſſoluendi, laxandi & attenuandi.

b Effectus Iari.

b Contra tumores aurium ipſa herba coquatur cum rubeo vino & oleo addito cimino, fiat inde emplaſtrum & auribus ſuperponatur.

c Quid Iris.

d Effectus iris.

Contra frigidum apoſtema tota herba cum tuberoſitate, & cum axungia veteri teratur, poſtmodum in teſta calefacta ſuperponatur.

e Quid ſit Ipoquiſtidos.

Contra ſcrofulas nouellas herba ipſa & ſquilla cum axungia veteri, vel vrſina teratur & ſuperponatur, & liberantur ſic ſi recentes ſunt.
Contra hemorrhoid. vel ficus iarus, tapſus barbaſſus decoquantur in vino: vel fiat aqua & encatiſma i. feſſio. Ad menſtrua prouocanda ſuccus iari per peſſarium iniiciatur ſiue cum benedicta.
Ad depurandam faciem & cutem ſubtiliandam ex tuberoſitatibus deſiccatis fiat puluis ſubtilis, & conficiatur cum aqua ro. & ponatur ad ſolem donec tota aqua conſumatur. ita fiat ter vel quater vel amplius ex illo puluere ſolo confecto cum aqua roſ. illiniatur facies, plus depurat quàm ipſa ceruſa. Carnem ſuperfluam corrodit ſolus puluis eius.

c De Iri. CAP. IIII.

IRis cal. & ſic. complexionis eſt in ij. gra. ſimiliter ireos ſimiles ſunt in foliis & in effectibus, ſed iris purpureum florem gerit, ireos album, radice vtimur, in fine veris colligitur deſiccatur, per duos annos ſeruatur.
Radix ireos pro radice iris illirice poteſt poni & econuerſo. Virtutem habet diureticam, vnde diſſoluit & aperit.
d Contra vitium ſpiritualium & opilationem ſplenis & hepatis renum & veſicæ & dolorem ſtomachi ex ventoſitate valet vinum decoctionis ireos. Puluis etiam eius leuiter carnem ſuperfluam corrodit. Ad pannum oculorum fiat collyrium, vt ex puluerę eius & aqua roſ.

e De Ypoquiſtidos. CAP. V.

Ipoquiſtidos

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 387 sur 459

IPoquistidos frig. est & sic. in ii. gra. Fungus est qui reperitur circa pedē rosę canine. In vere colligitur & succus exprimitur qui glutinosus est, ad solem siccatur, & aliquantulum in die mouetur nec corrumpatur. Exiccatur autē in loco non multū sicco, nec multum humido. Per duos annos seruatur in magna efficacia. Virtutē habet cōstringendi. a Contra fluxum ventris ex cholera vel debilitate virtutis contentiuæ conficiatur cum aqua ros. & detur patienti. Fiat etiam emplastrum ex eo & succo plantaginis & albumine oui & super renes & pectinem ponatur. Contra vomitum fiat idem super furculā pectoris. Contra profluuium matricis fiat suppositoriū ex ypoquistidos & succo plantaginis & per pessarium iniiciatur.

a *Effectus ypoquistidos.*

b *De Iunipero.* CAP. VI.

IVniperus ca. est & sic. in iii. gra. Cū in medicinis reperitur eius receptio fructus poni debet. In vere colligitur fructus per duos annos seruatur Virtutē habet dissoluendi consumendi. Contra fluxum ventris ex scamonea adhærēte villis stomachi & intestinorum fiat decoctio fructus in aqua pluuiali & interpatiens vsque ad vmblicum, & illæ partes fricētur cum aqua illa. Contra stranguriam, dissuriam & iliacam passionem detur vinum decoctionis fructus eius. c Ex iunipero fit oleum hoc modo in terra ponatur olla, & in ore bene obturato ponitur canale æneū vel ferreum, postmodum ponitur super lebetem vas æreum vel ferreum post ponitur in illa olla, & in fundo illius ollæ ponitur alia pars canalis, & circumliniatur optimè creta ne aliquid possit exire, post impleatur ex lignis iuniperi siccis & operiatur bene, & ignis fiat in circuitu ollæ, modicum olei effluit, sed illud efficacissimum est.

b *Effectus iuniperi.*

Contra quartanam detur oleum illud in quantitate ℈. in cibis vel alio modo materia digesta & ex melancholia naturali. Cōtra iliacam passionem, stranguriam, dissuriam, detur patienti in vino in modica quantitate inungantur etiam partes dolentes. Contra epilepsiam inungatur spina & partes patientes. Contra vitium lapidis iniiciatur per siringuam. Contra antiquum asthma ex frigida causa detur in cibis vel alio modo, vel vinum decoctionis eius fructus, & ficuum siccarum.

j De laudano.
ij De liquiritia.
iij De lapide lazuli.
iiij De lilio.
v De licio.
vj De lenochite.
vij De lingua auis.
viij De lapatio.
ix De lithargirio.
x De lactuca.
xj De lauro.
xij De lupino.
xiij De lentisco.
xiiij De lenticula.
xv De laureola.
xvj De leuistico.
xvij De lapide magnetis.

c *Quomodo fit oleum ex iunipero.*

d De *Laudano.* CAP. I.

d *Quid sit laudanū.*

LAudanum ca. est & humi. in i. gra. Dicunt quidam quod sit gummi arboris, quod falsum est,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 388 sur 459

ſed in quadam parte græciæ ros in quibuſdam herbis deſcēdit, & circa illas cōuiſcatur, habitantes verò quibuſdam chordis herbā percutiunt, & ſic corrigiis humiditas illa conuiſcatur, quæ exprimitur à corrigis & ſoli exponitur & deſiccatur, immiſcentur autem ſtercora caprina & alij pulueres nigri, vnde manifeſtum eſt quòd purum valde eſt aromaticum, vix in x. ℔. inueniuntur ʒ. ij. puri laudani. *a* Eſt autem illud eligendum quod ponderoſum eſt & nigrum quod etiā malaxari poteſt, illud autem quod minus nigrum eſt, & cum manibus tractatur pulueriza tur ſignum dat quod vetuſtate corruptum ſit vel ſophiſticatum. *b* Virtutem habet conſtringendi & calefaciendi ex viſcoſitate & aromaticitate. Contra catarrhum ex frigida cauſa ſtuellum ex eo informatum naribus imponatur. Ad idem laudanū & roſæ diu bulliant in aqua pluuiali obturatis bene ore & naribus, & cùm aliquandiu tepefiat recipiat patiens fumum per os, & ex illa aqua lauētur pedes, quia multum confortantur inde nerui. Contra relaxationē dentium laudanum & maſtix confricentur, & inter dētes & gingiuas intus & extra ponatur, quia confortat eos. Ad marticem infrigidatam, & ſuffocationem recipiat mulier fumū per inferiora. Suppoſitorium fiat inde, valet ad eandem matricem confortandam, & conceptum adiuuat. Contra præcipitationē matricis recipiat mulier fumum per inferiora. Contra dolorem ſtomachi ex frigida cauſa & ad digeſtionem confortandum dentur v. pilulæ ex laudano in ſero, & fiat emplaſtrū ex laudano, & cera addito puluere coſti & ſtomacho ſuperponatur.

a Cōditiones boni laudani.

b Effectus laudani.

c Quid ſit liquiricia.

d Cōditiones bonæ liquiriciæ.

e De ſophiſticatiōe liquiriciæ.

f Effectus liquiriciæ.

c De *Liquiricia*. CAP. II.

LIquiricia temperatè calida eſt & humida. Dicunt quidam quòd ſit radix, quidam quòd frutex ſed non eſt, imò ramus. *d* Eligenda eſt quæ non multum groſſa eſt, nec multū gracilis, quia tota interius crocea eſt, quæ etiam cùm frangitur non pulueriz atur, & quaſi virides partes coherentes habet, & cùm frangitur, quæ leuis eſt & interius ſubalbida, vel nigra vel viridis abiicienda eſt. Succus eius eſt eiuſdem efficacię & adhuc fortioris effectus, qui hoc modo fit; cum viridis eſt ramus, conteritur bene & in aqua bullitur & decoquitur ferè vſque ad conſumptionem, poſtea exprimitur, & ſoli apponitur, & deſiccatur, & in rotunda corpuſcula ſecundum formam vaſorum formatur. *e* Alij ſophiſticant hoc modo: faciunt pulueremliquiriciæ ſubtilem, & pulueremſucci liquiriciæ decoquunt in aqua & addunt mel, & faciunt vt diximus, ſed iſte magis abominabilis eſt, & non adeo niger. *f* Valet contra vitium pectoris decoctio eius in aqua, & maximè pleureticis & peripleumonicis vinum decoctionis eius valet cōtra tuſſim. Ad idem valet electuariū confectum ex ſucco liquiriciæ & melle. Liquiricia commaſticata & ſub lingua retēta ſitim & aſperitatem ſtomachi & gutturis mitigat.

g Quid ſit lapis lazuli.

g De *Lapide lazuli*. CAP. III.

LApis lazuli fri. eſt & ſic. ſimiliter & lapis armenicus, ſed eorum exceſſus ab autoribus nō

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 389 sur 459

dicitur. Lapis lazuli vena terræ est de qua fit lazulum. Similiter lapis armenus dicitur, quia maximè in armenia reperitur, non sophisticatur. Est autē lapis lazuli qui multum assimilatur colori celestino, & habet in se quædam corpuscula quasi aurea. Ille verò qui subalbū habet colorē plus habet terrestreitatis. lapis armenus leuior est, & subalbum habet colorem. Seruari potest diu sine corruptione. Lapis armenus citiuis corrumpitur, & minorem habet terrestreitatem. Purgat principaliter melancholiā.

a Contra melancholicam passionem detur cum decoctione senæ. Contra quartanā detur cum aqua decoctionis quæ purgat melācholiam. Contra splenis vitium & hęmorrhoydarum detur cum decoctione senæ, vel seminis fœniculi. Contra cardiacam passionem detur cum succo boraginis, & cum puluere de corde cerui. Et vt breuiter dicam, valet ad omnes passiones factas ex melācholia. Cum medicinis conficiantur pulueres, non cum decoctionibus, sed addantur post decoctionem. Nota modum abluendi lapidem lazuli & armenum, & etiam dandi, & in dandis ʒ. ii. possunt dare in aliquo vase solido velut inciso argento. Puluis eorum, vel alterius subtilis & cum pistello conficiatur donec aqua inficiatur, tunc abiiciatur illa, & alia imponatur, & sic facies decies vel nonies. Signum perfectæ lotutę est cum aqua parum aut nihil inficitur. Nota quòd non debet dari in decoctione quia ad fundum descenderet, vnde antequam detur decoctio, detur cum syrup. vel cultello, vel coeleari, postea detur decoctio, vel melius quando datur ad purgandū melancholiam prius detur decoctio & post quartam vel quintam assellationē detur lapis lazuli miro modo purgat sic.

a Effectus lapidis lazuli.

b *De Lilio.* CAP. IIII.

b Liliū duplex est.

LIlium cali. est & hu. in i. gra. Aliud est domesticū aliud syluestre. Aliud gerit florem purpureum quod efficacius est. Aliud croceum. Lilium domesticū cum axungia tritum postea maturat.

c Effectus lily.

c Contra duritiem splenis radix lilij in magna quantitate cum branca vrsina & radice enulæ ponatur in vino & oleo, per xij. dies postea colentur & colaturæ addatur cera & oleum, & fiat vnguētum. Ad faciem colorandam. Accipe tuberositates lilij, & sicca & pulueré inde factum distempera cum aqua ros cōfectum ducas super faciem. Ad idem & ad ruborem innaturalem remouendum. Accipe tuberositates prædictos & virides si habeas, & ad misce puluerem cathimiæ, & camphoræ & oleum sambucinum ad vltimum argentum vinum extinctum, & vnguento facto inunge.

d *De Licio.* CAP. V.

d Quid sit licium.

LIcium cali. est in primo gra. & sic. in ij. Quidam dicunt esse gummi, quod falsum est, sed est succus herbæ in principio æstatis colligitur & teritur, & succus exprimitur, soli apponatur, & desiccatur in substantiam licij transmutatur, addūtur tamen quædā vt dicit Dioscо. Est autē illud eligendū quod durū est & habēs quandam cōglutinositatē, & interius lucidū.

e Cōditiones boni licij.

e Quod verò molle & obscurum est abiiciendū est. Per v. annos po-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 390 sur 459

teſt ſeruari appellatur licium alio nomine, oculus lucens, quia reddit oculos lucidos. *a* Contra maculam oculorum dum recens eſt, & contra lipitudinem factam ex phlegmate exterius congelato, licium pulueriſetur ſubtiliter & cõficiatur cum aqua roſ. & ſic dimittatur donec aqua tota conſumatur, & ita facies ter, vel quater, vel pluries & puluis ſolus vel confectus cum aqua ro. oculis imponatur. Si inueterata ſit paſſio apponatur aliquantulum de ſarcocolla. Licium autem conficiatur cum ſucco fœniculi, & in vaſe æneo ponatur, oculos clarificat, & valet cùm cauſa eſt ab interioribus. Cõtra fiſſuras linguæ & labiorum & oris vlcera puluis licij cum amido, vel cum penidiis, & cum aqua roſ. conficiatur & vlcera illiniantur, probatum eſt ſatis à multis Salernitanis. Ex licio valet ſuppoſitorium in acuta febre, quia multũ deſiccata ſtercora diſſoluit. Contra tumorem gingiuarum frequẽs lotura & fricatio circa gingiuas ex aceto in quo reſolutum fuerit licium fiat. Contra lẽtigines fiat inunctio ex licio & ceruſa in eadem quãtitate ſimul pulueriz atis. Cõtra vitium mẽſtruorum informetur ſuppoſitorium ex trifera, magna & ſuperaſpergatur puluis licij, & quando ſuperflui humores abundant in matrice valet, quia purgat & deſicat & manat.

a Effectus licij.

b Effectus mercurialis.

b *De Linochite.* CAP. VI.

LInochites i. mercurialis ca. eſt & humi. Cõpetenter cum carnibus groſſis cocta ad ſolutionem datur. Competẽter cum ſucco & aqua decoctionis eius, & oleo & melle & ſale fit clyſtere ſoluens & educens humores.

c Effectus linguæ auis.

De Lingua auis. CAP. VII.

LIngua auis ca. eſt & ſic. in i. gra. folia habet parua & acuta, & in forma linguæ auis, viridis multæ eſt efficaciæ, ſicca nullius. Virtutem habet incitandi libidinẽ & humectandi. Herba ipſa cum carnibus cocta, vel condita cum ſanguine, libidinẽ incitat, comeſta, menſtrua prouocat. *c* Ad idem valet electuarium cõfectum ex teſticulis ſatyrionis, & carne dactylorum, etiam interioribus feſtucæ & melle & ſucco linguę auit. Herba ipſa cocta in aqua ordei prodeſt ethicis, & conſumptis. Valet decoctio linguæ auis ſucci addito zuccarò contra ſiccitatem pectoris detur aqua decoctionis ipſius, & addito dragaganto magis valet.

d Effectus lapacij.

De Lapacio. CAP. VIII.

LApaciõ ca. eſt & ſic. in iii. gra. Eſt autem triplex, ſcilicet lapacium acutum, & acuta habens folia & herba efficax eſt. Eſt lapacium rotundum quòd rotunda habet folia, & minus efficax eſt, eſt & lapacium domeſticum lata habens folia magna aliquantulum competit vſui medicinæ. Virtutẽ habet diſſoluendi, relaxandi, aperiendi & extenuãdi. *d* Contra ſcabiem ſuccus lapacij acuti, oleum nucis & pix liquida ſimul bulliant & poſtea coletur, & in colatura ponatur puluis tartari & fuliginis & fiat vnguẽtum ſatis competens ſcabiei impetigini & ſerpigini.

Contra impetiginem & ſerpignẽ fiat confectio ex ſucco lapacij acuti & pul. auripigmenti. Ad apoſtemata maturanda lapacium rotundum tritum, & in oleo decoctum, vel axungia ſuperponatur. Ad rũpendum ſuperponatur lapacium acutum prædicto modo. Contra ſplenis duritiẽ ſuccus lapacij acuti cum ſtorace liquida & amoniaco & aceto conficiatur & dimittatur ſic tribus diebus, poſtea fiat decoctio & coletur & addita cera & oleo fiat vnguentum. Contra diſſuriam & ſtranguriam fiat decoctio lapacij in vino & oleo & pectini ſuperponatur. Vrinam prouocat in multa quãtitate aqua vel vinum decoctionis eius, ſoluit oppilationẽ ſplenis & hepatis. Contra leucophlegmantiam fiat confectio ex ſucco lapacij acuti ʒ.ij. & ʒ.ij. eſulæ addito melle fiat aliquãta decoctio, & detur patiẽti. Contra ſcrofulas nouellas fiat emplaſtrum ex lapacio acuto & axungia ſimul tritis. Contra lumbricos valet ſuccus eius datus cum melle. Contra phlegma abundans in cerebro ſuccus eius cum ſucco rutæ in modica quantitate naribus iniiciatur in aere calido, vt balneo. Criſpellæ factæ ex lapacio valent aſthmaticis ex frigida cauſa. Lapacium crudum vel coctum comeſtum confert ſcabioſis.

a De Lithargirio. CAP. IX.

LIthargyrium temperatum eſt in frigiditate & ſiccitate ſecũdum quoſdã in primo gradu. Quod ſit temperatũ in frigiditate & ſiccitate cõſtat ex verbis Dioſc. quia ſtipticum eſt, quod ſtipticum cognoſcimus, quia ſiccum eſt, & tamen in qualitatibus ſuis temperatum eſt. Eius tamen exceſſus ab authoribus nõ determinatur, quia noh eſt ſenſus determinabilis.

a De qualitatibus lithargyrij.

b Lithargirij multiplex eſt differẽtia, eſt quoddam quod eſt ſpuma argenti, quod fit per excoctionem cum in igne ſeparatur purum a puro, & magis attinet frigiditati & humiditati. Eſt autem aliud quod ſpuma auri dicitur & cum frãgitur interius eſt ſimile auro, & aliquantulum calori pertinet, & cathimia propriè dicitur. Eſt autem aliud quo communiter nos vtimur, ſcilicet fex ſtãni, quod ſimiliter fit ex decoctione cum ſit ſtannũ devena terræ, illud eſt frigidũ & ſtipticũ. Dicunt quidam ſimiliter quòd reperitur lithargyrium quod eſt fex plumbi. Lithargyrium vero quod eſt fex ſtanni, quòd communiter vtimur virtutem habet conſtringendi, conſolidandi, depurgandi, & diuerſo modo conficiendi. Pulꝭis lithargyrij vlceribus impoſitus cõſumit ſaniem, & vlcera cõſolidat. *c* Contra ſcabiẽ & præcipuè cõtra ſcabiẽ factam de phlegmate ſalſo, vel cholera fiat decoctio aliquantulũ olei nucis & pulueris lithargyrij ſubtilis conficiatur cũ aceto, poſtea addatur illud oleum calidũ, & cera & bene conficiatur. Cõtra diſſenteriam factã ex inferiorum vitio lithargyrium integrum ſuper carbones ponatur quòd bene calefactum aſpergatur ſæpe cum aceto, poſtea fiat ſubtiliſſimus puluis, quòd per clyſtere iniiciatur cum oleo roſ. vel cum aqua ordei multum valet. Contra vlcerationem virgæ diſtemperatũ cum oleo roſa. ſi inungatur virga putredinem conſumit & vlcera

b Lithargiriũ eſt multiplex.

c Effectus lithargyrij.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 392 sur 459

cõsolidat. Cõtra feruores apostematum, vt in erysipila, conficiatur, puluis lithargyrij & cera cum oleo ros. & inungatur circa. Lithargyrium quòd spuma auri dicitur puluerizetur subtiliter & abluatur cum aqua rosa. quinquies vel decies donec aqua inficiatur ex puluere, ille puluis in modũ collirij, vel solus cum aqua ros. oculis imponatur. *a* Ad faciem depurãdam & pannum superfluum remouendum, quem habent mulieres post partum, axungia gallinacea, vel anserina liquefiat & addito puluere lithargyrij & oleo ros. fiat vnguentum.

a *Ad decorationẽ faciei.*

b *De qualitatibus lactucæ.*

b De Lactuca. CAP. X.

LActuca tẽperatè frigida & humida est. *c* Semẽ eius frigidius est ipsa herba, sed excessus eius non determinatur ab authoribus, herba vsui ciborum competit, semen vero medicinæ, iudicatur tamen ab authoribus omnium herbarum esse temperatissima quòd bonum sanguinem generat, & copiam lactis, cibus choleris competens, cocta vel cruda comesta in febribus multum valet elixa vel cruda. Contra in aceto addito croco solum valet contra oppilationem splenis & hepatis. *d* Ad somnum prouocandum semen eius conficiatur cum lacte mulieris, & albumine oui, & fiat emplastrum circa tempora. Puluis etiam seminis cũ lacte datus somnum pronocat. Idem facit febricitantibus datum cum aqua. Contra calida apostemata in principio conficiatur puluis eius cum oleo rosa, superponatur.

c *Effectus lactucæ.*

d *Somnũ prouocat lactuca.*

e De Lupino. CAP. XI.

LVpinus cali. & sic in ij. gradu. Lupinorum alius amarus quia ex natura sui amarus est: & præcipuè vsui medicinę cõpetit. Alius dulcis, & insipidus quia ex multa mora in aqua frigida dulcescit & fit insipidus virtutem habet diureticam. Contra lumbricos farina lupinorum amarorum cum melle confecta detur. Ad idem valet panis factus ex farina lupinorum, & succo absinthij: & aqua comestus. *f* Ad idem valet præcipuè emplastrum factum ex farina lupinorũ & succo absinthij ponatur super stomachum, & melius est si addatur modicum aloes. Eadem confectio sine aloe soluit opilationẽ plenis & hepatis. Valet etiam hydropicis confectio facta ex farina lupinorum in succo absi. data. Et panis eius confectus ex farina lupinorum cum succo persicariæ auribus iniectu vermes necat. Eadẽ farina cum succo porri superfluitates aurium mundificat, & farina confecta cum oleo apostema frigidum maturat & rumpit.

e *Lupinus duplex est.*

f *Effectus lupini.*

De Lauro. CAP. XII.

LAurus cali. est & sic. in secundo gradu. *g* Cuius fructus & folia vsui competunt medicinæ folia habent maiorem virtutem confortandi ex aromaticitate, fructus dissoluendi, consumẽdi, folia desiccantur in vmbroso, & non fumoso loco, & per annũ in magna efficacia seruantur, fructus per duos annos seruari possunt. *h* Fomentũ factum ex aqua decoctionis foliorum, lauri matricem mundificat & confortat &

g *Fructus folia lauri vsui medicinæ competentia.*

h *Effectus lauri.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 393 sur 459

conceptum impeditum ex frigiditate adiuuat. Contra dolorem colicum, fiat fomentum ex vino decoctionis foliorum lauri. Ad idem emplastrum fiat super pectinem & renes de extremitatibus lauri coctis in vino. Idem fiat contra dolorem stomachi ex frigiditate. Et contra vomitum ex frigida causa detur vinum decoctionis foliorum lauri. Contra frigidum rheuma capitis decoquantur folia lauri & rosæ in aqua, ore vasis bene oppillato, & recipiat patiens fumum, & ex aqua illa lauetur frons & tempora. Ad idem fructus lauri bene conterantur, & facto puluere in testa calefiat, & ponatur in sacello, & sacceletur inde caput.

a Ad pannum superfluum remouendum, & contra quasdam tuberositates faciei rubeas quæ sunt in iuuenibus præcipue sanguineis, quas vocant barulos, vel barules baccæ lauri recentes soli exponantur, & deficcentur vt melius cortex tollatur: quo remoto terantur confecto subtili puluere, & confitiantur cum melle, & ex hoc tali vnguatur facies in balneo, multum enim confert. Contra pannũ superfluum quem habent mulieres post partum conficiatur prædictus puluis cum felle aliquo & inungatur. Si fel fuerit durum distemperetur cum melle. Ex bacchi lauri fit oleum valẽs contra dolorem ex frigiditate & artheticum dolorem fiat autem sic: baccæ lauri recentes conterantur, & postea diu coctæ in oleo exprimantur & colẽtur, & hoc tale dicitur oleum laurinũ. Nota quod cum in receptione reperitur ℥. Folia lauri vel diampnis, vel diamnidis, olia debẽt poni, cum vero baccæ lauri vel dinochocij fructus.

De Lentisco. CAP. XIII.

LEntiscus cali. est & sic. plus tamen sicca quam calida, quia siccissimæ compositionis est. *b* Cum receptio eius in medicinis reperitur folia debent poni quandoque tamen fructus sunt ponendi. Virtutem habent constringendi & consolidandi. *c* Contra fluxum menstruorum, & dyssenteriã & vomitum ex debilitate virtutis retentiuæ, vel acumine humorum fasciculi parui facti ex foliis eius, decoquantur in aceto & renibus & pectini cataplasmentur. Si dyssenteria fuerit ex vitio inferiorum vel superiorum super stomachum ponatur. Contra vomitum super furculem pectoris. Alius est vsus contra prædicta teneritates lentisci bulliant in aceto vsque ad consumptionem aceti, post modum deficcentur & puluis inde factus in cibis & potibus detur. Contra vlcerationem virgę puluis eius factus ex foliis super testam calidam deficcatis & puluerizaris vlcera cõ solidat, saniem consumit, sed non ponatur nisi quãdo est sanies. Cõtra vlcerationes linguæ, oris & labiorum, & etiã in febre acuta fiat decoctio in aceto foliorũ eius, & fiat gargarisma multum confert.

a *Ad decorationem.*

b *De qualitatibus lentisci.*

c *Effectus lentisci.*

d *De Lenticula.* CAP. XIIII.

LEnticula frigida est in secundo gra. & sic. in j. tam vsui medicinæ quam esui cõpetit fructus vel semen Virtutẽ habet constringendi. Vnde contra dissenteriam talis sit vsus decoquatur in aceto lenticula ad aliquantulã denigra-

d *Lenticula tã vsui medicinæ quã esui cõpetit.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 394 sur 459

tionem & in quolibet mane detur patienti ieiuno ad commedēdum. Et si cortice ablato coquatur & prima aqua eiecta & secunda addatur melior fit ad digerendum & ad digestionem cholericam refrenandum melior. *a* Item lenticula simul cum cortice coquatur in aqua, illa colata & cum sale cōmixta accipe in potu quæ stipticum dabit & si aqua priori eiecta dum coquatur adiungas aliam solutionem minuit.

a Effectus lēticulæ.

b Quid sit Laureola.

b De *Laureola.* CAP. XV.

LAureola ca. est & sic. in iii. gra. frutex est cuius semen vel fructus vsui competit medicinæ: cuius semen coconidium dicitur, & radix eius medicinalis est. Cum autem inuenitur ℔. laureolæ, vel coconidij fructus debet poni per duos annos in magna efficacia seruatur. *c* Virtutem habet principaliter purgandi phlegma & choleram, vnde sanis lapsis, & etiam ægris nos multum febricitantibus potest dari. *d* Acuatur inde benedicta, vel hieralogodion ad phegma purgandum, oxi vel trifera, saracenica ad purgandum choleram ad plus in quātitate scrupuli quinque addito mastice, vel gummi arabici vel bdellio, ad represſionē acuminis medicinæ mouet per superiora & inferiora. Puluis coconidij diu bulliat in oleo, & ex tali oleo inunge pectinē & renes, contra stranguriam, dissuriam, & propter tenasmum ex frigido & glutinoso humore adhærentæ intestinis. Fiat etiam suppositorium ex bombace in eodem intincto. Auribus immittatur propter surditatem, si fiat ex humore ibi existente, sanioſas enim consumit superfluitates.

c Effectus Laureolæ.

d Quare acuitur benedicta cum esula.

e Tātum semen vsui medicinæ cum petit.

e De *Leuistico.* CAP. XVI.

LEuisticus cal. est & siccū in ij. gradu: cuius semen etiam leuisticum dicitur. Semen non herba, nec radix in medicinis debet poni, cum eius receptio inuenitur, per quatuor annos potest seruari, virtutem habet diureticam aperiendi & extenuandi. Vnde decoctio eius valet contra opilationem splenis & hepatis. Valet etiā aqua decoctionis eius contra dolorem stomachi & intestinorum factum ex ventositate. Puluis etiā eius cum puluere cinamomi datus in cibis valet ad prædicta.

De *Lapide magnetis.* CA. XVII.

LApis magnetes calid. est & sic. in iij. gradu, virtutem habet attenuendi, vnde dicit Aristoteles, quòd inuenitur in litore Indię & Oceani. Montes autem sunt ex talibus lapidibus confecti, vnde naues infixas clauis ferreis attrahunt & dissoluunt. *f* Eligendū est quòd secundum quantitatem sui ferrum, attrahit magnū vel paruū qui autem hoc non facit abiiciendus est, puluis eius cōficiatur cum apostolicon, & fiat stuellū, & vulneri imponatur: ferrum attrahit. Puluis etiam eius detur in cibis & potibus cum succo consolidæ maioris. puluis etiam eius subtilissimus in quantitate ij. ℈. datus cum succo fœniculi, valet cōtra hydropisim & splenēticos, allopiceam, attrahit enim phlegma & melancholiam.

f De electione magnetis.

j De

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 395 sur 459

j De myrto.
ij De manna.
iij De melliloto.
iiij De malua.
v De maſtice.
vj De mentha.
vij De margarita.
viij De mumia.
ix De mandragora.
x De meu.
xj De malis citoniis
xij De malo granato.
xiij De malo maciano
xiiij De marubio.
xv De malabatro.
xvj De melle.
xvij De muſco.
xviij De myrobalanis.
xix De mace.
xx De myrrha.
xxj De maiorana.
xxij De meliſſa.
xxiij De mora.

a De myrto. CAP. I.

MYrtus vel myrta vt dicunt Phiſici frigi. eſt in primo gradu. ſic. in ii. frutex eſt cuius ſemen myrtili dicũtur, qui præcipuè medicinæ competunt, flores & folia ſecundario. Nota quanto recentiores flores & folia tanto meliores. poſt maturitatem fructus colecti in magna efficacia, per biennium ſeruantur ad ſolem deſiccati, folia autem diutius, flores non poſſunt ſeruari. Virtutem habet conſtringendi ex ponticitate, confortandi ex aromaticitate.

b Contra vomitum & fluxũ ventris & profluuium mulieris ex debilitate virtutis contentiuæ vel ex humorum acumine dentur fructus ipſi ad comedendum; vel ſuccus expreſſus detur, vel fiat ſuccus ex ſucco eorum addito zuccaro optimus eſt contra prædicta, & poteſt per annum ſeruari, ſi bene decoquatur ſuccus, ſed ſi non habet zuccarum appone mel, & fiat inde mediocris decoctio, vt non aduratur mel, ſed non tantum valet. Sed diutius poteſt ſeruari. Et fructibus vero contritis, vel ex puluere eorum, & albumine oui, fiat emplaſtrum circa os ſtomachi contra vomitum.

Contra dyſſenteriam circa renes & pectinem, & vmblicum.

c Ad idem fiat fomentum circa inferiora ex aqua pluuiali decoctionis foliorum eius propter fluxum, & ad dyſſenteriam & profluuium fomentum etiam factum ex aqua hac circa frontem & tempora & pedes ſomnum prouocat in febre acuta. Suffumigium per os & fomentum circa frontem & tẽpora fiat contra rheuma & doloris capitis factum ex caliditate.

Faſciculi extremitatibus myrtæ coquantur in aceto & aqua pluuiali, & propter vomitum ſuper os ſtomachi ponantur, propter fluxũ ventris ſupra pectinem & renes, & vmblicum poni debent ſupra renes in acuta febre, ſoluunt doloris qui fit ex acumine caloris diſſoluentis Syrupus factus ex floribus miro modo valet ad prædicta. Aqua decoctionis florum in aqua pluuiali valet.

Aqua etiam facta ex aqua pluuiali & floribus myrtę ad modum aquæ roſa. nimis. valet contra prædicta, & contra ſyncopen poteſt autem ſeruari per annum ſimiliter puluis foliorum eius datur in cibis.

a *Quid ſit myrtus.*

b *Effectus myrti.*

c *Ad vomitum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 396 sur 459

Valet & ſuprapoſitus vlceribus quia ea conſolidat.

a De Manna. CAP. II.

MAnna calida eſt & humida tẽperatè. Dicunt quod ſit ſuccus herbæ quòd falſum eſt. Eſt autem ros qui ſuper herbas diureticas cadit in quadã parte Græciæ & Indiæ, & confiſcatur circa herbam. Colligitur autem poſtea ſicut laudanum, vel mel. Sed quia in parua quantitate reperitur ſophiſticatur, pura verò maximè eſt efficaciæ. Quidam addunt fauum mel.

a *Quid ſit manna.*

b *De ſophiſticatione mannæ.*

b Alij ſophiſticant ſine melle ex ſucco liquiritiæ ſubtiliter pulueriſato & melle, & quidam durum efficitur quod mannæ aſſimilatur. Dignoſcitur autem quia pura mãna ſubalbida eſt, & interius habet quaſdam concauitates quaſi fauũ mellis & puræ dulcedinis nihil autem dulcius manna. Sophiſticata autem dulcis eſt cum quodam acumine, Si ex fauo ſophiſticata fuerit valde, cum quadam abominatione, Si ex ſucco liquiritiæ. habet virtutem depurandi & mundificãdi ſanguinem.

c *Effectus mannæ.*

c Vnde valet contra acutas febres ex cholera.

Debet eodem modo parari quo caſiafiſtula, ſed non ponitur in decoctione, debet verò in aqua cali. reſolui, & per catiã cõlari, poſtea in medicinis poni. Nota quod mãna poſita in decoctione plus obeſt quam prodeſt. Nunquam pura inuenitur. Vnde in febribus acutis non debet poni in multa quantitate, quia ex mellis admixtione nocet.

d De Melliloto. CAP. III.

MElilotum ca. eſt & ſic. in i. gra. Herba eſt cuius ſemen ſimili nomine appellatur, corona regia etiam dicitur: quia formatur ad modum ſemicirculi. Semen cum ipſis corticibus colligitur per duos annos ſeruatur.

d *Quid ſit melliloti.*

e *Effectus melliloti:*

e Semina cum ipſis in medicinis ponuntur, quia adeo paruum eſt adhærens quod vix poteſt ſeparari. Virtutem habet confortandi ex aromaticicitate ſua, & eſt diureticum ex ſubtili ſubſtantia. Vnde vinum decoctionis eius digeſtionẽ cõfortat ventoſitatem excludit. Oppilationem renum & veſiccæ aperit. Semen eius in brodio in cibis poſitum eos boni ſaporis, & optimè redolentes reddit.

f De Malua. CAP. IIII.

MAlua frig. eſt & hu. in ii. gra. ſecundum quoſdam frig. eſt in i. gra. hu. in ii. Cuius duplex eſt maneries domeſtica. ſ. quæ magis frigida & humida eſt, & humiditatem habet ſubtiliorem, & ſilueſtris, quę maluauiſcus, & biſmalua dicitur, creſcens altius & altiora & latiora habens folia. Eſt autẽ quaſi frutex, & eſt minus frigida, & habet humiditatem viſcoſiorem.

f *Duplex eſt malua.*

g *Effectus maluæ.*

g Contra calida apoſtemata in principio folia maluæ terantur & ſupponantur.

Ad maturandum terantur cum axungia porci recenti, & ſuper regulam calidam ponantur, hoc autem valet contra duritiem ſplenis & hepatis. Fomentum ex aqua decoctionis circa pedes valet.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 397 sur 459

Ad ſomnum prouocandum in acutis febribus malua cocta & comeſta ſoluit ventrem valet in febribus propter ventris conſtipationem. Ex aqua illius fiat clyſtere mollificatiuum competens. Ad menſtrua prouocanda certum experimentum radix ipſius admodum digiti groſſa & longa vel etiam longior: radatur aliquantulũ & ſuper aſpergatur puluis ſcammoneæ & ſuperponatur, vngatur tamen prius cũ melle ſi volueris. Maluayſcus plus mollificat & maturat, ſola folia & magis radix trita cũ axum. aliquantulum calefacta & ſuperpoſita apoſtemata maturat, duritiem relaxat & mollificat, herba etiã cocta cum radice fere ad conſumptionem aquæ apparebit quaſi quædam viſcoſitas, quę ſuperpoſita apoſtema maturat, durum relaxat & remollit. Ex aqua addita cera & oleo fit optimum vnguentum ad prædicta. Aqua decoctionis ſeminis ipſius herbæ valet contra tuſſim ſiccam confert ethicis. Semiã autem ſacellata & in oleo cocta duritiem ſplenis ſoluunt & mollificant.

4 De *Maſtice*. CAP. V.

MAſtix cal. eſt & ſic. complexionis in ij. gradu. Gummi eſt cuiuſdam fruticis ſimilis lentiſco. In partibus græciæ inuenitur. In fine veris circa radices operãtur quaſdam inciſiones, & terram mũdificant, & veſtes ſupponunt, vel quædam cooperimenta ex tunicis facta, neliquor effluat in terram

b Eligenda autem eſt maſtix quæ clara eſt & alba, quæ autem habet terræ admixtionem, vel obſcura eſt abiiciatur. Virtutem habet conſtringendi confortandi, conſolidãdi, & conglutiandi.

c Contra humiditates fluentes à capite ad oculos & dentes, & dolorem temporum factum ex ventoſitate aſcendere à ſtomacho ad caput puluis maſticis cum vino albo odorifero & albumine oui conficiatur addito puluere olibani, ſi bene vobis placet & temporibus ſuperponatur.

Emplaſtrum factum ex maſtice & laudano, & poſitum ſuper dentes & gingiuas, dentes relaxatos confirmat, gingiuas groſſas extenuat humores frigidos conſumit. Maſtix etiam commaſticata dentes dealbat & confortat: & ſuperfluitates vuæ conſumit.

Cerebrum à ſuperfluitatibus depurat facit enim excreare in magna quantitate. Maſtix in teſta liquefacta & corio vel panno, ſiue in quarta & inducta & poſita ſuper ferculam pectoris vomitum cholericum conſtringit, vel ſi fiat ex debilitate contentiuæ virtutis. Digeſtionem confortat debilitatem ex ægritudine, vt in conualeſcentibus.

Nota quod pilis abraſis debet poni. Si autem non adhæreat, tegula calefacta panno interpoſito ſuperponatur; cũ autem adhæret, tegula, remoueatur. Aqua decoctionis maſticis tepida data digeſtionem confortat ſtomachũ relaxatum coroborat, & adito ſemine fœniculi ventoſitatem excludit. Emplaſtrum factum ex maſtice & bolo & albumi. oui & aceto ſuper furculam pectoris ponatur vomitũ.

a *Quid ſit Maſtix.*
b *Electio Maſticis.*
c *Effectus Maſticis.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 398 sur 459

cholericum constringit, supra renes & pectinem positum cõstringit fluxum ventris cholericum. Aqua pluuialis decoctionis eius data ad idem valet. Fluxum etiam ventris ex acumine medicinæ reprimit. Aqua etiam pluuialis vel ros. deco. eius: & iij. vel iiij. ga. data tepida fluxum etiam ventris & vomitum ex acumine violentæ medicinæ factum constringit. Nota mastix parum debet decoqui, ne virtus dispergatur, & dari tepida, vnde cum aqua cocta parũ feruida plus valet quam aqua feruentissima, aqua dico plus valet tepida quam multum calida.

a De Menta. CAP. VI.

a Menta plures sunt species.

MEnta cal. est, & sic. in ii. gra. cuius plures sunt differentię. Est enim quædam domestica, quæ propriæ hortulana dicitur, & hæc mediocriter calefacit & confortat. Est & alia syluatica sisimbrium quæ mentastrum dicitur & maiorem habet virtutem calefaciendi, Est & menta quæ lõgiora & acutiora & latiora habet folia, & hæc menta romana, vel saracenica dicitur i. cõstum vulgare & hæc magis diuretica est quã aliæ quòd perpenditur eius acumine, vel amaritudine. Est & alia species, quæ mẽtha aquatica dicitur i. balsamita. Menta domestica magis vsui medicinæ cõpetit, & viridis & exiccata magnæ est efficaciæ debet exiccari in vmbroso loco. Per annũ seruatur in magna virtute. Virtutem habet dissoluendi, & consumẽdi ex propriis qualitatibus suis, confortandi ex aromaticitate.

b Effectus mente.

b Contra fœtorem oris & putredinem ginguarum abluatur os & ginguæ ex aceto decoctionis mentæ hortulanæ postea fricẽtur ex puluere mentæ siccæ vel cũ mẽta sicca. Ad appetitum prouocandum cum impeditur ex frigidis humoribus existentibus in ore stomachi fiat falsamẽtum ex menta & aceto & modico cinamomo vel pipere. Contra vomitum factum ex vitio virtutis cõtentiuæ vel ex frigida causa fiat decoctio mentæ in aqua salmacina, & aceto & spongia intincta ori stomachi superponatur, & menta ipsa cocta, & mẽtam commedat patiens.

c Medicinæ contra venenum datæ debent dari cum succo mentæ.

Contra syncopen ex debilitate cum febribus & sine febribus siue ex medicina, siue ex quacunque causa conteratur menta cum aceto & modico vino si sit sine febre, si cum febre cum solo aceto, & fruста panis bene rosti & quasi cõbusti pone in illo aceto, & aliquãdiu dimittatur in aceto, & bene humectetur, & naribus applicetur, & inde fricentur labia & gingiuæ & dentes & tempora & ligetur super venas pulsatiles temporum & brachiorum etiam patiens masticet & humiditatem transglutiat. Ad matricem mundificandam tenerrimates mentæ coquantur in vino & fiat suppositorium. Contra cholericam passionem fasciculi mentæ coquantur in vino & renibus & pectini cataplasmentur. Cõtra coagulationẽ lactis in mamillis mulierum fasciculi eius decocti in vino & oleo superligẽtur ipsis mamillis.

c Nota cũ datur aliqua medicina contra venenũ, debet dari cũ succo mẽtæ. Menta autẽ habet aliquãtulũm vim attrahendi venenũ, vel potest dari cũ succo decoctionis eius,

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 399 sur 459

si cares succo. Succus mentæ romanæ solius, vel vinum decoctionis eius, vel succus eius cum melle datus valet contra oppilationem hepatis & splenis, & vrinalium virarum ex frigido humore, vel ex calido sine febre. Succus etiam eius datus lumbricos interficit. Auribus instilatus vermes necat. Decocta in vino & oleo cataplasmata herba solum schliroſim apostematum frigidorum remouet. Mentastrum & carice decoquantur in vino & detur patienti contra tussim frigidam & calidam. Vinum decoctionis eius vel puluis in cibis datus digestionem confortat. Fomentum factum ex aqua decoctionis eius matricem infrigidatam calefacit. Saccellatio facta ex puluere eius rheuma frigidum capitis constringit. Nota quod menta romana pro hortulana potest poni.

a De Margarita. CAP. VII.

MArgarita fri. & sic. Est lapis qui in quibusdam piscibus reperitur.

Margaritæ aliæ sunt perforatæ artificio, aliæ natura, & illæ, quia meliores sunt, ponuntur in medicinis, cum margaritarum receptio simpliciter inuenitur. Aliæ autem perforatæ & priores quas apothecarij in medicinis ponunt. Quædam tamen non perforatæ æquipollẽt margaritis perforatis. Sunt itaque eligendæ albæ & claræ quæ verò obscura & quasi subalbida est, nõ est ponenda in medicinis.

b Virtutẽ habet confortandi, non quia reparat spiritus subtiles, vt quidam dicunt: sed ideo quia sua asperitate membra a superfluis abstergit, & ea quasi constringendo & coarctando ad vnum ducit, & confortat.

Contra debilitatem & syncopen ex medicina, vel fluxum ventris, vel sanguinis: & contra cardiacã passionem in febribus detur puluis margaritarum cum zuc. ros.

c De Mumia. CAP. VIII.

MVmia cal. est & sic. iiij. gra. testante Constan. licet quidã dicant quod sit fri. & sic. quia constrictiua est, quod falsum est. Multa autem frigida & sic. laxant multa calid. & sic. constringunt. Est autem mumia quædam species quæ in sepulchris mortuorum reperitur. Solebant antiquitus corpora mortuorum, balſ. vel myr. conditi, & adhuc fit apud paganos circa babiloniam vbi est copia multa balſ. circa cerebrum & spinam, vnde sanguis ad cerebrum calore balsami trahitur & excoquitur, aduritur & desiccatur & in mumiã transmutatur, & circa spinam etiam mumiam inuenitur.

d Eligenda est quæ lucida est nigra & fœtida, quæ etiam est solida. Subalbida verò & obscura non fœtida quæ facilè puluerizatur abiicienda est. Virtutem habet cõstrictiuam.

e Puluis eius simpliciter, vel stuellum factum ex puluere eius, & succo sanguinariæ fluxum sanguinis ex naribus sistit. Emplastrum etiã factum ex puluere eius & albumine oui, & fronti & temporibus superpositum. Vomentes sanguinem vitio spiritualium teneant sub lingua pilulas factas ex puluе-

a *Quid sit margarita.*

b *Electio mærgaritarum.*

c *Quid sit mumia.*

d *Electio mumiæ.*

e *Effectus mumiæ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 400 sur 459

re prædicto, addita modica maſtice, & aquæ infuſionis dragaganti vel gummi arab. & poſtea tranſglutiat. Si vitio nutritiuorum detur puluis eius cum ouo ſorbili, vel cum ſucco plantaginis. Contra dyſſenteriam detur puluis eius cum puluere gummi ara. exuſti cõfecti cum aqua ro. vel ſucco plantagi. & hoc præcipuè valet ſi ſit vitio ſuperiorum inteſtinorum, ſi verò ſit vitio inferiorum iniiciatur per clyſterẽ puluis eius cum aquo ordei infuſione dragaganti. Fiat etiam emplaſtrum ex mumia & Hanno, & aceto, & albumine oui. Si vitio inferiorum fiat, ponatur ſuper renes & pectinem. Si vitio ſuperiorum ponatur ſuper vmbilicum. Contra fluxum inteſtinorum detur athanaſia cum puluere mumiæ & fiat ſuppoſitorium ex athanaſia & puluere eius. Pulais eius ſolus optimè vlcera conſolidat.

a Duæ ſunt ſpecies mãdragoræ.

b Effectus mãdragoræ

c Quid ſit meu.

a De mandragora. CAP. IX.

MAndragora frũ. eſt & ſic. Exceſſus eius non determinatur ab autoribus, cuius duæ ſunt ſpecies, maſculus ſcilicet & fœmina, ſe. folia habet aſpera. Quidam dicunt quod ea magis competit vſui medicinæ. Nos tamen ea indifferenter vtimur. Quidam dicunt fœminam formatam eſſe ad formã mulieris, maſculum ad formam viri, quod falſum eſt natura enim formam humanam herbis nunquam attribuit.

Quidam autem opinantur formã talem, vt à ruſticis accepimus. Radicum cortices vſui medicinæ cõpetunt ſecundario poma, tertio folia. Cortex radicum colligitur per iiij. annos ſeruatur in multa efficacia. Virtutem habet conſtringendi, infrigidandi, aliquantulum mortificandi, virtutem ymotoicam habet primo ſoporiferam.

b Ad ſomnum prouocandum in acutis febribus puluis eius conficiatur cum lacte mulieris, & albumine oui cataplaſmetur fronti & temporibus. Contra dol. capitis folia eius trita ſupra tempora patientis ponantur. inungatur & oleo mandragorato quod ſic fit.

Poma mandragoræ trita in oleo communi diu macerentur, poſtea fiat aliquantula decoctio coletur, & illud dicitur oleum mandragoratum. Quod valet ad ſomnum prouocandum, & dol. capitis, vt frons & tempora inungantur. Si verò pulſus inungatur febrilem calorem reprimit. Contra calida a poſtemata fiat inunctio in principio repercutit materiam, fructus etiam vel folia ſupercata-plaſmentur, vel ſaltem eius puluis cum ſucco alicuius herbæ frigidæ. Contra fluxum ventris ex impetu choleræ ex oleo prædicto vẽter & tota ſpina inungantur, & modicum iniiciatur cum aliquo clyſteri.

c De Meu. CAP. X.

MEu ca. eſt & ſic. in ii. grad. herba eſt cuius radix ſimili nomine appellatur & præcipuè vſui medicinæ competit, vnde radix in medicinis debet poni per duos annos poteſt ſeruari in magna efficacia, virtutem habet diureticam ex ſubtili ſubſtantia attrahendi, & cõſumẽdi. Vinum vel aqua decoctionis eius videlicet cõtra oppilatio-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 401 sur 459

nem ſplenis & hepatis ex frigida cauſa contra ſtrangutiam diſſuriã, aqua verò competentius datur in æſtate & inueni , vinum verò in hyeme. & ſeni. Puluis meu cum ſemine fœni. in cibo, vel potu datus ventoſitatem ſtomachi & inteſtinorum excludit & digeſtionem confortat.

Contra tenaſmum ex frigida cauſa , herba ipſa in vino coquatur & fiat encatiſma , poſtea puluis eius cum melle confectus ſuperpoſitus eſt ſatis competens.

De malo citonio. CAP. XI.

MAla citonioi. coctana fri. ſunt & ſic collecta & cum ſtipitibus ſuſpenſa per annum poſſunt ſeruari in frigida regione per dimidium in calida virtutem habent cõ ſtringendi & confortandi , recentia mõioris ſunt efficaciæ ſicca minoris. Contra vomitum & fluxum ventris ex caliditate, vel debilitate virtutis contentiuæ dentur cocta, vel cruda ad commedendum

a Contra vomitum poſt prandiũ. Contra fluxum ventris ante prandium, vel aliter, decoquantur optimè in aqua plu. poſtea bene trita ponãtur ſupra renes & pectinem. Contra dyſſenteriam ex vitio inferiorum inteſtinorum ſuper vmbili cum ſi vitio ſuperiorum. Contra vomitum ſuper os ſtomachi. Et aliter exprimatur ſuccus ex viridibus, & in eo ſucco decoquatur pullus addito ſumach & huiuſmodi ius optimum eſt contra prædicta. Si pullus etiam commedatur appetitum prouocat confortat & cõſtringit.

b Ex eis autem fit diacitonité hoc modo. Coctana prius peroptimè decoquantur in aqua , poſtea abiiciantur exteriora, quæ impura fuerint ſcilicet nigra , quæ verò pura ſunt valent quia bonum habent odorem. Carnes autem citoniorum benè coctæ abiectis corticibus & nucleis interioribus terantur, poſtea cribellentur hoc modo ponantur in cribro quod habet lõga foramina poſtea fricentur bene manibus , quod ſubtilius eſt tranſit, & iterum quod durum eſt teratur, & prædicto modo cribrentur, deinde addatur mel in pari quantite, & fiat decoctio & ſemper moueatur. Signum decoctionis quando ponitur ſuper lignum vel lapidem & infrigidatum poteſt remoueri & nunc debent apponi pul. ſpecierũ ab igne ipſius remoto , & ſuper tabulas dilatari, & planificari. Si vis muſcum apponere hoc modo apponas muſcum diſſoluas cum aqua roſa, vel vino ſaltem & ſuperaſperges , poſtea incide per fruſta & vnum fructum ſuper aliud appone , vt quodlibet ab illo virtutem & odorem contra-hat. Nota quòd ex tribus granis muſci potes coaptare centum libras. Ad huiuſmodi diacitonitem faciendum tanta debet eſſe copia, vt ſi xi. ſint libræ de ſucco & totidem de melle in plena decoctione non niſi xl, eſſe debent. Alij coaptant more electuarij, quia faciunt aliquantulum decoctionem, poſtea puluerem imponunt & ab igne deponunt & ſatis competens eſt. Antiqui ſuccum ex primebant & apponebant mel in eadem quantitate mediocriter coquentes , poſtmodum pulueres apponentes , & ab igne remouentes.

a *Effectus citonij.*

b *Modus faciendi diacitonitem.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 402 sur 459

Illud dicebant diacitoniten oxipo rum. Diacitoniten digestionē con fortat & multum ægritudinibus confert exeuntibus. Semina autē habent virtutem leniendi & humectandi, vnde aqua decoctionis eorum valet phtysicis & consumptis. Competenter etiam ponuntur in syrupis eorum. Contra asperitatem linguæ semina ponantur in panno subtili & ipse pannus in aqua ordei ponatur & inde lingua illiniatur.

a Mala granata sunt duplicia.

a De malis granatis. CAP. XII.

MAlorum granatorū alia sunt dulcia, & illa sunt temperatè calida & humida, alia acetosa, & illa sunt fri. & sic. suspensa per annum seruantur. Dulcia plus esui quàm medicinæ competunt. Conuenienter dantur cholericis & febricitantibus ex cholera, plus autē potest sua humiditas colorem reprimere quàm caliditas suam colorem intendere. Mala granata acetosa plus vsui medicinæ competunt quàm esui.

b Modus faciendi syrupum de granatis.

b Succus eorum solus potest dari vel cum succo dulci mali granati febricitantibus ex cholera. Succus autem eorum competenter datur ad digestionem materiei, fit enim ex succo & zuccaro syrupus ad modum syrupi acetosi, quidam dicunt talem syrupum oxi zaccaram, & qui ex zuccaro & aceto sunt sic quòd falsum est quod dicunt quòd oxizaccara fit ex aceto & succo tantum. Syrupus acetosus ex eisdem speciebus frigidis fit. Flores autem eorum balaustiæ dicuntur debent colligi cùm producunt quasdā tuberositates & cor-

c Effectus granatorū.

rices & flores fructus in tempore debent colligi psidis dicuntur flores & cortices per duos annos post sunt seruari, virtutem habent constringendi.

c Contra vomitum cholericum & dyssenteriam pul. eorum subtilis decoquatur in aceto & spongia marina intincta stomachi ori superponatur. Contra vomitum & contra dyssenteriam supra pectinē & renes detur puluis eorum cum ouo sorbili. Contra fluxum sanguinis de naribus imponatur pul. solus cum succo sanguinariæ. Contra fluxum menstruorum suppona tur pul. confectus cum succo sanguinariæ vel plantaginis.

De malis matianis. CAP. XIII.

MAla matiana, id est mala syluestria frigi. sunt & sic. Virtutem habent constringendi. Vnde valēt contra vomitum & fluxū ventris. Idem sit vsus qui dictus est de citoniis & contra eadem.

d Poma sunt duplicia.

d Poma dulcia quæ purè dulcia sunt, ventosa sunt. Quæ aliquantulum insipida sunt magis esui quàm medicinæ competunt Debent autem dari post cibum febricitantibus & cruda & cocta, sed magis cō petunt cocta. Competunt autem conualescentibus ab ægritudine, & laborantibus ex indigestione ex frigiditate stomachi, hoc modo præparentur findātur & in interioribus nucleis fiat quædam concauitas in medio & imponatur puluis nucis muscatæ, macis, mannæ, foliorum gariofilorum. Aliquando ponitur puluis solus cinamomi, vel piperis, & assantur & dantur post prandium.

De

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 403 sur 459

a *De Marrubio.* CAP. XIIII.

MArrubium calidum eſt & ſic. in tertio gradu. Herba eſt quæ alio nomine praſſium appellatur, folia præcipuè vſui competunt medicinæ & cortices radices ſecúdario, herba ipſa & ſemina hic collecta & ſuſpẽſa poſſunt ſeruari per annum in magna efficacia. Virtutẽ habet diſſoluendi conſumendi ex qualitatibus ſuis, ex amaritudine diureticum eſt, diſſoluit enim & attrahit, & aperit.

b Contra vitium pectoris ſcilicet aſthma ex frigdo humore & viſcoſo detur diapraſſium electuarium quod ab eodem denominatur, vel fiat electuarium ex vna parte ſucci eius & v. mellis diſpumati, & fiat decoctio aliquantulum ſpiſſa, & poſtea imponatur puluis dragagãti liquiritiæ, & ſucci liquiritiæ & hoc bonum eſt contra prædicta vitia, vel ſaltem puluis eius conficiatur cum melle diſpumato addito puluere ſucci liquiritiæ. Contra tuſſim ex frigiditate valet vinum decoctionis eius & ficcum ſiccarum.

c Contra ſtranguriam & diſſuriam detur vinũ decoctionis eius & fiat etiam emplaſtrum ex ipſa herba decocta in vino & oleo ſupra pectinem ponatur. Idem fiat contra colicam paſſionem ex frigida cauſa. Contra hæmorrhoïdas inflatas & non fluentes fiat encatiſma ex aqua ſalmacina & vino decoctionis ipſius herbæ. Poſtea fiat ſuppoſitorium ex puluere eius cõfecto cũ melle, vel fiat decoctio pulueris vel eius ſuccus in oleo muſcellino & bombix intincta ſupponatur. Contra lumbricos detur puluis eius confectus cum mele. Contra vermes auriũ iniiciatur ſuccus auribus. Contra duritiem ſplenis cortices radicis cum ipſa herba macerentur per v. dies in vino & oleo, poſtmodum decoctio fiat & coletur, & in colatura addatur cera & oleum & fiat vnguentum contra prædictum vitium.

a *Quid ſit marrubiũ.*

b *Modus faciendi electuarium expraſſio.*

De Malabatro. CAP. XV.

MAlabatrum quod folium paradiſi dicitur, & folium albũ cal. eſt & ſic. & multum aromaticum quod nos non habemus loco eius ponimus gariofilos vel ſpicam nardi.

c *Effectus marrubÿ.*

d *De Melle.* CAP. XVI.

MEl ca. eſt in i. gra. ſic. in ij. Cõponitur artificioſè ab apibus dũ enim purioré partẽ foliorũ & florũ ſugendo attrahunt, purioré partẽ tranſmittunt, & aliis apibus ſubminiſtrant quæ ſimiliter puriorem partem tranſmittunt, aliis apibus, & de cera & melle artificioſè fauum mellis componitur.

d *Quomodo ab apibus mel componitur.*

e Mel aliud domeſticũ aliud ſylueſtre. Eſt autem mel domeſticum quòd fit a ruſticis, quædam lingua cõponunt, in quibus apes colligũt & tale mel album & ſubrufum eſt. Album in frigidis, rubeum ponendũ eſt in calidis medicinis. Per ca. annos ſeruatur mel. Eſt autẽ & aliud mel ſylueſtre quòd acticũ dicitur, illud in ſyluis reperitur, & nõ tantũ valet & ſubamarũ eſt, & ideò in dureticis medicinis ponitur. Eſt autẽ mel caſtaneaceum quod fit ex floribus caſtanearũ cù apes flores caſtanearum ſugunt, & illud etiam ſub amarum eſt, & in diureticis medicinis ponitur.

e *Mel duplex.*

f Mel conſeruat & mundificat, vnde in medicinis ponitur vt ſemper amaritudo reprimatur mellis dul-

f *Effectus mellis.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 404 sur 459

cedine, & vt vis ipsius medicinæ ad profundum membrorum attrahatur. Cum puluerib⁹ etiam miscetur, vt in sua efficacia conseruetur. Contra frigidos humores in stomacho detur mulsa scilicet confectio ex melle, & aqua, & cum aqua abstergit & dissoluit. Contra pannum faciei & etiam post partum ʒ.ij. camphoræ & iiij. ʒ. nitri cum melle conficiantur & sint ita per tres dies post verò mungatur facies. Ad idem valet mel cum felle tauri mixtum. Valet etiam ad idē & ad faciem clarificandam lotura facta ex aqua & melle. Suppositorium factum in febribus mel supra testam vratur vt aliquantulum denigretur, & tunc appone puluerē salis & commisce, & pone super lapidem, & informa ad modum digiti & suppone.

a De Musco. CAP. XVII.

a Quid sit muscus.

MVscus c. est &sic. in ij. gr. Muscus est quædam humiditas, quæ in apostematibus quorundam animalium reperitur. Sũt autem in India in locis desertis & capriolis sunt similia, in quorum inguinibus sunt quædam concauitates, in quibus colliguntur humiditates ad ipsa apostemata post maturitatem per motum & collisionem rumpuntur apostemata, & segregantur cum pelle & in tali pelle quæ pilos habet albos reperitur muscus.

b Musci tres sunt maneries.

b Triplex est eius maneries, est autem muscus qui omnino niger est, qui non est laudabilis, & est niger ad subnigrum colorem laccedens qui laudabilior est, & est subrufus omnino accedens ad colorem spicæ nardi, qui laudabilissimus est. Dicunt autem quidam quòd talis muscus habetur ab animalibus illis quę sunt ibi vbi spica nardi reperitur, & ea nutriuntur, vnde nutrimentum spicæ transmittitur ad partes prædictas, & fit muscus similis spicæ nardi.

c Electio musci.

c Est ergò muscus eligendus qui est subrufus, talis autem vix potest sophisticari, & qui subamari saporis est, & qui cùm gustu percipitur statim aromaticitate sua petit cerebrum, & qui cito non soluitur, nec multum resistit, & qui etiam non omnino clarus, interius inueniuntur quædam grana quæ lata sunt, & per totum æqualia, quæ optima iudicantur ad modum xilocactæ.

d De sophisticatione musci.

d Sophisticatur autem muscus & præcipuè niger, & niger ad subrufum colorem accedens ex admixtione sanguinis hircini aliquantulum assi, vel panis assi, sed vix dignoscitur, ponitur autem ʒ.j. musci & iij vel iiij. ex predictis pulueribus dignoscitur tamen quia panis assus cito frangitur, sanguis hircinus cum frangitur lucidus est & clarus interius.

Quandoque venditur cum ipsis pelliculis, & sophisticatur similiter ex ipsis pulueribus.

Incidunt enim Saraceni pelliculas & extrahunt bonum muscum, & ponunt sophisticatum, & postea glutinant ipsas pelliculas, vt non appareat. Sed nota quòd muscus sophisticatus cum pelle ponderat in duplum illius qui non est sophisticatus.

e Modus seruandi musc. cum.

e Potest autem seruari in vase vitreo & spisso & bene obturato cũ cera, vel melius in vase plumbeo

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 405 sur 459

vt ex frigiditate & humiditate plũ- 6
bi melius seruetur in alio vase si
conseruetur apponantur ij. vel iij.
plumbi frustra vt melius conseruetur. Non debet seruari cum aromatico qui aroticitatem suam amitteret. Si autem amiserit in olla positus ore aperto suspendatur in cloaca & recuperabit odorẽ. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate, dissoluendi, consumendi ex qualitatibus suis.

a Contra syncopen & totius corporis debilitatem, siue vitio capitis, siue vitio hepatis, & dolorem stomachi ex frigiditate detur simpliciter, cum vino, vel diamargariton vel plyris arcoticon ad plus in quantitate quinque granorum.

Contra cerebri & matricis præcipitationem naribus applicetur. Contra suffocationem matricis suffumigetur eo. Ad menstrua educenda & ad conceptum impeditũ ex frigiditate adiuuandum supponatur cum trifera magna. Suppositorium etiam factum ex storace, calamita, ambra, musco multum valet. Ad idem muscus resoluatur in oleo muscellino & bombix intincta supponatur.

Contra fœtorem oris masticetur parum & prædictum fœtorem palliat.

Contra fœtorem subassellarum qui hircus dicitur illiniantur subassellæ, & bene fricentur & bene paliat. Nota quod quidam mercatores volẽtes emere muscum currũt obturatis naribus & flatum tenentes ad medium ictum lapidis, & inde attrahunt aera per os, & si sentiunt musci odorem emunt, & ita probant.

b De Myrobalanis. CAP. XVIII.

MYrobalani omnes frigi. sunt & sicci, generaliter, sed citrini sunt frigidi. & sicci in secundo gradu

Myrobalani fructus sunt arboris in India nascentis. Eiusdem materiei sunt omnes, diuersorum tamen effectuum, & diuersarum formarum. a

c Myrobalanorum species sunt quinque bonorum, citrinus, kebulus, bellericus, emblicus, indus. Primò trahit choleram citrinus, phlegma secundò. kebulus, è contra bellericus, emblicus æquè. Illud & hanc nigræ choleræ niger imperat indus.

d Citrinus eligendus est qui ponderosus est, & grossus & cum frangitur interius est gummosus & seruatur per x. annos. Similiter kebuli, bellerici, emblici, indi per multa tempora seruantur, nec est curandum de electione indorum, & emblicorum. Dicunt autem quidam quod omnes myrobalani purgant choleram, secundario phlegma.

Kebuli principaliter choleram secundario phlegma. Indi principaliter melancholiã, secũdo cholerã, emblici & bellerici cholerã, & phlegma. Cũ autẽ ponũtur myrobalani citrini, in medicinis ab autoribus compositis, tantummodo cortices sine nucleis ponderari debẽt, cũ vero in decoctionibus ponderandi sunt cum nucleis, qui tamẽ abiiciendi sunt, & cortices tantum debent apponi, & similiter kebuli. Alij apponendi sunt cũ nucleis vel quia non possunt a nucleis separari vel quia parui sunt nuclei. Attenda est ergo quãtitas, & modus. Myrobalani citrini in quantitate. ʒ. ij. & ß. puluerem ponimus in

a Effectus muſci.
b Quid sunt myrobalani.
c Quinque sunt species myrobalanorum.
d Electio myrabalanorũ

aqua calida, non deferuente, quia consumeretur, tota gũmositas per quam purgant, & cũ manibus fricamus, vt melius exoluatur gũmositas, & hoc facimus in sero, deinde in mane colamus, & damus. Talis autem decoctio, competenter datur in acutis febribus, quia non calefacit, & suauiter purgat. Valet precipuè contra dyssenteriam quã doque damus, cum casiafistula & thamarindis, ad purgandum choleram. Si autem datur cum eis resoluantur prius casiafistula & thamarindi, in aqua & colentur & ponatur in colatura puluis myrobalanorum, in sero, in mane coletur & detur. Et nota quòd omnes decoctiones myrobalanorum cõpetenter possunt dari in mane, & in matutinalibus horis. Decoctio indorum, & kebulorum etiam in sero competenter datur. Item nota quod habentibus stomachum frigidum, decoctio myrobalanorum aliquantulũ calida, tribuitur quia si daretur cum frigida, statim proiiceretur, calefiat autem hoc modo decoctionis colatura, vt diximus ponatur in vase argenteo, vel vitreo, & illud vas ponatur in alio vase pleno aqua calida, & feruente, & illa calefiat, & post modũ aliquantulum calefacta detur. Item notandum quod semper post decoctionem myrobalanorum, citrinorum datam, debet dari syrupus actualiter frigidus in potu si habes cum aqua frigida, vel saltem aqua frigida in æstate, & in hyeme si vltra velle tuum duxerit detur aqua multum calidã, vel saltem calida. Alij myrobalani non ponantur in tanta quantitate quia nunquam per se ponuntur: sed secũdum medicinarum qualitatem & quantitatem in quibus recipiuntur ponuntur.

a Ad pannum oculorũ remouendum faciunt quidam puluerem de nucleis & imponunt in oculis. Alij conficiunt cum aqua rosa, & soli exponunt donec aqua consumatur, & sic faciunt ter vel quater, & postea puluerem illum simpliciter cum aqua rosa imponunt. De kebulis faciunt quidam myrobalanos conditos, hoc modo post maturitatem, dum virides sunt accipiunt & ponunt post iij. vel iiij. dies in syrupo hoc modo facto, in aqua resolue casiãfistulam, & thamarindos, & mannam, postea coletur, & colaturæ addatur zuccarũ, & faciunt syrupum ponunt kebulos qui inflantur, & extenduntur & ingrossentur, & seruantur in tali syrupo per quinque annos. Isti myrobalani conditi multum clarificant visum debilem, ex fumositate melancholica, & phlegmatica. Valent etiam syncopizantibus, & patientibus hæmorrhoidas, commedat patiens vnum myrobalanũ conditum in mane, postea bibat mulsam, vel syrupum in quo positi fuerunt myrobalani si habes cum calida, hoc ducet bis, vel ter, & non oportet cauere a cibis, sed melius tamen est si caueat à duris. Et nota quòd myrobalanus bonus conditus ponderat, ʒ. i. vel parum plus vel parum minus.

b Sophisticantur hoc modo, accipiunt belliculos vetustos, & imponunt in lixiuia calida donec ingrossentur & inflentur per xl. dies vel plures, & calefaciunt lixiuiã cũ ingrossati, & inflati sunt tunc faciunt prædictum syrupũ, & impo-

a Effectus myrobalanorum.

b De sophisticatione myrobalanorũ

nunt & dimittunt per menſem, vel plus quo uſque omnino ſint nigri exterius, & ſingulis diebus moueãtur. Quidam alij imponunt nuces maiores recentes in prædicto ſyrupo, & apparent ſimiles kebulis Quidam ponunt albutum. Quidã dicunt ſic poſſe diſcerni. Si acu penetratur ſine aliquo obſtaculo bonus eſt. Quod falſum eſt, quia tũc ſic ſignificaretur eſſe ablutium. Omnes autem myrobalani, tam recentes, quã veteres, nucleos habẽt, vnde non poſſunt acu tranſfigi. Diſcernitur autẽ hoc modo. Ille qui bonus eſt cum frãgitur interius, & exterius niger reperitur, & cũ guſtatur paruam habet ponticitatẽ & multam dulcedinem. Sophiſticatus cũ frãgitur interius ſubalbidus, vel quaſi palidus, & multã habet ponticitatem, & paruam dulcedinem.

nuces similes chebulis

a De macis. CAP. XIX.

MAcis cali. eſt & ſic. in ij. gradu. Eſt autem vt quidam dicũt flos nucis muſcatæ quòd videtur falſum eſſe, quia flores aut decidunt, aut in fructus tranſmutantur. Dicunt autem quidã quòd macis eſt cortex, qui reperitur circa nucem muſcatam in quo continetur nux, vt in ſua capſula, ſicut reperitur circa auellanã per x. an. ſeruatur. Habet autẽ virtutem cõfortãdi ex aromaticitate ſua, diſſoluẽdi, cõſumendi ex qualitatibus ſuis.

b Eſt autem eligendus macis qui eſt ſubrufus, vel rufus, & habet acutũ ſapore cũ aliquantula amaritudine. Qui autẽ niger eſt vel terreus, & non habet acutum ſaporẽ abiiciendum eſt.

c Contra indigeſtionem ex frigiditate ſtomachi multum valet vinum decoctionis eius. Fiat & hoc emplaſtrum quòd optimũ eſt contra debilitatem ſtomachi ex frigiditate & etiam in conualeſcentibus ex pul. macis & maſticis ante oleo roſa. & cera. Ad cerebrum depurgandum à ſuperfluis humoribus macis maſticetur & in ore teneatur, vt fumoſitas reſoluta petat cerebrum & ſuperflua purget. Cõtra debilitatem ſtomachi & hepatis ex frigiditate & leucophlegmãtiam & iliacam paſſionem & contra vitiũ ſpiritualium, & aſthma ex viſcoſo phlegmate ſit optimum remedium. Fiat decoctio macis in ſucco fœ. & in fine decoctionis addatur modicum vini, coletur & colatura patienti detur. Contra cardiacam paſſionem pul. macis in cibis & potibus valet.

d De myrrha. CAP. XX.

a Quid ſit macis.
b Electio macis.
c Effectus macis.
d Quid ſit myrha.
e Electio myrrhæ.

MYrrha ca. eſt & ſic. in ij. gra. Gummi eſt cuiuſdam arboris in India naſcentis, quæ in æſtiuo tempore quandam gummoſitatem à ſe producit quæ circa arborẽ inuiſcata actione caloris in ſubſtantiam myrræ tranſmutatur.

e Eſt autem eligenda quæ citrina eſt vel ſubrufa, interius aliquantulũ lucida, myrrha alia eſt, minuta, alia groſſa quæ myrrha trocleté vocatur, vel alio modo, vt quidem dicunt dicitur trocleten. Habet virtutem confortandi ex gummoſitate, conducendo partes in vnum, diſſoluendi, conſumendi mediocriter ex qualitatibus ſuis, vnde confortat, quantum enim diſſoluit tantum conſumit, propter

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 408 sur 459

quòd corpora mortuorum antiqui cum myrrha condiebant vt conseruaretur à putredine, seruatur autem per centum annos.

a Effectus myrrhæ.

a Contra catharrum & fluxũ humorum à capite pilulæ ex myrrha & storace calamita dentur patienti. Eadem valent ad digestionem confortandam & contra viscosum phlegma adhærẽs spiritualibus vt in tussientibus contra phlegma, & contra asthma. Contra asthma ex vitio pectoris detur vinum decoctionis myrrhæ. Valet ad digestionem confortandam & contra fœtorem oris prouenientem ex fumositate a stomacho ascendente, & contra saniem stomachi & intestinorum. Contra vitium gingiuarum fricentur gingiuæ ex puluere myrræ putredinem autem consumit & eas consolidat. Fumigium myrrhæ per os receptũ cerebrum confortat, superfluitates abstergit receptum per embotum in vuluã, matricem calefacit & confortat & consumit, ita conceptum adiuuat, per annum valet contra tenasmum ex frigida causa.

De Maiorana. CAP. XXI.

MAiorana ca. est & sic. in ij. gradu, embrium dicitur alio nomine flores & folia competunt vsui medicinæ, in æstate colligitur cũ flores producit & in vmbroso loco desiccatur seruatur per annum.

b Effectus maioranæ.

b Virtutem habet confortandi ex aromaticitate, dissoluendi, consumendi mundificandi ex qualitatibus suis. Puluis maioranæ in cibis datus, vel etiam vinum decoctionis eius stomachum infrigidatum calefacit & digestionem confortat. Naribus appositus cerebrum confortat. Folia & flores in testa calefacta, & etiam in sacello posita loco dolore stomachi ex ventositate soluit, quia euentationem operatur, superposita capiti valet contra rheuma factum ex frigida causa. Fomentatio etiam facta ex aqua decoctionis eius mundificat & superfluum phlegma consumit.

c Effectus melissæ.

De Melissa. CAP. XXII.

MElissa quæ herba citraria dicitur, cali est & sic. in ij. grad. viridis & sicca est multæ efficaciæ, exiccata ad solem post in vmbra suspensa, per annum seruatur.

c Habet autem virtutem dissolnendi, confortandi consumendi, & extenuandi. Similem habet efficaciam maioranæ, & contra easdem causas similis sit vsus excepto quòd decoctio ipsius magis prouocat menstrua, matricem mundificat ad conceptum adiuuandum. Vinum decoctionis eius valet cõtra syncopen ex frigida causa. Melissa in vino & oleo decocta & cataplasmata duritiem splenis & hepatis relaxat & soluit.

d Quid sint mora.

d De Moris. CAP. XXIII.

MOra domestica frigida & sicca sunt quæ dicuntur fructus siccommori.

Fructus etiam siccommori in receptionibus ponuntur. Syluestria frigida sunt & sic. fructus sunt rubi, cum matura sunt colliguntur.

e Effectus mororum.

e Virtutem habent dissoluendi, consumendi, & mundificandi.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 409 sur 459

Contra ſquinantiam & vuam relaxatam & brancos & vitium faucis, valet electuarium quòd diamoron dicitur. Et iſtud gargariſma: ſuccus expreſſus decoquatur aliquantulum cum vino & oleo & aceto & fiat gargariſma. Valet etiam electuarium quòd fit ex ſucco eius tantum & melle diſpumato ſimul decoctis aliquantulum. Per decem annos ſeruatur: & in diamoron poteſt poni.

Succus eius datus aliquantulum calefactus, ventrem ſi fuerit conſtipatus ex frigida cauſa ſoluit.

Succus corticis vel puluis eius cũ melle datus lumbricos necat. Vinum decoctionis corticis eius inteſtina mundificat, quia cortex eius virtutem habet diſſoluendi, cõſumendi & mundificandi. Caſſula facta ex gummi eius circa dentem putrefactum ſine dolore attrahit. Mora ſylueſtria habent virtutem conſtrigendi ex qualitatibus ſuis, & diuidendi ex aliquantula acetoſitate.

j De naſturcio.
ij De nitro.
iij De nenufare.
iiij De nigella.
v De nuce muſcata.
vj De nuce indica.
vij De nuce vomica.

a De Naſturcio. CAP. I.

NAſturcium ca. eſt & ſic. in quarto gradu. Semen eius præcipuè competit vſui medicinæ, vnde cum reperitur eius receptio, ſemen debet poni non herba. Semen collectum in multa efficacia, per v. annos ſeruatur. Herba viridis eſt multæ efficaciæ exiccata modicè, virtutem habet diſſoluendi, conſumendi ex qualitatibus ſuis. Contra paralyſim linguæ oppilantur nerui, & replentur humoribus, vt ſolet fieri in acutis febribus. Semen eius maſticetur & ſub lingua ponatur. Contra paralyſim aliorum membrorum ſemen eius in ſaccello poſitum & cum vino decoctum ſuperponatur. Etiam ipſa herba cruda & cum carnibus cocta valet. Contra humiditatem cerebri, ſuperfluam vt in lithargia, prouocetur ſternutatio ex puluere eius naribus appoſito. Contra relaxationem vuæ fiat gargariſma ex aceto decoctionis ſeminis eius & ficuum ſiccarum. Cõtra iliacam paſſionẽ ex frigida cauſa ſemen eius in ſaccello & in vino decoctum ſuperponatur. Ad eadem & contra ſtranguriam herba ipſa decocta in vino & oleo ſuperponatur.

Contra tenenaſmun ex glutinoſis humoribus cum anus exterius eſt puluis ano ſuperponatur, renes etiam inungantur melle & ſuperponatur pul. ſeminis eius, & cimini & colophoniæ.

b De nitro. CAP. II.

a *Effectus naſturcij.*

NItrum cal. eſt & ſic. in ij gra. Eſt autem nitrum vena terræ quæ in multis locis reperitur, cuius duplex eſt differentia. ſ. album ſimile vitro quod eligẽdum eſt: melius enim eſt & citrinum quod nõ eſt adeo bonum.

b *Quid ſit nitrum.*

c Per infinita tempora poteſt ſeruari. Virtutem habet diſſoluendi & abſtergendi ex nitroſitate. Con-

c *Effectus nitri.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 410 sur 459

tra iliacam passionem competens fit clystere ex puluere nitri & aqua salsa & oleo & melle. Ad facié depurandam puluis nitricum melle conficiatur & facies inde inungatur. Contra saniem stomachi & inteſtinorum ex precedenti apoſtemate detur pulu. nitri cum melle vel aqua salsa. Contra furfuricas capitis & pediculos pul. nitri cum melle & oleo conficiatur & abluatur prius cum aqua salsa & aqua decoctionis staphisagriæ, postmodum ex prædicto vnguento postquam abluitur caput cum aqua calida inungatur & ita fiat per iij. vel iiij. dies vel plures. Contra vermes iaurum & saniem abstergendam immittatur pul. nitri confectus cũ succo absinthij.

a De Nenufare. CAP. III.

a Quid sit nenufar.

NEnufar fri. & hu. in ii. gra. herba est habens folia lata in aquosis locis reperitur in calidis & in frigidis regionibus cuius duplex est maneries. Est autem nenufar quod purpureum producit florem, & melius est & aliud quod croceum florem producit & nõ est adeo bonum. Flores autem vsui competunt medicinæ. In septembri collectus per duos annos in multa efficacia seruatur.

b Modus faciendi syrupum nenufaris.

b Et nota quod melior flos est illę qui in calidis regionibus reperitur quam illæ qui in frigidis.

Cum floribus præcipuè conficitur syrupus contra acutas febres & calefactionem hepatis & calidas distemperantias.

Flores decoquantur in aqua & ex tali aqua addito zuccaro fiat syrupus.

Contra dolorem capitis ex calore imponunt Saraceni flores in aqua per noctem, & mane bibunt.

Talem aquam & flores naribus applicant contra idem.

c De Nigella. CAP. IIII.

c Quid sit nigella.

NIgella calida est & sic. in tertio gradu. Semen est cuiusdã herbæ quæ in paludosis locis & inter frumenta nascitur.

d Effectus nigellæ.

Semen autem colligitur, & per decem annos seruatur, est autem subnigrum, & subamarum, & rotundum, & planificatum, vnde virtutem habet diureticam ex amaritudine dissoluendi, consumendi ex qualitatibus suis.

d Contra lumbri. fiat emplastrum ex farina eius & suc. absinthij circa vmblicum & præcipué pueris aliis conficiatur cum melle & detur per os. Farina eius confecta cum aceto tepido, & auribus tepida infusa vermes necat.

Contra dissuriam stranguriam & iliacam passionem datur vinũ infusionis nigellæ per noctem vnam non autem fiat decoctio, quia nimis violenta est, vnde cum nigella sumitur in multa quantitate occidit. Si autem in multa quantitate habetur, ponatur in saccelo & fiat decoctio in vino & oleo & super renes & pectinem fiat sacellatio, cõtra prædicta pul. nigellæ in multa quantitate fit decoctio in forti aceto vsque aliquantulam spissitudinem, & tunc addito oleo nucis fiat quasi vnguentum contra scabiem & impetiginem, & lentigines facici.

a *De Nuce muſcata.* CAP. V.

NVx muſcata calid. eſt & ſic. in ij. gradu. Fructus arboris eſt in India naſcentis, tempore maturitatis colligitur, per vij. annos ſeruatur. Eligenda eſt illa quæ in ſuo genere plana eſt, & grauis, & cum frãgitur interius nõ puluerizatur, & eſt acuti ſaporis. Si autem hæc defecerint, non eſt ponẽda in medicinis. Virtutem habet confortãdi ex aromaticitate ſua, & ex qualitatibus ſuis. Contra ſtomachi frigiditatem & indigeſtionem & diſcolorationẽ ex frigiditate, in mane detur nux dimidia vel integra, ſi parua eſt, experientia didici quia multum confert. b Contra indigeſtionem ſtomachi hepatis, & inteſtinorum detur vinum decoctionis eius, & anſi vel cimini & maſticis. Vinũ decoctionis eius, aniſi maſticis & cimini dolorã ſtomachi & inteſtinorum ex ventoſitate ſoluit. Conualeſcentibus ab ægritudinibus quibus debilis eſt calor naturalis, ad confortationem ſpiritualium detur vinum decoctionis eius & maſticis. Nux muſcata naribus applicata cerebrum confortat & ſpiritualia.

c De *Nuce Indica.* CAP. VI.

NVx Indica maxima eſt, & eſt calid. & ſic. Alij dicũt quod cal. & humida quia confortat coitum, Sanguinem bonum generat. Nos autem dicimus quod coitus per caliditatem & humiditatem maximè ſolet confortari, ſed tamẽ non tantum cõfortatur per ea, ſed confortatur per caliditatem & ſiccitatem. Ex ſiccitate enim ſanguis acuitur & ſubtiliatur, ex calore calefacit. Nux indica reperitur in India. Eſt autem nux magna & cum ponitur in medicinis, interiora debent poni & non cortex per x. annos põt ſeruari. Virtutẽ habet confortandi coitum. d Vnde ad coitũ confortãdum detur pul. eius cum puluere cinamomi in cibis. Ad idẽ ponantur iſti pul in diadragaganto, & in talibus electuariis calidis vſus eius melius valet ſi puluis eius & ſtincorum detur cum melle. Contra aſthma frigidum ſuccus liquiritiæ decoquatur in vino, poſtea terãtur & ſuccus exprimatur & coletur & cum eo detur puluis nucis indicæ.

a *Quid ſit nux muſcata.*

b *Effectus nucis muſcatæ.*

c *Quid ſit nux indica.*

d *Effectus nucis indicæ.*

e De *Nuce vomica.* CAP. VII.

NVx vomica calid. & ſic. cuius interioribus, & non corticibus, vtimur. virtutem habet prouocandi vomitũ & purgandi cholerã & phlegma ſurſum. Sed quia cum anguſtia prouocat, talis ſit vſus. Si phlegma & cholera ſint in ore ſtomachi, fiat decoctio pul. eius in aqua cũ ſemine fœni. & contra phlegma detur aqua illa cum oximelle contra choleram cum ſyrupo acetoſo.

e *Effectus nucis vomicæ.*

j De ozimo.
ij De oppoponaco.
iij De apio.
iiij De origano.
v De oxifenicia.
vj De ordeo.
vij De oſſe de corde cerui.
viij De oſſe ſepiæ.
ix De olibano.

f De *Ozimo.* CAP. I.

OZimum calid. eſt & ſiccum quod alio nomine baſillicon appellatur. Cuius duplex eſt diuerſitas ſci. gariofilatum, quod habet

f *Ozimum duplex.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 412 sur 459

odorem galifilorũ, & habet folia minuta. Eſt & citrinũ, quod folia habet longa ad modum citrinum. Sed gariofilatum melioris eſt efficaciæ vnde. Conſtan. gariofilatũ calidum eſt: in primo gradu, ſic. in ſecundo Citrinũ cal. eſt & ſic. in primo gra. Et ſemen & ipſa herba vſui cõpetunt medicinæ. Cum autem receptio eius reperitur in medicinis ſemen debet poni. Cum in vnguẽtis vel emplaſtris ipſa herba apothecarij autem cum inueniũt ſemen ponunt baſilicon herbam. Semen autem virtutẽ habet conſtringendi ex glutinoſitate, quod patet ex eo ꝙ ſi ponatur in aqua ſtatim ingroſſatur, vel fit quædam glutinoſitas. Herba autem ipſa ex aromaticitate ſua, virtutem habet cõfortandi ex qualitatibus ſuis diſſoluendi, conſumendi, abſtergẽdi, & mundificandi. Semen autẽ collectum per iij. annos ſeruatur.

a Effectus ozimi.

a Contra ſyncopẽ ex cardiaca paſſione detur aqua roſ. decoctionis illius herbæ. Ad idem valet vinum in quoipſa herba iacuit per noctẽ. Ipſa herba in multa quãtitate decoquatur in vino valet contra frigiditatem ſtomachi hoc mon. ſed melius in muſto, & poſt decoſtionem addatur aliud vinũ in multa quantitate: valet vinum multum eſt cõfortatiuum aromaticum, & valet contra prædicta, & cõtra indigeſtionẽ ex frigida cauſa impeditam, vnde decoctio ipſius herbę digeſtionẽ confortat. Contra fluxum ventris ex frigiditate factum ozimũ cum modico puluere acatiæ decoquatur in aqua pluuiali, & talis aqua detur patienti.

b Quid ſit oppoponacum.

c Electio oppoponaci.

d Effectus oppoponaci.

Matricem mundificat & menſtrua prouocat, fiat decoctio ipſius herbæ in aqua & ſupponatur fomentum, fiat ex extremitatibus ipſius herbæ circa pudenda. Conſtantinus dicit quod ſuccus herbæ ipſius paſſarizatus matricem mundificat, conceptum adiuuat. Herba decocta in vino & oleo menſtrua prouocat, & naribus cataplaſmata valet contra colicum doloris. Lumbis cataplaſmata valet contra teneſmun.

b De Oppoponaco. CAP. II.

OPpoponacum calidum eſt & ſic. in tertio gradu. Eſt autem ſuccus cuiuſdam herbæ. Opos enim græcè ſuccus latinè, ponac herba eſt ſimills fœtulæ vnde oppoponac. ſuccus ponac. tempore æſtiuo finditur radix & terra remota foris liquore emanat, qui ſolis actione induratur, & poſtea raditur cum cultelo de cortice, & illud reperitur in corticibus. *c* Eligendus eſt ille qui habet claram ſubſtantiam, & qui guttas claras, & colorem rufum accendentem ad citrinum colorem. Cum autem ponitur in medicinis, debet apponi in panno, & ſuſpendi ſuper aquam feruentem, vt quod prauum eſt effluat, quod verò luculentum remaneat, & tunc debet apponi in quantitate propoſita ab authore. *d* Poteſt autem diu ſeruari ſine corruptione, quia vix aut nunquam corrumpitur. Virtutem habet conſumendi & attrahendi. Fumigium factum ex eo valet contra lithargiriam. Materiam autem diſſoluit, euacuat in multa quantitate per inferiora.

Pilulæ factæ ex gutta eius valent contra aſthma frigidum ſimplici-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 413 sur 459

ter datæ, vel cum ouo forbili. Ad idem aliud optimum in ſucco marubij ponatur per noctem in mane reſoluatur in eodē ſucco, poſt coletur & addatur mel, & fiat quaſi electuarium. Contra hydropiſim ex phlegmate & frigora per iodicatum febrium in ſucco ſambuci corticum iaceat per noctem, addito zuccaro detur patianti. Contra colicam & iliacam paſſionem in ſucco fœniculi iaceat per noctem, & mane diſſolutus coletur addito zuccaro detur patienti cliſteri tamen mollificatiuo præcedente. Nota quòd oppoponacum ad plus in quantitate ℈. iij. debet poni. Ad mēſtrua & ad fœtum mortuum educendum & ſecundinam, fiat ſuppoſitorium ex eo. Peſſarium etiam inde factum, diſſolutum tamen in oleo muſcelino addito ſucco arthemeſię plus valet. Oppoponacum cum melle & abſinthio datum lumbricos occidit. Emplaſtrum ſolum ex oppoponaco valet cōtra tenſionem laterum vel lacertorum.

4 De Opio. CAP. III.

OPium frigi. eſt in iiij. gra. ſic. in j. Opium aliud thebaicum quod ita dicitur, quia thebis præcipuè fit, vel in tranſmarinis partibus. Aliud quiriani cum, ꝙ aſſa fœtida dicitur, vel aſſar de qua dictum eſt. Opium autem ſic fit. *b* In æſtate tempore maturitatis operantur in capitibus papaueris albi & in foliis quaſdam inciſiones cū cultello & lac emanet, circa caput inuiſcatur, & poſtea abraditur cum cultello, & manibus malaxatur, & opiū thebacium dicitur. In quadā ciuitate Apulię, quę rana dicitur ſimiliter fit, & dicitur inde opium tranenſe, ſed non tantū valet. *c* Eſt autē eligendum opiū thebaicū, quod in ſapore & odore horribile eſt, nec multū durū, nec multū molle. Opiū thebaicū eſt durius quàm tranenſe, & aliquantulū ab ſubtuſum accedit colorē. Per xx. annos ſeruatur & vix corrūpitur. In medicinis ponitur, vt reprimat virtutē ſpecierū acutarū, vnde illę medicinę dicūtur opiate. Habet autē virtutē cōſtringēdi, mortificādi, ſed in calidis medicinis non conſequitur ſuum effectū propter contrarietatē calidarū herbarum, virtutē habet narcoticā id eſt ſoporiferā. *d* Ad ſomnū prouocandum fiat emplaſtrū ex opio reſoluto in lacte mulieris, addito puluere mandragoræ. Contra calida apoſtęmata, vt contra eryſipilā, cōficiatur opiū cum ſucco corrigiolę vel iuſquiami, & fiat emplaſtrū ſuper ipſa apoſtemata. Cōtra dol. acutos fiat emplaſtrū ex opio cōfectū cum lacte mulieris & oleo roſ. licet tamen tunc dol. minuat ad tēpus locum apoſtematis mortificando impoſterum nocet, quia materiam conſeruat. Quidam autem dicunt quòd opium miconis fit ex alio genere opij, & eodem modo fiat ſed mentiuntur. Et vt dicit Dioſco. ex eodem fit ex quo opium thebaicum. Sed, poſtquam factū eſt opium thebaicū, teruntur capita cum ſeminibus, & formantur magdaleones inde & conſeruantur: ſed tale opium frigidū eſt & hu. & valet contra deſiccationem membrorum in acutis febribus & ethicis, id eſt febribus conſuetudinariis.

a *Opiū duplex eſt.*

b *Modus faciendi opiū.*

c *Electio opij.*

d *Effectus opij.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 414 sur 459

a De Origano. CAP. IIII.

a Origanum eſt duplex.

ORiganum ca. eſt & ſic. in tertio gradu, alio nomine golona dicitur, cuius duplex eſt maneries ſcilicet agreſte quod latiora habet folia, & fortius operatur, & domeſticum, quod in hortis requiritur, & minora habet folia, & ſuauiter operatur quod in medicinis eſt ponendum. Colligitur autem in tempore productionis florum. cum floribus, folia, abiectis fuſtibus, in medicinis poni debent. Virtutem habet diſſoluẽdi, conſumẽdi, attrahendi & relaxandi. *b* Contra frigidum rheuma folia cum floribus in teſta ſine liquore aliquo bene calefacta & in ſaccello poſita ſaccellus capiti ſuperponatur & bene pannis cooperiatur caput, vt ſudet. Vinũ decoctionis eius gargariſatum gingiuarum & faucium ſuperfluam conſumit humiditatẽ. Puluis eius vuæ ſuperpoſitus humores conſumit. Cõtra frigidum aſthma vinum decoctionis eius & ficuum ſiccarum vel pul. eius cum melle confectus etiam detur cum calida. Vinũ decoctionis eius digeſtionem confortat dol. ſtomachi & inteſtinorũ excludit. Faſciculi formati ex herba ipſa decocta in vino & ſuperpoſita renibus ſtrãguriam & diſſuriam ſoluit. Fomẽtum factum ex aqua decoctionis eius matricem mũdificat, & menſtrua prouocat. Sed melius ſi teneritates herbæ ipſius virides ſupponantur. Cõtra tenaſmun & ex frigida cauſa cùm adhuc anus eſt extra puluis eius panno aſperſus ſuperponatur ano. Herba in vino decocta & oleo vulue cataplaſmata duritiem eius remollit & ſoluit.

b Effectus origani.

c Quid ſint thamarindi.

d Effectus thamarindorum.

e Modus faciendi ordeũ mundatũ.

c De Oxifenicia. CAP. V.

OXifenicia alio nomine finicõ indi. & dactylus indicus & thamarindus, fri. ſunt & ſicci in ij. gra. fructus ſunt cuiuſdam arboris in India naſcentis, & eſt ſimilis dactylis. Eligendus eſt thamarindus qui nec durus multum nec multũ humidus, quia aut corruptus, aut infectus eſſe ſignificat, qui etiã eſt nigri coloris, & habet ſaporẽ acetoſum aliquãtulum. tẽpore maturitatis colligitur & ſeruatur cum ſeminibus, & apud nos tranſducitur, corticem habet tenerrimũ, & ſemina interius quæ non ſunt ponenda in medicinis. Per x. annos poteſt ſeruari. *d* Virtutem habet purgandi choleram, & mundificat ſanguinẽ, & feruorẽ eius reprimẽdo membrũ infrigidãdo, in decoctione ponitur, q; non decoquatur ſed in decoctione reſoluatur cum manibus, & in colatura ipſius & caſiefiſtulæ, quãdoq; ponitur puluis myrobalanorũ & colatura datur in mane. Aqua in qua ſolutus fuerit thamarindus, multum valet etiam in febribus, corpus infrigidat & materiam digerit.

e De Ordeo. CAP. VI.

ORdeum fri. eſt & ſic. & ex eo fiunt multa quæ vſui medicinæ competunt. Pultes quæ ex farina ordei & aqua fiunt, fiant ſic ordeum bene mundatum in mola ponitur & teritur mola liquantulum ſubleuata, vt quaſi groſſam operetur ſubſtantiam Farina diu cocta in aqua optimus cibus eſt febricitãtibus & laborantibus ſpiritualium apoſtemate, & ſemper

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 415 sur 459

danda est tepida nunquam autem frigida. a Ordeum mundatum decoquatur in aqua donec accedat ad aliquantulam spissitudinem & talis aqua optima est. Farina ordei polenta eius dicitur proprio nomine ab autoribus, & fit cõpetens cibus laborãtibus febre acuta & laborantibus apostemate nutritiuorum membrorum & spiritualium. In aqua decoquatur farina ordei, & fiant inde pultes optimæ febricitantibus & prædicta apostemata maturãt, matura relaxant, & optimum est nutritiuum. Contra calida apostemata in principio ad repercussionem materiei. Fiat emplastrum eius ex farina & aceto, & est repercussiuum & diaphoreticũ. Ad maturitatem eorum conficiatur cũ vitello oui. Ad frigida apostemata maturanda fiat emplastrũ ex farina eius & pice liquida & farina, & terebenthina vel melle, optimum est.

a *Effectus ordei.*

b *De osse de corde cerui.* CAP. VII.

b *Vbi reperitur os de corde cerui.*

OS de corde cerui frigid. & sic. est. In corde autem cerui reperitur quoddã os in siniſtra parte cordis, in qua quædam concauitas est, ad quam splen habet respiraculum & emittit superfluitatẽ. Quæ sua siccitate & cordis substantia conuertitur in osseam substãtiam, hoc autem os quasi cartilago est, & habet aliquantulum carnis de corde cerui, est subrufum de sanguine cordis, & discernitur à cartilagine quadam quæ reperitur in pectore caprarum, quod apothecarij operantur tortuosum, quod non habet ita carnem, nec est subrufum, sed est albior & melior.

c Os de corde cerui par xx. annos seruatur, debet autem primo aliquantulum desiccari, virtutem habet purgandi fumum melancholicum, & purgandi melancholicum sanguinem. Cõtra cardiacam passionem & syncopen detur puluis eius cum succo boraginis, vel fiat decoctio pulueris in vino in quo detur diamargariton distemperatum. Contra melancholicam passionẽ & fluxum melancholici humoris per hæmorrhoydas detur puluis eius cum vino decoctionis senæ, aut conficiatur cum diasenæ & detur.

c *Effectus ossis de corde cerui.*

d *De osse sepiæ.* CAP. VIII.

d *Vbi reperitur os sepiæ.*

OS sepiæ frig. est & sic. quod s. in ventre sepiæ reperitur. Ad dentes dealbandos puluis eius in panno lineo ponatur, & inde dentes fricentur. e Ad faciem dealbãdam puluis eius conficiatur cum vnguento citrino, & illiniatur facies inde. Aliter fac puluerem de radice serpentariæ desiccata, cui adiunge os sepiæ, & infunde aquã ros. & dimitte desiccari. Sic autem facto ter vel quater vel pluries appone faciei more ceruſæ.

e *Effectus ossis sepiæ.*

f *De Olibano.* CAP. IX.

f *Quid sit olibanum.*

OLibanum cal. est & sic. in ij. gra. Est autẽ olibanum idem quòd thus scilicet gũmi cuiusdam arboris iuxta Alexandriam nascẽtis, & dicitur alexandrinũ, & quod purius est melius est, nascitur etiam iuxta Damascũ & damascenum dicitur quod nõ est adeo purũ. Inuenitur thus grossum quod thus masculũ dicitur siue olibanũ, vnde ponendũ est in medicinis cũ inuenitur eius receptio thus mas-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 416 sur 459

culum siue olibanum. Inuenitur autem minutum quòd mannis libani dicitur debet autem poni in medicinis cùm mãnis receptio inuenitur. *a* Eligendũ est illud quod album est & clarum, quod autem est obscurum & fœculentum abiiciendum est, diu seruatur, virtutẽ habet confortandi ex aromaticitate sua ex qualitatibus suis, & etiã consolidandi, & constringendi ex gummositate. Contra fluxum lachrymarum & dolorem dentium ex fluxu humorũ à capite & præcipuè per venas exterioris superficiei, fiat emplastrũ circa tempora ex puluere eius & vino albo & albumine oui. Contra relaxationẽ vuæ masticetur olibanũ, talis masticatio proxibet fluxum humorũ à capite ad spiritualia. Cõtra grossitiem narium ex rubore & fluxu humorum detur vinum decoctionis eius, vel dẽtur pilulæ ex eo mane, & post detur vinum & sero etiã cùm vadit dormitum. Inuenitur quasi pilule inter olibanum, & ex is dentur iiii. vel v. ad digestionem, & contra acidam eructuationem valent eædem pilulæ, & contra easdem causas experientia didici. *b* Experimenti probatio est in diuersis substantiis eueniens secundum eundem effectum, sic diffinitur experimentum ab autoribus. Ad confortandum matricem & mundificandum ipsam, & conceptum adiuuandum, fiat fumigiũ ex eo. Ad idem valet suppositoriũ ex puluere eius & oleo muscellino, sed melius cum trifera magna & oleo muscellino. Hoc vtatur ad conceptum iuuandum puluis olibani confectus cum vino aliquantulum calefiat, & panni intincti pectini superponantur sæpius, hoc multum confortat matricem. Vel superius ad mamillas gracilandas, cum aceto conficiatur puluis olibani, & panni intincti sæpè mamillis superponatur.

a *Electio thuris.*

b *Experimẽti diffinitio.*

j De pyrhetro
ij De pipere.
iij De peonia.
iiij De papauere.
v De paucedano.
vj De petroselino.
vij De politaria.
viij De pinea.
ix De prunis.
x De penidiis.
xj De psylio.
xij De polypodio.
xiij De petroleo.
xiiij De paritaria.
xv De portulaca.
xvj De pulegio.
xvij De piris
xviij De pomo citrino.
xix De passulis.
xx De pistaceis.
xxj De plumbo.
xxij De polio.
xxiij De pice & picula.

c *De Pyrethro.* CAP. I.

c *Quid sit pyrethrũ.*

PYrethrum ca. est & sic. in iii. gra. herba est satis communis, cuius radix in medicinis debet poni cum eius receptio reperitur. In hyeme colligitur eius radix per v. annos seruatur. Pyrethrum eligi debet quod continuũ est & non perforatum: & acutum habet saporem, & cum frangitur non pulnerizatur. *d* Notandum quòd acutum pyrethrum non statim percipitur, sed debet commasticari & teneri in ore diu, & contingit pro-

d *Effectus pyrethri.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 417 sur 459

pter eius leuitatẽ, aut propter ſubſtantiæ ſoliditatem, habet autem virtutem diſſoluendi & conſumẽdi & attrahendi. Gargariſma factum ex aqua decoctionis eius, & ficuum ſiccarum, vel in vino dulci cerebrum à ſuperfluitate phlegmatica mundificat. Vnde conſumit humiditatẽ. Inter dentes maſticatum dolorem dentium tollit & rheumatiſmum ſtomachi. Maſticatum etiam paralyſim linguæ tollit. Contritũ & decoctum cum vino & oleo loco paralytico arthetico podagrico cataplaſmatũ multum confert. Sed ſi viride haberi poteſt conteratur & iaceat in vino per xv. dies poſtea bulliat bene & coletur & addito oleo & cera fiat vnguentum optimum contra prędicta.

De Pipere. CAP. II.

PIper aliud album, aliud longũ, aliud nigrum & rotũdum. Album calidum eſt in principio primi gradus, ſiccum in fine quarti, & leucopiper dicitur. Longum calidior eſt in iij. gra. hu. in ij. & macropiper dicitur. Nigrum & rotundum calidũ eſt in medio quarti gra. ſiccum in fine eius & melano piper dicitur. *a* Quidam dicunt quod omnẽ piper fructus eſt eiuſdẽ fructicis, qui ſimilis eſt iunipero. Alij quòd non eiuſdem, ſed diuerſi. Dioſco. & Conſtan. dicunt quòd ſint fructus eiuſdem arboris in India naſcentis. *b* Dicunt etiam quidam quòd piper fiat nigrum per aduſtionẽ, quia cùm debet colligi propter copiam ſerpẽtum ibi exiſtentium ignis inter arbores ponitur, vt ſerpentes cõburentur, vel fugiant. Sed eadem ratione deſtruerentur arbores ipſæ. Sunt autẽ fructus eiuſdẽ arboris, ſed cùm prius flores producit, flores in vinũ rediguntur & conſtringũtur in longũ, & fit piper longũ, poſtea producunt interius paruos fructus qui piper albũ dicitur quia albũ eſt, ſed tale piper non habemus, & loco eius ponitur cataputia tranſmarina quæ piper non eſt quia groſſior eſt quàm piper, nec etiam aliquod habet acumen ſicut piper. Quod cùm ponitur in medicinis interior ſubſtantia cortice abiecto debet poni. Piper autem nigrum in tẽpore maturitatis colligitur. Saraceni autem ponunt illud in clibano duplici de cauſa vt diutius conſeruetur, & vt non poſſit fructificari in aliis partibus. Efficacius autẽ eſt piper nigrũ quàm album vel longũ. Piper nigrũ per xl. annos ſeruatur. Albũ quod nõ habemus ſatis diu. Longum piper per xx. annos. *c* Piper nigrum virtutẽ habet diſſoluẽdi, conſumẽdi. Puluis eius naribus impoſitus ſternutationem prouocat, & cerebrũ à phlegmatica ſuperfluitate mundificat. In cibis datus digeſtionem confortat. Salſamentum ex eo appetitum incitat, ſi commiſceatur cum ſaluia & mentha & petroſelino, & mica panis vſti & cũ vino & aceto diſtẽperetur. Vinũ etiam decoctionis eius & ficuum ſiccarũ ſpiritualia mundata glutinoſo humore, & miro modo valet contra aſthma frigidum. Pul. etiam eius cum ficubus ſiccis datus ad idem valet. Poma piperata, vt ſuperius diximus, cũ puluere eius & præcipuè cũ puluere piperis longi, quia plus confortat, digeſtioni præſtat

a *Piper triplex eſt.*

b *Quid ſit piper.*

c *Effectus piperis.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 418 sur 459

confortationē. Puluis ſubtilis factus ex interiori ſubſtātia, abiecto cortice, & ſępius aſperſus aqua ro. & deſiccatus aut ſimpliciter, aut aqua ro. more collyrij oculis impoſitus maculam & pannum tollit. Albū piper poſſet poni pro nigro ſi haberemus. Piper longum amplius aliis cōfortat. Sanguineis & cholericis non eſt vtilis vſus piperis, diſſoluit enim & quādoque ad lepram inducit. Puluis eius carnē mortuam & ſuperfluam corrodit.

a *De Peonia.* CAP. III.

a Quid ſit peonia.

PEonia ca. eſt & ſic. in ij. gradu. Herba eſt cuius radix ſimili nomine appellatur, quæ in medicinis poni debet cum in receptione inuenitur peonia. In hyeme colligitur per decem annos ſeruatur.

b Electio.

b Subnigra eligēda eſt, & non perforata, ſed continua & quæ ſecundum modum ſuum grauis eſt, quæ etiā fracta non pulueriſatur. Quæ aūt leuis eſt & perforata vetuſtate eſt conſumpta.

c Effectus peoniæ.

c Virtutem habet diſſoluendi & cōſumendi. Contra epilepſiam habet virtutem occultam collo patientis ſuſpenſa, vt teſtatur Gale de quodam puero collo dum ſuſpenſa erat non patiebatur, ea vero ablata morbo prædicto affligebatur. Sed modo nō inuenitur talis eius effectus, vnde dicunt quidam non de qualibet ſpecie eſſe verū, ſed de quadam ſpecie tantum. Ad idem eius pul. in vino arthemeſiæ decoctus datus valet. Ad idē valet eius puluis cum ſucco rutæ datus. Ad idem valet puluis eius datus in ſucco pigami. Cōtra paralyſim linguę detur puluis eius cum vino de coctionis caſtorei. Contra diſſuriam ſtranguriam detur vinū decoctionis puluis eius. Ad matricem ſuffumigandam vel mundificandam fiat ſuffumigium & fomentum ex aqua vel vino decoctionis eius, puluis valet. Contra teneſmū ex frigida cauſa puluis ſuper ponatur cum bombice.

d *De Papauere.* CAP. IIII.

d Papauer eſt duplex.

PApauer frigid. & ſic. cuius duplex eſt maneries: album ſcilicet & nigrum. Album frig. eſt & humidum. Nigrū vero fri. & ſic. & magis mortiferum. Semen eius colectum per decem annos ſeruatur. In medicinis ponitur cum determinatione, vt papaueris albi vel nigri. Cum autem ſimpliciter eius receptum inuenitur album & nigrum poni debent nam de vtroque fit mentio. Virtutem habet inducendi ſomnū, leniendi, & mortificandi. Ad ſomnum prouocandum fit emplaſtrum, de ſemine vtriuſque papaueris vel alterius cū lacte mulieris vel albumine oui circa tempora. Mulieres ſalernitanæ dant pueris ſemen papaueris albi cum lactæ propio. Semen autem papaueris nigri non debet dari quia nimis mortiferum eſt & inducit ſtuporem.

Contra calefactionem hepatis & calida apoſtemata in principio ſemen papaueris, vel ipſa herba trita conficiatur cum oleo & ſuperponatur. Contra ſiccitatem membrorum, vt eſt in ethica febre, & in aliis, oleum viol. calefiat aliquantulum & puluis ſeminis papaueris albi conficiatur cum eo, & fiat inunctio ſpinæ per totū. Contra ſiccitatem pectoris & conſumptio-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 419 sur 459

ſumptionem membrorum diapapauer quod ex eo fit principaliter valet. Vel fiat electuariũ de ſucco liquiritiæ gummi arabico dragagãto ante & de ſemine papaueris albi in quantitate aliorum prædictorum,& conficiatur cum ſyrupo.

a De *Paucedano*. CAP. V.

PAucedanum calid.eſt & ſic.herba eſt quæ alio nomine fœniculus porcinus dicitur cũ inuenitur receptio paucedani in medicinis,radix debet poni, & principaliter habet ſuos effectus ſecundũ radices,ſecundario ſecundum herbam ipſam. Radix collecta per annum ſeruatur, & eſt melius vt ſingulis annis renouetur, habet virtutem diureticam.

b Contra oppilationem hepatis & ſplenis, ſtranguriam, diſſuriam detur vinum vel aqua decoctionis eius. Herba decocta in vino & oleo & cataplaſmata renibus & pectini probatum eſt contra ſtranguriam,diſſuriam, ſplenam remollit. Contra frigidos humores exiſtentes in ſpiritualibus detur aqua ordei, & decoctio eius ſi ſint multum frigidi, detur vinum decoctionis eius & ſucci liquiritiæ. Fomentum factum ex vino decoctionis eius ipſius herbæ menſtrua prouocat.

c De *Petroſelino*. CAP. VI.

PEtroſelinum cali. & ſic. eſt in ſecundo gradu, eſt autem duplex domeſticum & agreſte quod ſinonum dicitur. Semina præcipuè competunt vſui medicinæ vnde ipſa herba ponitur in medicinis cum receptio petroſelini,vel ſinonis reperitur. Semina collecta in magna efficacia per quinque annos ſeruantur. Virtutem habet diurecticam ſed ſinonum fortiorem. Contra eaſdem cauſas & eodem modo valet contra quas paucedanum. Competens etiam fit inde ſalſamentum ex petroſelino domeſtico.

d Herba etiam ipſa,in cibis poſita digeſtionem confortat,ventoſitatem excludit, quia eam conſumit & attenuat.

a *Quid ſit paucedanũ.*

De *policaria*. CAP. VII.

POlicaria ca. eſt in tertio gradu ſic.in ſecundo.

e Cuius triplex eſt maneries, ſcilicet maior, media & minor, quæ magis competit vſui medicinæ. Debent autem folia colligi cum ſtipitibus, & per annum ſeruatur, folia abiectis ſtipitibus in medicinis ponuntur.Virtutem habet diſſoluendi & conſumendi.

f Vinum decoctionis policariæ & ficuum ſiccarum valet aſthmaticis, & contra frigidos humores in ſpiritualibus.Aqua decoctionis ipſius, ſi inde fiat fomentum mũdificat matricem, vuluam autem coarctat puluis eius ſubtilis ſuperpoſitus valet. Contra tenaſmun ex frigida cauſa faſciculi poſiti ex foliis eius in vino decocti, & loco dolenti ſuperpoſiti dolorem & vẽtoſitatem tollunt.Item faſciculi ſine liquore calefacti & capiti ſacellati valent contra frigidũ rheuma.

b *Effectus paucedani.*

c *Petroſelinum duplex eſt.*

d *Effectus petroſelini.*

e *Triplex eſt policaria.*

f *Effectus policariæ.*

g De *pinea*. CAP. VIII.

PInea calida eſt & humida in primo gradu .Cum autem poni

g *Modus vtendi parandi.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 420 sur 459

debet in medicina ponatur ſuper carbones vt aliquantulum comburatur, poſtea abiectis duplicibus corticibus & etiam quadam pellicula interiori in medicina ponatur.

a Effectus pineæ.

a Virtutem habet leniendi humectandi, allquantulum apperiendi. Optimus cibus eſt laborantibus in ſpiritualibus, pueris præcipuè, & etiam apoſtemate frigido & humido aſthamati, & ſiccæ tuſſientibus ethicis, & cõſumptis ſanguinem bonum generat & augmentat, libidinem incitat per ſe poteſt dari, vel cum ſyrupo vel cũ oleo, vel in cibis. Contra dyſenteriam valet cortex exterior hoc modo, ſuper carbones, decoquantur, deinde acetum ſuperaſpergatur, & eius fumum recipiat patiens. Vel cum primo pinea ab arbore ſumitur coquatur in aqua, poſtea ſuper carbones ponatur, & dyſentericus fumum recipiat deorſum.

b De prunis. CAP. IX.

PRuna ſunt frigida & humida in primo gradu. Prunorum alia alba, alia nigra, alia rubea.

b Prunorum triplex eſt maneries.

Quæ nigra ſunt & aliquantulum dura magis valent & præcipuè damaſcena. Cum matura ſunt colliguntur & finduntur & aceto aſperguntur, & per x v. dies ſoli exponuntur, conſeruantur in vaſe ligneo, & per duos annos ſeruantur.

c Effectus prunorum.

c Virtutem habet infrigidandi & leniendi inteſtina, vnde valẽt acutè febricitantibus. Contra conſtipationem ventris ex ſiccitate vel ex cholerico humore deſiccato.

Si ſunt viridia dentur ad comedẽdum. Si ſicca decoquantur in aqua pruna comedentur & aqua bibatur.

De Penidiis. CAP. X.

PEnidij calid. & humid. ſunt

d Modus faciendi penidios.

d Fiunt autem ſic. aqua cõmiſceatur cum zuccara & fiat decoctio quouſque lapidi gutta ſuperpoſita adeo induretur vſquequo ſtatim inter digitos ſuperfrãgatur, poſt decoctionem ſuper lapidem politum ponantur, vt infrigidentur & clauo aſſeri infixo ſuſpendantur, & cum manibus tractentur quouſque dealbentur in trahendo ſtatim cum manibus ceperit non cohærere incide forpicibus puluis nullus poteſt commiſceri quin totum deperdatur ſed quidem deſuper aſpergunt iam factis penidiis vt fiant albi puluerem amili.

Penidij ſunt cibi peroptimi febricitãtibus ex apoſtematibus ſpiritualium & contra tuſſim ſiccam. Valent etiam contra conſumptionem pectoris ex calore & contra eius ſiccitatem frigidam.

e Effectus penidiorũ.

e Contra vitium pectoris cum aqua ordei. Contra conſumptionem per ſe dentur, vel in cibariis. Valet in febribus diapenidiõ, maximè in acutis vt in peripleumonia & pleureſi. Contra ſciſſuram labiorum ponantur penidij in aqua dragaganti, & penna illiniantur labia.

f De pſylio. CAP. XI.

f Quid ſit pſylium.

PSylium frigid. eſt & humi in ſecundo gradu, & herba eſt cuius ſemen ſic vocatur. Semen eius æſtate colligitur, per decem annos

seruatur. Virtutem habet mollificandi, leniendi & refrigerandi, & humectandi, & ex artificio constringendi.

a Contra asperitatem linguæ in acutis febribus in panno subtili ponatur, & ligetur, & fundatur in aqua, & tali aqua illiniatur lingua, & cultello abradatur. Contra sitim sub lingua teneatur. Contra sitim & siccitatem præcordialium & constipationem ventris in acutis febribus ponatur psylium in aqua, & dimittatur ibi aliquantulum, abiiciatur aqua illa & psilium detur cum aqua frigida imo frigidissima In syrupo autem contra acutas febres competenter ponitur psylium.

Fiat decoctio multa postquam gutta adhæreat cannæ totaliter quia cito adhæret propter viscositatem psylij. Contra dyssenteriam psilium vstum in testa, & puluis inde factus cum ouo sorbili, vel melius cum aqua rosa. si fiat vitio superiorum. Si fiat vitio inferiorum cum athanasia puluis eius conficiatur & superponatur. Ad idem fiat emplastrum tale ex puluere tali, & albumine oui, & modico aceto & aqua rosa. super pectinem & renes, vel supervmbilicium ponitur si vitio superiorum fiat. Contra fluxũ sanguinis de naribus valet ad emplastrum super frontem, vel tempora ponitur, vel stuellum factum ex puluere eius naribus imponatur. Contra calida apostemata vt herpetem, vel estiomenum saccellus impletur semine psylij, & in succo alicuius herbæ frigidæ ponatur & sæpe supponatur. Contra asperitatem capilorum lauetur caput ex aqua decoctionis psylij. Psylium camphoram conseruat frigiditate sua, & bonitate sua.

b De polypodio. CAP. XII.

POlypodium calid. est in tertio gradu sic. in secundo. Herba est similis filici quæ supra quercus crescit & super muros & lapides. Melior vero est quæ crescit super quercus. Radix eius collecta & per diem soli exposita, per biennium seruatur, Radix eligenda est quæ viridis est aliquantulum quæ autem fracta interius apparet arida abiicienda est. Virtutem habet dissoluendi, attrahendi, & purgandi phlegma principaliter secundario melancholiam, vnde competenter ponitur in medicinis decoctionibus phlegmaticis & melancholicis. Sanis vero datur ad præseruationem. Et nota quòd in decoctione polypodij debet poni aliquid excluiuum, ventositatum, vt est anisum & semen fœniculi cymini, quia polypodium solum humidũ est cum multa ventositate.

a Effectus psilij.

b Quid sit polypodiũ.

c Contra quotidianam & iliacam passionem alopiciam & dolorem artheticum & ad conseruationem sanitatis talis sit vsus eius cõteratur ʒ. ß. vel j. ad plus si sit multum laxatiuum, & fiat decoctio eius aquę cũ prunis & viol. & squinanto si habes addito semine fœniculi, vel anisi in multa quantitate, & tunc colatura ipsa mane vel sero detur patienti. Illius puluis conteratur & fiat decoctio eius in aqua seminis fœniculi anisi & in tali aqua fiat iuscellũ, vel coquatur pullus, vel galina ouis & speciebus odorifetis. Cõtra prenotata passiones potest dari in sero multi sic sa-

c Effectus polypodij.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 422 sur 459

lutiferè decipiuntur : & fiat inde pigmentum sic: conteratur & coquatur in vino, post ea adatur illud vinum & fiat pigmentum additis speciebus odoriferis.

Contra prænotatas passiones potest dari in sero decoctio polypodij bulliat cum semine fœniculi in aqua vel cum succo eiusdem additis. ℈. ii. pulueris subtilis hermodactylorum.

Rustici bene terunt radicem viridem & ex ea & farina & ouis faciunt crispellos, & satis laxant & quandoque vltra modum.

Et nota quod quanto in calidiori regione crescit tanto melior est.

a De Petroleo. CAP. XIII.

a Quid sit Petroleū.

PEtroleum calidum est & sic. in quarto gradu : petroleum dicitur oleū petræ, inuenitur autem in locis sulphureis, fit autem cum pinguedo terræ & aquæ actione caloris in igneas partes conuertitur.

Inuenitur autem super lapides, quia per hos resudat & ex eis, & supra muros inuenitur : est illud est nigri coloris, postea verò per excoctionem fit album, quandoque autem est citrinum in colore.

b Electio eius.

In Græcia & in transmarinis partibus ita petroleum operatur diu potest seruari in vase vitreo, vel vase stannato, vel bene oppilato.

b Eligendum est quod album est vel citrinum & clarissimè substantiæ & quod est fœtidissimum.

c Effectus petrolei.

c Potest autem ex admixtione alterius olei sophisticari, quia parum petrolei & multum alterius olei potest esse fœtidum, sed facillimè discernitur petroleū, quia si fœtor fuerit remissus sophisticatum est.

Igneam habet virtutem dissoluendi, attrahendi & consumendi.

Contra artheticam, podagram, chiragram, paralysim, iliacam passionem, stranguriam & dissuriam fiat inunctio circa partes dolentes cum petroleum.

Contra artheticam passionem quidam dant. ℈. j. vel ad plus ii. ℈. & multotiens curantur.

Multotiens succum habent, sed non debet dari in æstate nec cholerico, nec debili: nisi materia morbi sit frigida, & ad plus ℈. ii.

Contra fortem podagram & iliacam passionem bulliat cum succo ebuli. Contra vitium lapidis summum remedium est puluis lapidis lincis subtilis, bulliat in petroleo & coletur & per siringam iniiciatur, lapidem confirmatum frangit, prius autem debet fumigari virga ex aqua decoctionis maluæ & olei vt extendatur & aperiãtur meatus.

Contra asthma frigidum & tussim antiquam inungatur prius bene pectus, vt bene digeratur materia dentur. ii. ℈. vel iii. Contra vehementem frigiditatem stomachi inungatur exterius.

Contra matricis suffocationem fumus eius positus super carbones per nares recipiatur. Contra casum matricis fiat inde suppositorium ex bombice intincto petroleo.

Nota quod quando datur petroleum prius debet dari aliquod frigidum & humidũ quia petroleũ

excoriat, frigidum autem & humidum lenit.

a De Paritaria. CAP. XIIII.

PAritaria calida eſt & ſic. in tertio gradu. Herba eſt quæ alio nomine dicitur vitreola, quia optimè vaſa vitrea purgat, vel inde forſitam fit vitrum. Viridis magnæ eſt efficaciæ, ſicca modicè vel nullius, viridis virtutem habet diſſoluendi, diaphoreticam extenuandi.

b Contra frigiditatem ſtomachi & inteſtinorum & dolorem eorũ ſtranguriam diſſuriam decoque in aqua ſcilicet & in oleo, & pecti ni cataplaſmetur.

Paritaria cocta & comeſta valet contra dolem ſtomachi & inteſtinorum factum ex frigiditate vel ventoſitate, Mulieres ſalernitanæ criſpellas faciunt ex paritaria aqua & farina contra prædicta accidentia.

c De Portulaca. CAP. XV.

POrtulaca frigida eſt & humida viridis multæ eſt efficaciæ, ſicca vero non tantæ. Virtutem habet leniendi & humectandi & infrigidandi.

Optimus cibus eſt febricitantibus comeſta cruda vel cocta. Contra conſtipationem ventris coquatur cum prunis in aqua comedat patiens pruna & portulacam & bibat aquam. Notandum quod competenter ponitur cum diureticis ſicca & viridis, quãdo cũ diureticis exterius apponitur. Contra ſtranguriam & diſſuriam tunc operatur maiorem ventris conſtipationem, vnde portulaca competenter ponitur, quia humectat & laxat.

Contra ragadias i. fiſſuras labiorum etiam profundiſſimas fiat puluis de radice portu. in terreo vaſe combuſtæ & confice cum melle & inunge palliat etiam ragadias leproſorum.

a Quid ſit paritaria.

De pulegio. CAP. XVI.

PVlegium calidum eſt & ſic. in tertio gradu. In tempore florũ colligitur per duos annos ſeruatur, folia cum floribus abiectis ſtipitibus in medicinis ponunt.

Pulegium fere ſimile eſt calamento, ſed non habet maculas in foliis, & melioris eſt odoris.

d Virtutem habet diſſoluendi & conſumendi. Contra frigidum rheuma ſaccellatio facta capiti ex pulegio calefacto in teſta ſine liquore aliquo valet. Gargariſmus factus ex aceto decoctionis pulegij & ficuum ſiccarum humiditatem vuæ & gingiuarum deſiccat. Vinum decoctionis eius & ficuum ſiccarum valet contra frigidam tuſſim ex glutinoſo humore vel aquoſo.

Vinum decoctionis eius contra dolorem ſtomachi & inteſtinorũ ex frigiditate vel ventoſitate criſpellæ etiam factæ ex puluere eius, & ſubtili farina cum aqua.

Valet ad idem emplaſtrum etiã factum ex eo, & decoctio in vino ad idem valet.

Fomentum factum ex aqua decoctionis eius humiditatem matricis deſiccat, vuluam mirabiliter coarctat, hoc fomento vtuntur multũ mulieres ſalernitanæ.

b Effectus paritariæ.

c Effectus portulacæ.

d Effectus pulegy.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 424 sur 459

a *Effectus pirorum.*

a De Pyris. CAP. XVII.

PYrafri. sunt in primo gra. sic. in ij. Diuersificantur tamen quædam enim sunt domestica, quædã syluestria quædam matura, quædã immatura.

b *Effectus pomorum.*

Syluestria frigidiora sunt & siccior, magis etiam pontica & magis constrictiua.

Pyra siue cocta, siue cruda post alium cibum sumpta virtutem digestiuam iuuant, vomitumque prohibent. Fiat emplastrum de ipsis in aqua pluuiali bene coctis supra stomachum contra vomitum, & super pectinem & renes contra fluxum ventris.

b De pomo citrino.

CAP. XVIII.

c *Modus faciendi passulas.*

d *Effectus passularum*

POmum citrinum diuersæ est naturæ, propter diuersas substãtias. Cortex enim calidus & sic. interior substantia frigi. & sic. Cortex virtutem habet mundificandi ex aromaticitate sua vnde in plurisarcoticõ puluis eius ponitur.

Cortex crudus comestus digestionem confortat propter prædictam causam & etiam appetitum. Valet cõtra cardiacam passionem. Mediam substãtiam quidam cum melle comedunt, sed malè digeritur.

Inferior substantia s. acetosa competit vsui medicinæ.

Comesta cum carnibus vel piscibus appetitum confortat impeditum ex humiditatibus existentibus circa os stomachi.

Competenter autem ponitur in epithimatibus vt facilius penetrent. Semina ca. sunt & sic. & diuretica. vt dicunt quidam. Sed mihi videtur quod sint frigida & sicca ex frigido. s. nutrimento. Nutriuntur autẽ ex aceto in quo sunt vnde habent virtutem diureticam ex subtili substantia, vnde valent contra oppilationem hepatis ex frigiditate, si detur aqua decoctionis seminis illorum.

c De passulis.

CAP. XIX.

PAssulæ calidæ sunt & humidæ & dicũtur vuæ passæ. Quidam dimitunt vuas desiccari in arbore & post desiccant ad solem.

Salernitani autem eligunt meliora grana, & desiccant ad solem, postea in furno, postea abluunt eas in vino dulci, & superaspergunt puluerẽ cumini & aliarum specierum aromaticarum & ligant in foliis ficus, & ita seruantur per duos annos. Virtutem habent leniendi. *d* Passulæ comestæ vel vinum decoctionis earum valet contra frigidam tussim.

Passulæ coctæ in vino & cataplasmate valent contra frigidum apostema cum dolore stomachi ex frigiditate.

Ex vuis immaturis facimus puluerem hoc modo, desiccantur ad solem postea abiecto exteriori cortice arilli cum carnibus soli desiccantur & fit inde puluis, qui datus in cibis valet contra vomitum cholericum & fluxum cataplasmatur ori stomachi contra vomitum pectini contra fluxum ventris.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 425 sur 459

De piſtaciis. CAP. XX.

PIſtacæ calidæ ſunt & humidæ. Fructus autem ſunt in vltramarinis naſcentes ſimiles pineis, debet autem interior ſic poni in medicinis.

a Virtutem habet calefaciendi, humectandi & leniendi. Contra frigiditatem pectori, valent tomeſtæ vt amygdalæ. augmentant ſperma ſi terantur & cum melle conficiantur addito puluere nucis indicæ & ſtincorum in modica quantitate, hoc electuarium optimè coitum confortat.

a Effectus piſtacearū.

De Plumbo. CAP. XXI.

PLumbum frigidum & humidū in ſecundo gradu, facillimè actione caloris diſſoluitur.

b Ex plumbo fit mortarium & piſtellus, imponatur oleum violarū vel roſateum, & moueatur quouſque veniat ad ſpiſſitudinem expone ſoli per xx. dies addito oleo roſa. & moueat poſtea ponatur in alio vaſe, hoc vnguentum miro modo valet contra vſturam ignis & aquæ. Contra calida apoſtemata & contra excoriationem ex calore, & contra herpetem eſtiomenum in mortario de plumbo & conſimili piſtello oleum roſatum vel violatum moueatur ad ſpiſſitudinem, poſt expone ſoli per quindecim dies, vt dictum eſt, & fortiter moue poſt impone in vitreo vaſe ſtannato & vtere miro modo valet. Plumbum ſic vritur in vaſe terreo ſuper ignem vt ibi liquefiat, & moueatur cum ligno caprifolij ſiue de corilo ſiue de fraxino quouſque deſiccetur & induretur, & illud tale plumbum vſtum appellatur, & hic puluis in vnguentis frigidis multum valet & in pluribus aliis.

b Effectus plumbi.

De Polio. CAP. XXII.

POlium calidum & ſic. eſt in ſecundo gradu, de quo diuerſa ſunt genera, ſed precipuè montanum vſui competit medicinæ vnde cum ſimpliciter polium reperitur polium montanum debet poni. Cum flores producit colligi debet per annum ſeruatur.

a Effectus polij.

c Virtutem habet diſſoluendi, conſumendi diureticam ex ſubtili ſubſtãtia. Vinum decoctionis eius valet contra dolorem ex frigiditate ſtomachi & inteſtinorum & contra ventoſitatem & oppilationem, hepatis & ſplenis & renum. Et cõtra ſtranguriam & diſſuriam: & dolorem ſtomachi ex frigiditate & ventoſitate.

De Pice. CAP. XXIII.

PIx alia naualis, alia liquida, quæ picula dicitur ca. & ſic. eſt in ij. gradu, naualis calida & minus eſt ſicca. Dicunt autem quidam quod pix liquida ſit fex picis naualis, dum coquitur naualis, pix liquida remanet, & quaſi fex reſidet.

d Pix liquida virtutem habet diſſoluendi, conſumendi & relaxãdi. Contra ſcabiem fiat vnguentum ex picula reſoluta in aceto & modico oleo nucis.

d Effectus picis.

Ad idem pone lithargirium in aceto per noctem mane cum picula reſoluta addito oleo fiat vnguẽtum.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 426 sur 459

Contra tineam fiat cappellum ex picula & pice nauali, id eſt colophonia & cum oleo.
Pix naualis in emplaſtris ponitur competenter

j	De roſa.
ij	De raphano.
iij	De radice.
iiij	De reubarbaro.
v	De reupontico
vi	De rubea.
vij	De ruta.
viij	De roremarino.
ix	De rubeo.

De Roſa. CAP. I.

ROſa frig. eſt in i. gra. ſic in ij. Roſa & ſicca & viridis vſui competit medicinæ. De viridibus roſis fiunt multa. Siccæ autem roſæ poni debent in medicinis cum roſarum receptio inuenitur, quia melius teruntur ſiccæ quàm virides.

a Modus faciendi mel roſatum. a De roſa autẽ fit mel roſ. & zuccarum roſ. Mel autem roſ. ſic fit, mel diſpumatum bene coletur, poſtea addãtur folia roſarum viridiũ abiectis ſtipitibus, & hæc ſimul bulliant ad ignem aliquantulum. Signum decoctionis eſt multa aromaticitas & aliquantula inſpiſſatio & color rufus. Illud mel confortat & mundificat & mundificando diſſoluit, digerit materiam melancholicam, ſed magis phlegmaticam ſed detur cum aqua decoctionis marathri addito ad maiorem mundificationem modico ſalis. Hoc mel cum frigida conſtringit, cum calida relaxat competenter, datur ſanis & mane, & ſero cum aqua calida vel frigida, phlegmaticis & melancholicis in omni tempore. Cholericis in hyeme. Etſi non timetur multum de calore eis poteſt dari in æſtate. Potionatis etiam poſt tertium diem cùm a balneo exierint, conuenienter detur cum frigida.

b Modus faciendi zuccarum roſatum. b Zuccarum roſatum ſic fit, folia ro, viridia piſtata vt diximus cum zuccaro bene terantur, & poſtea in vaſe vitreo vel terreo per xxx. dies ponantur ad ſolem, & quotidie bene moueatur, & commiſceatur. Per tres annos poteſt ſeruari. Quantitas roſarum & zuccari debet eſſe talis, in tribus vel ad plus iiij ℔. zuccari debet eſſe vna ℔. roſ. Habet zuccarum roſ. virtutem conſtringendi & confortandi.

c Effectus zuccari roſati. c Contra dyſſenteriam zuccarum roſatum & puluis maſticis ad plus ℈ i. commiſceantur & dentur, poſtea vero detur de aqua decoctionis maſticis & gariofilorum.
Contra lienteriam & diariam factam ex debilitate virtutis retentiuæ, zuccarum roſarum & dianthos commiſceantur & dentur patienti & confert.
Valet etiam contra vomitum cholericum.
Contra ſyncopen, cardiacam paſſionem cùm ſit ex calefactione ſpiritualium membrorum detur cum aquã roſata.

d Modus faciendi ſyrupum roſatum. d Syrupus roſatus ſic fit, quidam roſas paratas vt diximus decoquunt in aqua, & in tali aqua colata addito zuccaro faciũt ſyrupum. Alij verò melius facientes ponunt roſas in vaſe habente orificium ſtrictum & ſuperfundunt aquam feruentem & ita dimittunt per diẽ & noctem, ex tali aqua addito zuccaro faciunt ſyrupum. Alij verò apponunt plus de roſ. in vaſe & plus

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 427 sur 459

plus infundunt de aqua feruenti & dimittunt vt diximus, & fit aqua rubea & faciunt syrupum. Alij cõterunt rosas virides & succum exprimunt & inde faciũt syrupum, hic optimus est. Nota quòd syrupus factus de rosis recẽtibus prius aliquantulum laxat postea constringit. Syrupus factus de ros. siccis in principio & in fine constringit.

a Syrupus ros. virtutem habet cõstringendi & confortandi.

Contra fluxum ventris & vomitum detur cum aqua pluuiali, vel aqua rosata febricitantibus post minutionem.

b Contra syncopen detur cum aqua frigida. Oleum ros. sic fit. Quidam decoquunt rosas in oleo cõmuni & colant & seruãt. Quidam autem implent vas vitreum rosis & oleo & faciunt bullire in caldario aqua pleno, & hoc oleum bonum est. Alij terunt rosas in oleo, & in vase vitreo soli per l. dies exponunt, & hoc oleum similiter bonum est. Contra calefactionem hepatis inungatur hepat. Contra etiam dolorem capitis ex caliditate & frigiditate frons & tempora inungantur. Et contra magnam diaphoresim. Sed quod melius est addantur pulueres sandali albi & rubei, vel saltem ros.

Et contra prædictas causas ponatur oleum rosaceum in cibis suis loco olei communis, & præcipuè contra calefactionem hepatis & inungatur hepar. Aqua ros. sic fit. Quidam rosas recentes in vas aliquod strictum habens orificium ponunt & non replent, & superfundentes aquam fruentem dimittunt per diem & noctem, & colantes vendunt pro rosacea. Alij modicum melius faciunt sicut fit aqua rubea platearij, sed omnis aqua in hunc modum ante dictum facta est rubea, propter quod modicum rosarum in magna parte aquæ ponunt, sed hæc multo minus valet. Omnis prædicta facta per modicum paruissimum durat scilicet per duos menses, quandoque non per vnũ, nec satis est aromatica. Est autẽ multa aromaticitas optima cognitio aquæ rosatæ. Alij de ipsa rosarum substantia recenti cũ proprio rore mane collectarum & in vase duplici positarum & excoctarum aquam rosaceam eliciunt hæc optima est & valde aromatica ita vt Platearius cùm immoderatum fluxum pateretur plus dicat se odorẽ eius releuatum, quàm aliquo alio medicamento. Testatur enim fluxum ventris in magna parte inde sedari. Postquam autem huiusmodi aquæ facta est ra. debet in vase vitreo strictum habente orificium soli triginta diebus vel amplius exponi ore firmiter obturato aliter enim non diu duraret. Virtutem habet constringendi & confortandi. Contra fluxum ventris ex vomitu detur aqua rosata simpliciter, vel aqua ros. cũ decoctione masticis & gariofilatæ. Et præcipuè contra fluxum ex debilitatẽ virtutis retentiuæ vel acumine medicinæ scilicet quando medicina animis ducit. Contra corrosionem gingiuarum gariofil. & mastix bulliant in aqua ro. postea deiccata puluerizentur, addito pul. rosatum conficiantur cum aqua ro. vel succo rosarum qui plus valet, postea fiant deiccatæ ad solem, & sic ter vel quater ex tali

a *Effectus syrupi rosati.*

b *Modus faciendi oleũ rosatum.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 428 sur 459

confectione illiniantur gingiuæ. Syncopizantibus,& contra cardia cam paſſionem detur in potu,& ſuper aſpergatur faciei. In collyriis ad oculos competenter ponitur. Et in vnguentis ad faciem, quia abſtergit pannum faciei, & ſubtiliat cutem. Roſæ ſiccæ naribus appoſitæ confortant cerebrum & corpus reparando ſpiritus. Contra fluxum ventris ex cholera detur aqua pluuialis decoctionis roſarũ. Valet etiam emplaſtrum factum de roſis & albumine oui & modico aceto,& poſitum ſuper renes & pectinem. Contra vomitum fiat decoctio roſarum in aceto, & ſpõgia intincta ſuper os ſtomachi ponatur & detur etiam puluis in ouo ſorbili. Anthera dicitur ſcilicet flos ro. ſcilicet quiddam quod interius reperitur. Valet contra fluxũ ventris, & vomitum. Puluis eius ſuperpoſitus vuæ humiditatẽ eius conſumit. Contra ragadias ſuperponatur puluis antheræ vel aqua dragaganti confectus liniatur. Cũ dens fuerit aliqua de cauſa extractus & ſanguinis affuerit fluxus, fiat decoctio antheræ in aceto vel ſaltem roſarum, & fiat inde gargariſmus. Nota quòd ſuccus roſarum viridium per annum ſeruari poteſt. Contra ruborem oculorum ſi fiat punctura aliqua valent roſæ cataplaſmatæ, ſed prius in aqua coctæ.

a De raphano. CAP. II.

a Quid ſit Raphanus

b Modus faciendi oximel.

RAphanus ca. eſt & ſic. in ij. gra. Eſt autem herba cuius radix ſimili nomine appellatur. Radix magis competit vſui medicinæ & viridis & ſicca, ſed viridis magis poteſt autem abiecto fuſte interiori deſiccari, & ſic per annũ ſeruari, Virtutem habet diſſoluendi & incidendi.

b Competens ex eo fit oximel. Cortices radicum aliquantulum terantur & dimittantur in aceto bi duo vel triduo, poſtmodum addatur tertia pars mellis, tale oximel valet quartanæ febri. & quotidiane. ſupradictæ colaturæ addatur zuccarum, optimus inde fit ſyrupus. Contra quotidianam de falſo phlegmate & contra tertianas nothas & præcipue in hyeme detur cum aqua calida in mane.

Suppoſitorium quotidianario ſic facies. Accipe zuccarum & ſalem & parum olei viol. & pone in ſartagine vel alio vaſe æneo & tan diu dimitte bullire donec inſpicetur & durum fiat poſt ſuper marmor pone, vt infrigidetur. Itaque magdaleones oblõgos in modum oſſis dactylorum informabis, & ſic in ano detrudantur. Vel accipe medullam animalis domeſtici & ſaponem inunge & ſuppone. Vel accipe ſaponem & inde ſuppoſitorium fac, vel ſtercus muris & inunge in oleo & ſuppone. Si frigidi humores fuerint in ſtomacho & indigeſti, cortices radicis raphani infuſas in melle & aceto comedat patiens vſque ad ſaturitatem, poſtea bibat aquam calidam & digitis ori immiſſis, vel penna oleo intincta prouocet vomitum. Contra duritiem ſplenis herba ipſa cocta in vino & oleo ſpleni cataplaſmetur. Pectini verò ipſa herba cataplaſmata ſoluit ſtranguriam & diſſuriam.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 429 sur 459

a De Radice. CAP. III.

RAdix ca. eſt & ſic. in ij. gra. Herba eſt cuius radix ſimili nomine appellatur, quæ cum inuenitur in paſſionario, ſemper poni debet radix raphani. Virtutem ſimilem habet raphani, & contra eaſdem cauſas, & eodem modo, ſed non eſt adeo efficax.

b De Reubarbaro. CAP. IIII.

REubarbarum cali. eſt & ſic. in ij. gra. Reu. aliud barbarum quod in barbariæ regione inuenitur vt in India & in tranſmarinis partibus. Aliud eſt ponticum, & dicitur ponticum quia in ponto inſula reperitur, vel quia habet pōticum ſaporem.

c Reubarbarum, vt quidam dicūt radix eſt cuiuſdam arboris, & reperitur quaſi quædam tuberoſitas. Eſt autem eligendum quod in ſuo genere graue eſt, & non perforatū, & cùm frangitur interius habet quaſi quaſdam venulas diſtinctas, hinc rufas, hinc ſubalbidas, hinc croceas. Quod autem minus leue eſt & perforatum & interius per minus ſolidum & quaſi lignum, & tales venas non habet, & interius eſt quaſi nigrum & ſubalbidum, quod & maſticum non pungit, quia bonum maſticatum pungit ſicut crocus, abiiciendum eſt. Seruatur per tres annos non vltra. Virtutem habet purgandi choleram principaliter & diureticam.

d Contra medium & minorem hemitriteum & ſimplicem & duplicem tertianā in aqua decoctionis ſeminis citrul. melonis, cucumeris, & cucurbitæ reſoluantur thamarindi & caſiafiſtula, in colatura. poſtea ʒ.ii. reubarbari pulueriſati per noctem mane coletur, & detur pueris, ſenibus & pregnantibus. Detur hoc modo ʒ.viij. pulueris reubar. ponantur in ſyrupo & oleo & aqua per noctem, mane detur colatura.

Competenter ponitur in ſyrupis contra acutas febres. Quidam in primo ligant in panno ſubtili, & dimittūt in ſyrupo à principio ſed tunc non eſt ſyrupus adeo efficax, oportet poni de reubar. in duplū vel triplum plus quàm ſi ponatur in fine decoctionis, colari autem debet ſi placet Nota quod in libra i. ſyrupi ſufficit ʒ.i. reubarbara. Cō tra caleſactionem hepatis, & ſplenis ex calida cauſa detur reubar. cū aqua calida, ſed melius erit ſi cum trifera ſaraſenica miſceatur.

Contra icteritiam detur cū trifera ſaracenica & cum ſucco ſcariolæ.

a Quid ſit radix.

b Diuerſitas reubarbari

c Electio reubarbari

d Effectus reubarbari

e De Rsupontico. CAP. V.

e Electio reupontici.

REuponticum ca. eſt & ſic. per x. annos ſeruari poteſt, virtutē habet ſimilem reubar. ſed nō adeo efficacem.

f Eſt eligendum quod graue eſt, interius habens venas diſtinctas vt reubar. ſed non tingit vt reubar. Habet autem virtutem mundificā di & confortandi ex ponticitate & ex ſuis qualitatibus.

Aqua decoctionis eius vel ſuccus fœni. cum eo datus ſoluit oppilationem hepatis, & ſplenis ex frigida cauſa. Cerotum factum ex pulueré eius, & oleo roſ. vel communi & cera valet contra debilitatem ſtomachi. Puluis eius datus cum melle lumbricos occidit.

f Effectus reupontici.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 430 sur 459

a De Rubea. CAP. VI.

a Rubea duplex est.

RVbea ca. est & sic. in secundo gradu, herba est. Alia est maior, quæ maiora habet folia, & maioris est virtutis, & est alia minor: quæ minoris est virtutis. Habet autem virtutem confortandi ex ponticitate sua, & diureticam ex sua amaritudine.

b Effectus rubeæ.

b Contra debilitatem stomachi & hepatis relaxationē detur vinum decoctionis eius & masticis. Valet etiam emplastrum factum ex pulueré eius radicis exiccatæ & mastice & cera & oleo. Ad menstrua prouocanda & ad fœtum mortuū, & ad secundinam educendam, radix quantumcunque est grossa si potest haberi radatur exterius & supponatur. Si verò inungatur melle & superaspergatur puluere scamoneæ prædictos effectus melius exequetur. Aqua decoctionis eius si caput abluatur inde capillos reddit albos.

c De Ruta. CAP. VII.

c Ruta duplex est.

RVta ca. est & sic. in tertio gradu cuius duplex est maneries scilicet domestica & syluestris, quæ piganum dicitur, folia & semina vsui cōpetunt medicinæ. Quando simpliciter in medicinis receptio rutæ inuenitur, folia debent poni. Semina collecta per v. annos seruantur, folia exiccata per annū. Virtutem habet diureticam, dissolutiuam & consumptiuam. Contra cephalicam & epilepsiam inungantur, parum succi eius calefacti iniiciatur per nares quia phlema educit, & cerebrum confortat & mundificat. Vinum decoctionis eius valet ad eadem.

d Effectus rutæ.

d Contra epilepsiā pulueris pæoniæ. ℈ ij. bulliant aliquandiu in succo eius addito modico vino detur patienti. Contra defectum visus ex fumositate melancholica in dolio cum vino ponatur ruta, & tali vino pro potu vtatur. Contra dolorem dentium ruta cocta in vino cataplasmetur loco patienti. Ad idem accipe fustem eius & exurge in igne aliquantulum, & in concauitate demptis pone & cauterisa & confert satis. Contra frigiditatem stomachi, & eius paralysim & aliorum membrorum, detur vinum decoctionis eius & castorei. Ad eadem valet succus eius cum pulueræ castorei. Contra iliacam passionem ʒ. iiij. esulæ builiant aliquantulum cum melle addito succo rutæ. Ad vltimum verò detur patienti. Contra oppilationem hepatis & splenis, stranguriam, dissuriam detur vinum decoctionis eius & radicis fœniculi vel puluis eius cum succo fœniculi. Contra dissuriam & stranguriā, ruta in vino & oleo decocta pectini cataplasmetur. Contra tenesmum ex frigida causa ruta decoquatur in vino & fiat encatisma, vel calefiat bene vinum & ipsum fundatur super terram & patiens fumum recipiat. Si verò ex calida causa, acetum bene calefactum superfundatur, & patiens recipiat fumum per embotum. Ad menstrua prouocanda, & fœtum mortuum & secundinam educendam detur trifera magna cum succo rutæ. Idem succus eius operatur solus per os datus, aut pulueriſatus, aut teneritates eius frixæ in oleo & suppositæ. Cōtra dolorem

exteriorem vel confusionem ruta calefacta in testa sine liquore superponatur, Contra oculorum lippitudinem puluis cimini cum succo rutæ conficiatur, & bombix intinctus superponatur.

Contra venenum bibitum ruta ipsa bibatur. Valet contra venenatorum animalium morsum cataplasmata. Si quis fuerit totus circundatus ruta securè poterit accedere ad interficiendum basilicum.

a De rore marino. CAP. VIII.

ROsmarinus cal. est & sic. excessus eius no determinatur in gradibus. Quidã dicunt quòd sit frutex alij dicunt quòd herba est. Folia & flores vsui competunt medicinæ, flos autem dicitur anthos, vnde fit electuarium quod dicitur dianthos herba ipsa libanotides vel dendrolibanotides dicitur. Cum autem anthos vel rosmarinus in receptione inuenitur, flores debent poni cum libanotides, vel dendrolibanotides folia. Flores colecti & aliquantulum desiccati ad solem per annum seruantur, similiter & folia. Habent autem virtutem confortandi ex aromaticitate sua, dissoluendi ex caliditate abstergendi, mundificandi, & consumendi ex siccitate, & virtutem diaphorecticam ex caliditate aperiente.

b Contra syncopen & cardiacam passionem detur dianthos cũ vino decoctionis eius. Vel aliter fiat decoctio florum in vino, & aqua ros. & tale vinum detur patiẽti. Vel aliter ex succo florũ & aqua rosa. & parum de succo pastinacæ, adito zuccaro, fiat optimus syrupus, & apponatur puluis ossis de corde cerui, vel detur cum puluere tali. Contra debilitatem & frigiditatem cerebri fiat decoctio eius in vino patiens cooperto capite fumum recipiat. Contra humiditatem vuæ, vinum vel acetum cum decoctionis eius gargarizentur. Contra frigiditatem stomachi, & ad digestionem confortandam detur dianthos, vel vinum decoctionis eius & masticis.

Contra dolorem stomachi & intestinorum ex ventositate detur vinum decoctionis eius & cimini. Ad menstrua prouocanda & matricem mundificandam, & ad conceptum adiuuandum fiat fomentum circa pudenda ex aqua decoctionis eius.

a *Quid sit rosmarinus*

Mulieres salernitanæ etiam flores in oleo muscelino decoquunt & decoctos sibi ponunt.

De rubo. CAP. IX.

RVbum quidam dicunt calidũ & sic. esse. Constant autem summitates eius stipticas esse, & ponit contra vsturas & calida apostemata, vnde videtur quòd sit frigidam & sic. Contra rubedinem oculorum turiones eius conterãtur cum vitello oui, & addito croco oculis superponatur & confert.

b *Effectus r. rosmarini*

c Contra quaslibet vsturas ~~cau-~~ cera ~~sa~~ mundissima resoluatur, post-ea addatur oleũ rosa. & post-ea succus turionum: rubi in maiori quantitate: postea oleum de ouis: quod sic fit. *d* Coque oua in aqua vt dura sint, & accipe vitella ouorum & pone in sartagine super ignem, & moue continuè emplastrum & pone vitella multa quia parum olei

c *Effectus rubi.*

d *Oleum ouorum quo modo fiat.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 432 sur 459

inde fluit & confert. Contra calida apoſtemata folia ſumantur trita cum aqua roſa. & ſuperpone.
Contra dyſenteriam ſuccus turionum in aqua ordei per clyſtere iniiciatur vel ex rurionibus tritis cũ albumine oui & aceto fiat emplaſtrum ſuperpectinem & renes. Si fiat vitio ſuperiorum, lenticula cũ ſucco eius aliquãtulum exuſta detur ad comedendum.

a *Spica quid ſit & quotuplex.*

j De ſpica.
ij De ſolatro.
iij De ſtorace.
iiij De ſquilla.
v De ſambuco.
vj De ſumach.
vij De ſandalis.
viij De ſtaphiſgria.
ix De ſerapino.
x. De ſemperuiua.
xj De ſiſeleos.
xij De ſulphure.
xiij De ſangui. draconis.
xiiij De ſquininanto.
xv De ſinapi.
xvj De ſarcocola.
xvij De ſticados.
xviij De ſiſimbrio.
xix De ſatyrione.
xx De ſponſa ſolis.
xxj De ſpodio.
xxij De ſtrucio.
xxiij De ſtincis.
xxiiij De ſcordeo.
xxv De ſapone.
xxvj De ſparago.
xxvij De ſauina.
xxviij De ſaxifragia.
xxix De ſale.
xxx De ſale armoniaco.
xxxj De ſalgemma.
xxxij De ſcabioſa.
xxxiij De ſerpentaria.
xxxiiij De ſaluia.
xxxv De ſenetione.
xxxvj De ſene.
xxxvij De ſerpilio.
xxxviij De ſaturegia.

b *Electio ſpicæ.*

a De *Spica.* CAP. I.

SPica calida eſt & ſicca in primo gradu. Spica duplex eſt ſcilicet ſpica nardi & ſpica celtica. Dicunt quidam quòd ſpica nardi ſit flos cuiuſdam arboris, qui planè mentiũtur. Inuenitur ſpica circa radices cuiuſdam arboris.

b Eligenda eſt quæ in ordine eſt ſuauis, in guſtu acuta, & aliquãtulum ſubamara habens aliquid ponticitatis, & quæ ſit in colore rufa. Cum autem in medicinis poni debet, abiiciendum eſt quidam album quod interius eſt, quidam nigrum quòd exterius eſt, quaſi circa radices. Folia eius pura ponũtur in medicinis in quantitate ab autore denominata. Per decẽ annos poteſt ſeruari in ſicco loco.
Spica celtica ſimilis eſt ſpicæ nardi, ſed alba eſt, in Septentrionali parte inuenitur, ſed pro ea ponitur ſaliunca. Spica nardi quæ nigra eſt vel terrea, non debet poni in medicinis. Virtutem habet confortãdi ex aromaticitate ſua & poticitate diureticam ex qualitatibus & amaritudine ſua.

c *Effectus ſpicæ.*

c Contra ſyncopem & cardiacã paſſionem limphetur vinũ ex aqua decoctionis ipſius, vel ex tali aqua addito zuccaro fiat ſyrupus. Contra debilitatem cerebri applicetur naribus. Contra frigidum rheuma ſpicæ puluis decoquatur in oleo muſcelino, vel ſaltem communi & cum digito naribus apponatur. Tale oleum multum confert

contra ſurditatem ex frigida cauſa, & putredinem aurium poſt apoſtemata. Contra frigiditatem ſtomachi & indigeſtionem & oppilationem ſplenis & hepatis ex frigido humore detur vinum decoctionis eius. Contra putredinem gingiuarum ſuperponatur puluis eius. Ad mẽſtrua prouocanda, & matricẽ mundificandam, & conceptum adiuuandum puluis eius ſubtilis in panno lineo, vel ſacculo formato ad modum digiti ponatur, ſic diu in oleo muſcelino vel ſaltem communi bulliat & poſtea ſibi mulier ſupponat. Mulieres ſalernitanæ in oleo bulliunt eius puluerem & cum bombace ſibi ſupponunt. Contra tenaſmum ex frigida cauſa puluis eius cum bombacæ exterius exiſtente ſupponatur.

Contra paralyſim, epilepſiam arthetícam podagram oleũ eius ſumptum per os vel inunctum. Fit etiã oleum ex ſpica nardi quod optimum eſt.

Quidam autem pilulas eius in oleo dimittunt per viginti dies, poſtea bulliunt bene & collant & ſeruant. Alij dicunt quòd Saraceni faciunt tale oleum ex ſpica nardi viridi. Dioſco. dicit quòd precioſiſſimum ſic fit. Accipiunt libras l. ſpicæ nardi, & ponunt in olla & bene obturant os eius.

Aliam ollam infundunt terræ & à fundo ollæ ſuperioris deſcendit quidam calamus ad inferiorem ollam, circa ſuperiorem ollam ignẽ faciunt vt ſpica exoluatur, & oleũ inde emanat ad inferiorem ollam & ſic ex l. libris fiunt tantum quinque vel vltra olei iſtius.

a De ſolatro. CAP. II.

a Quid ſit ſolatrum.

SOlatrum. Morella idem eſt & eſt frigidum, & ſiccum in ſecũdo gradu. Eſt autem diureticũ aliquantulum, viride & ſiccum & folia & frondes & fructus multæ ſunt efficaciæ, ſed ſiccæ minoris ſunt efficaciæ.

b Virtutem habet infrigidendi. Contra oppilationem ſplenis & hepatis maxime contra ictericiam, quando oppilatur ſuperior porus ciſtis fellis, detur ſuccus in potu. vel ex ſucco eius addito zuccaro fiat ſyruppus vel quod melius eſt dentur, ʒ. ij. ſucci cum v. ℈. reubar. Contra apoſtemata in hepate & inteſtinis & in ſtomacho cum aqua ordei detur ſuccus eius. Dioſcorides multum approbat. Contra caliditatem hepatis penna intincta in ſucco eius ſæpe ſupponatur. Item cõtra calidam podagram herba ipſa trita ſuperponatur, vel quod melius eſt, ſucco eius addatur acetum vel agreſta, vel oleum roſa. Contra calida apoſtemata in principio ad repercuſſionem materiei herba ipſa trita ſuperponatur.

b Effectus ſolatri.

c De Storace. CAP. III.

STorax ca. eſt in j. gradu. ſic in ij.

Storax alia calamita alia rubea alia liquida quę propriè ſigia dicitur. Quælibet earum gummi eſt arboris in India naſcentis. Storax liquida in Calabria reperitur. Storax calamita non a calamo dicitur, ſed a calo quod eſt bonum, & myrrha quod eſt gutta. Inde calamita. i. bona gutta per decem annos durat.

c Diuerſitates ſtoracis.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 434 sur 459

a Electio.

a Eligenda est rufa & vnius coloris per totum quasdam tamen guttas subalbidas purissimas habens, & aromatica pontica: vel aliquantulum subamara, & quæ malaxari potest, vt cera non adeo, quæ quãto plus malaxatur, magis fit tenax.

b Sophisticatur stor ax.

b Sophisticatur autem sic. Rasuram yreos & minuta quædam frustra quæ de yreos faciunt cum melle miscent & addunt bonam storacem, aut etiam inutilem, & cogunt & informant in calamis, vel extra calamos & vendunt. Discernitur autem, quia si vetus est hæc cõfectio cũ malaxatur puluerisatur & frustratim decidit. Si recens humectatur, & si manibus tractetur fit manus humida, & parum viscosa, & plus habet dulcedinis quam deberet, & potest ibi discerni dulcedo mellis. Storax rubea plus accedit ad ruborem, quàm calamita, similes habet effectus. Sed storax calamita efficacior est, & habet virtutem confortandi ex aromaticitate & ponticitate, & cõsumendi ex qualitatibus suis.

c Effectus storacis.

c Contra debilitatem & frigiditatẽ cerebri ex ea informa duellũ & naribus impone. Vel fiat decoctio eius, & rosarum in aqua cooperto capite. ℞ fumum per os. Supra carbones posita fumum facit quem patiens cooperto capite recipiat, vel de aqua decoctionis eius & rosarũ. Vinum decoctionis eius gargarizatum humiditatem vuæ deficcat. Capsula ex ea dentes laxos confirmat & gingiuas cõfortat frigiditatem stomachi & frigidum rheuma capitis deglutiantur pillulæ ex storace factæ. Item emplastrum de ipsa cera & oleo valet contra frigiditatem stomachi. Et fumigium eius mẽstrua prouocat. Et valet contra suffocationem matricis & causas eius. Storax liquida multum valet in emplastris contra tineam & pustulas. Storax diutius seruatur quàm calamita.

d Quid sit squilla.

d De squilla. CAP. IIII.

SQuilla ca. est & sic. in iij. gra. & alio nomine cepula marina dicitur. Illa quæ sola reperitur nisi sit sola plantana mortifera est. Virtutem habet incidendi, dissoluendi & purgandi per vrinam. Cum ponitur in medicinis de exteriori cortice & interiori proportionaliter abiici debet quia venenosa est & pars inter media decoquatur in pasta & postea ponatur in medicinis, & in oximelle efficacius tamen operatur cruda.

e Effectus squillæ.

e Contra quotidianam, quartanam, iliacam & artheticam valet oximel ex ea factum. Contra duriciem splenis & hepatis decoquatur in vino & oleo & superponatur. Contra easdem causas & iliacã passionem & artheticam ponatur squillæ per xv. dies in pino & oleo, postea decoctio fiat & coletur, & addita cera fiat vnguentum.

f Quid sit sambucus.

f De sambuco. CAP. V.

SAmbucus ca. est in secundo gradu, sic in primo.

g Effectus sambuci.

g Arbor est cuius cortex medianos vsui medicinæ competit: semina & flores secundo, principaliter purgat phlegma. Contra quotidianam decoquatur & materia digesta ex alia purgatione præcedente detur patienti. Dioscorides docet quòd cortex eius & folia & flores biduo vel triduo in aqua dimittantur

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 435 sur 459

mittantur, & talis aqua calefacta valet cõtra quotidianam materia digesta. Contra leucophlegmantiam cõterantur cortices flores & folia, & fructus & extrahatur succus & cõficiatur cum puluere esulæ ʒ.ij. & masticis, vel fiat decoctio eorum in aqua addito zucaro fiat syrupus. Succus eius vel foliorum cum melle datus lumbricos occidit. Succus eius auribus instillatus a sanie illas mundat. Fomẽtum factum ex aqua salsa & dulci decoctionis foliorum eius pedis & manus tumorem sedat. Folia vel fructus in vino & oleo decoctus & cataplasmatus duritiem splenis & hepatis soluit.

De *Sumac.* CAP. VI.

SVmac. frig. complectionis est in secundo gradu, sic. in tertio. Fructus est cuiusdam arboris similis granis ex quibus tinguntur panni rubei, & etiam admixtione sumac grana illa sophisticãtur. Per quatuor annos durat. Virtutẽ habet constringendi & ex acetositate sua incitandi appetitũ. *b* Contra vomitum ex calore spongia intincta in aceto decoctionis eius ori stomachi superponatur. Contra dyssinteriam factam vitio inferiorum puluis eius conficiatur cum aqua decoctionis ordei & iniiciatur per clystere. Fiat etiam emplastrum circa pectinem & renes ex puluere eius & albumine oui & aceto. Si fiat vitio superiorum detur aqua ros. decoctionis eius, vel saltem aqua pluuialis, & carnes decoquantur in aqua decoctionis, eius. Contra fluxum sanguinis è naribus medulla sambuci in succo sanguinariæ intincta & puluis eius aspersa iniiciatur naribus. Contra emoptoicam passionem factã vitio spiritualium dragagantum & gummi arabicũ in aqua ordei per noctẽ dimittantur, cũ illo puluere sumac & masticis conficiatur & informentur inde pilulæ, quas teneat patiens sub lingua, & paulatim cum saliua transglutiat. Si vitio nutritorum fiat sumac in olla exuratur & puluis eius cum athanasia detur. Suppositorium factũ ex tali puluere & athanasia contra fluxum menstruorũ valet. Contra pruritum oculorum ex calidis humoribus lauẽtur oculi ex aqua decoctionis eius.

a *Quid sit sumac.*

b *Effectus eius.*

c De *Sandalis.* CAP. VII.

c *Diuersitas sandalorũ.*

SAndali frigi. sunt in tertio gra. Genus quoddam est sandalorũ alij sunt albi, alij rubei, alij citrini & istis aliis magis sunt aromatici & meliores, sed raro isti apponuntur aut inueniũtur. Omnes per tres annos seruantur. *d* Virtutem habent cõstringendi ex qualitatibus, alterandi ex frigiditate. Contra febrilem discrasiam & sitim & hepatis calefactionem fiat decoctio puluis eorũ in aqua addito zuccaro, & fiat syrupus vel in fine decoctionis syrupi in saccello impositus eorũ puluis in ipso syrupo decoquatur. Contra calorẽ hepatis puluis eorum conficiatur cum oleo ros. & aceto, & plagella intincta epithimetur in hyeme calida, in æstate frigida, vel intingatur in succo solatri, & agresta cum quibus conficiatur puluis eorum. Contra vomitum cholericum fiat decoctio in aceto & aqua pluuia-

d *Effectus sandalorũ.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 436 sur 459

li,& ſpongia intincta ori ſtomachi cataplaſmetur. Contra calida apoſtemata in principio puluis eius in ſucco alicuius herbæ frigidæ conficiatur, & plagellæ intinctæ loco dolenti cataplaſmentur.

a Quid ſit ſtaphiſagria.

a *De ſtaphiſagria.* CAP. VIII.

STaphiſagria quæ & caput purgium dicitur cal. eſt & ſic. in tertio gradu, ſemen & herba ſimili nomine appellantur. Semen vſui medicinæ competit. Per quinque annos durat. Et habet virtutẽ diſſoluendi, attrahendi & conſumẽdi, purgat phlegma principaliter.

b Effectus eius.

b Ad phlegma educendum & cõtra lithargiam pulue. eius naribus immittatur, ſternutationẽ prouocat & caput a grauedine releuat. Idem operatur ſi cõmaſticetur ſtaphiſagria. Gargariſmum factũ ex aceto decoctionis eius & ro. humiditatem vuę & faucium exiccat. Et valet contra rheuma ſtomachi. Dioſcorid. docet quod viuum argentum cum ſputo mortificetur, & cum eo conficiatur puluis ſtaphiſagriæ addito aceto & oleo pediculos tollit & partes ſcabioſas emundat.

c De *Serapino.* CAP. IX.

c Quid ſit ſerapinum.

SErapinum calidum eſt & ſic. in iij. gra. gummi eſt cuiuſdam arboris, diu ſeruatur in loco ſicco.

d Effectus eius.

d Virtutem habet attrahendi, diſſoluendi, conſumendi & relaxandi. Contra lithargiã fiat fumigium ex eo & cornu caprino poſitis ſuper carbones. Sternutationẽ prouocat & cerebrũ a phlegmatica ſuperfluitate mũdificat. Contra aſthma ex frigiditate & humiditate detur ſerapinũ in quantitate iij. ℈. præcedẽtibus mollificatiuis & maximè digeſtiuis, decoquatur gẽtiana in aqua ordei, in qua colata reſoluatur ſerapinum & detur patienti. In præcipitatione matricis fumigium vel ſuppoſitorium factum ex ſerapino valet, & vt dicit Dioſcorides menſtrua & fœtum mortuum & ſecundinam educit. Contra ſuffocationem matricis mulier per os & nares fumum ex puluere eius recipiat. Contra duritiem ſplenis ponatur ſerapinũ in aceto per noctem & mane reſoluatur ad ignẽ & coletur & addito oleo & cera fiat vnguentum.

e Effectus ſemperuiuæ.

e De *ſemperuiua* CAP. X.

SEmperuiua dicitur barba iouis, & dicitur ſemperuiua quia ſemper viridis reperitur, frigida eſt in tertio gradu ſic. in primo. Viridis eſt multæ efficaciæ, exiccata modice. Virtutẽ habet infrigidãdi & alterãdi. Contra caliditatẽ hepatis & cõtra doloré exicca materia herba ipſa cõteratur & ſuccus exprimatur, & cũ aceto & agreſta comiſcatur: & plagella in tincta epithimetur. Cõtra calida apoſtemata in principio herba ipſa trita ſuperponatur ad repercuſſionem materiei, ſed ad tẽpus prodeſt, ſed poſt modum ledit cõdenſando & indurando materiam. Idem valet contra loca eriſipillota. Contra vſturam ignis, vel aquæ fiat vnguẽtum ex ſucco eius & cera & oleo. In primis tribus diebus calida debent poni vt fumoſitatũ fiat euaporatio, poſt tertium diem tali inungimus vnguento ad leniendum & infrigidandum. Contra fluxum ſanguinis è naribus qui fit per ebullitionem in hepate vt in iuuenibus in æſtate plagellæ in

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 437 sur 459

ſucco eius & aqua roſ. intinctæ fronti & tẽporibus epithimentur. Experiẽtia didici quod in multum valet ex ſola aqua frigida, & illud idem factũ multũ valere probaui.

a De Syſelei. CAP. XI.

SIſelei ſiue ſiler mõtanum cal. & ſic. complexionis eſt in ſecundo gradu. Semen eius vſui medicinæ competit. Per quatuor annos ſeruatur. Virtutem habet diureticam diſſoluendi, & conſumendi. Contra aſthma ex frigida cauſa detur vinũ decoctionis eius & caricarum. Contra oppilationem ſplenis & hepatis & veſicæ detur vinum decoctionis eius.

b De Sulphure. CAP. XII.

SVlphur calid. & ſic. in ſecundo gra. Terra eſt quę actione caloris ipſius terræ excoquitur, & in ſubſtantiam ſulphuream conuertitur aquoſis & terreſtribus partibus in igneis trãſeuntibus. Eſt autem illud vitũ quod tale eſt æquale producitur, aliud extinctum eſt ſiue mortuum, quod artificio reſoluitur, & calamis æris vel ferreis funditur, & non eſt tantę efficacię. *c* Eligendum eſt quod viride eſt, habẽs colorem viriditatis ſubmiſſum. Quod autem album eſt vel ſubnigrum abiiciẽdum eſt. Extinctum diutius durat, quia calor vini nimis ipſum conſumit & conuertit in cinerem. In terra laboris in multa quantitate reperitur. Virtutem habet diſſoluendi, attrahendi & conſumendi. *d* Contra aſthma antiquũ ex frigido & glutinoſo humore precedente inunctione ſpiritualium & aquis mollificatiuis, & digeſtiuis, vt materia paretur ad exitum, dentur puluis eius ℈. iij. cum ouo ſorbili. Aliter accipiat patiens fumum eius poſiti ſuper carbones inclinato capite ne phlegma diſſolutum ad ſpiritualia decurrens ſpiritualia ſuffocet. Et etiam patiens teneat caput aliquantulum remotum a fumo, ne ſpiritualia deſiccẽtur huiuſmodi fumigium purgat caput & ſpiritualia a phlegmatica ſuperfluitate competẽter ſi fiat aſthma ex ſiccitate nullo modo fiat. Cõtra paralyſim podagrã, artheticam epilepſiam fiat vnguentum ex oleo ſiccinio cera & oleo & puluis ſulphuris & ellebori in fine, & de eo vnguatur ſpina tota epileptici a ſurſum vſque deorſum. Balneum etiam ſulphureum omnibus prædictis confert & hydropicis maximè. Contra ſcabiem pul. lithargirij per noctem vnam confectus in aceto maneat ita mane addito ſulphure trito & oleo nucis fiat vnguentum.

a Effectus ſiſeleos.

b Quid ſit ſulphur.

c Electio eius.

d Effectus eiuſdem.

e De Sanguine draconis. CAP. XIII.

SAnguis draconis fri. & ſic. complexionis eſt in tertio gra. Dicunt autem quidã quod eſt ſuccus cuiuſdã herbæ quod falſũ eſt. Eſt autem gummi cuiuſdã arboris in perſia & in India naſcẽtis, & dicitur ſanguis draconis quia ei aſſimilatur. *f* Eſt autẽ eligendũ ſubrubeum, & interius clarum, ſicut minium vel vermiculum i. gummi ambræ. *g* Sophiſticatur autem ſepius ex puluere boli armeni quãdoque ex pul. minij cum alio ſucco & poſtea indurato nec facile diſcernitur, per xxx. annos durat.

e Sanguis draconis quid ſit.

f Electio eius.

g Sophiſticatur.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 438 sur 459

a Effectus sanguinis draconis.

a Virtutem autem habet constringendi, & cõsolidandi. Cõtra fluxũ sanguinis è naribus impone puluerẽ & post ea constringãtur, vt pul. orificiis venarum adhæreat. Fiat etiam sinapisma ex eo id est emplastrum conglutinariũ & cohærens, admisceatur cum albumine oui & aqua ros. circa frontem & tempora. Contra emoptoicam passionẽ si fit vitio spiritualium, fiant pilulę ex puluere eius & gummi arabici cum aqua ordei infusione dragaganti, quas tenendo in ore patiẽs paulatim transglutiat. Si fiat vitio nutritiuorum detur puluis eius cũ succo plantaginis & aqua decoctionis ordei. Fiat etiam emplastrum ex sanguine draconis cum albumine oui & aceto circa pectinem & renes. Contra fluxũ menstruorum fiat ex eo suppositorium cum succo corrigiolæ vel sanguinariæ.

b

b *De Squinanto.* CAP. XIIII.

Quid sit squinãtũ.

SQuinantum quæ palea cameli dicitur quia eo nutriuntur cameli, ca. est & sic. in tertio gradu. Per decem annos durat, albius est melius. Quoddam durum circa stipitem & quoddam tenue & lene circa foliorum summitatẽ inutile iudicatur. c Virtutem habet purgãdi phlegma principaliter sed per se nunquam detur, sed in decoctione cum purgantibus phlegma vt polypodio & similibus.

c Effectus squinanti.

d Quid sit sinapis.

e Effectus sinapis.

d *De Sinapi.* CAP. XV.

SInapis cal. est & sic. in medio quarti gra. herba est cuius semẽ simili nomine appellatur. Sinapis semen, semẽ napes, idem est, & multũ assimilatur semini rapæ: sed semen rapæ est amarum, istud vero acutum per quinque annos durat. Quando ℞. sinapi, vel napeos semẽ debet poni non herba. e Virtutem habet dissoluendi, attrahẽdi, attenuandi & consumendi. Contra paralysim linguæ semen sinapis commasticetur & sub lingua teneatur. Contra paralysim aliarum partium, ponatur semen in saccello & coquatur in vino, & supra locum dolentem saccelletur maximè in principio ægritudinis. Puluis eius sternutationem prouocat si naribus imponatur & cerebrum a superfluitate phlegmatica mũdificat. Contra antiquum asthma ex glutinoso humore detur vinum decoctionis eius & caricarum. Contra oppilationem splenis & hepatis & leucophlegmantiã decoquatur semen in aqua addita radice fœniculi, cuius colaturæ addatur mel, & detur contra splenis duritiem, herba in vino & oleo decocta cataplasmetur. Ad apostemata maturãda & rumpenda ipsa herba conteratur bene cum axungia porcina veteri, & cataplasmetur. Fomentum factum ex aqua decoctionis ipsius menstrua educit, stranguriam & dissuriã soluit. Aliter decoquatur herba ipsa in vino & oleo & supra pectinem ponatur efficaciter operatur. Contra humectationem vuæ cerebri & faucium decoquatur semen eius in vino addito dragagãto quod ibi apponitur ne exurat & excoriet.

f Quid sit sarcocolla.

f *De Sarcocolla.*
CAP. XVI.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 439 sur 459

SArcocolla ca. eſt & ſic. in primo gra. Gummi eſt cuiuſdam arboris ſarcocolla, & in tranſmarinis partibus reperitur. Alia eſt in puluerē redacta quæ facilè ſophiſticatur, diu tamen ſeruatur ex glutinoſitate quā habet ex admixtione pulueris alterius. *a* Alia groſſa reperitur. Eligēda eſt illa quæ groſſa eſt, & alba, minuta enim facilè ſophiſticatur. Ineſt ei virtus conſtringendi & cōſolidandi. *b* Contra fluxum lachrimarum & ſanguinis è naribus fiat ſinapiſma ex puluere ſarcocollæ & albumine oui ſuper frontem & tēpora. Contra maculas oculorū puluis eius conficiatur cum aqua ro. & ſoli exponatur quouſque aqua cōſumatur, & aqua ro. iterum appoſita ſimiliter fiat tertio & quarto, poſtea cū aqua ro. oculo imponatur, vel etiā per ſe. Contra teneſmun recipiat patiens per embotum per inferiora fumum ex pul. eius poſito ſuper carbones. Contra teneſmum ex frigida cauſa valet pul. eius ſuperpoſitus, vel vulneribus quia conſolidat.

a Electio eius.

b Effectus ſarcocollæ.

c *De ſticados.* CAP. XVII.

STicados cali eſt & ſic. in primo gradu. Herba eſt quæ in productione florū colligi debet. Per annum ſeruatur. *d* Virtutem habet diureticam ex qualitatis ſubtili ſubſtantia. Contra cōſtrictionem pectoris ex frigida cauſa vel vinum decoctionis eius, & dragaganti. Contra ſuperfluitatem ſtomachi & oppilationem ſplenis, renum & veſicæ detur vinum decoctionis eius.

c Quid ſit ſticados.

d Effectus eius.

e *De Siſymbrio.* CAP. XVIII.

SIſymbrium cali. eſt & ſic. in iij. gradu. Eſt ſiſymbrium domeſticum, & eſt ſylueſtre quod calamentum dicitur. Quando enim inuenitur ℔. ſi ſymbrij ſimpliciter herba quæ ſic appellatur debet poni in medicina. Quando ſi ſymbrium inuenitur: calamentum intelligitur. Virtutem habet diureticam & mundificatiuam. Per annum ſeruatur. *f* Contra rheuma capitis ex frigiditate fiat ſacellatio ſuper caput ex ipſa herba calefacta in olla rudi ſine aliquo liquore. Itē valet ſemen contra dolorem ex ventoſitate in ſuperficie alicuius partis corporis. Contra vitium pectoris ex frigida cauſa, fiant pultes ex farina ordei in aqua puluis eius ſuperpoſitus detur patienti. Contra frigiditatem ſtomachi & iliacam paſſionem & oppilationem ſplenis, & hepatis & rhenum & vrinalium viarum valet vinum decoctionis eius ſumptum Fomentum factum ex aqua decoctionis eius circa pudenda matricem mundificat & conceptum adiuuat. Contra ſtranguriam & diſſuriam ſolæ teneritates herbæ in oleo muſcelino vel ſaltem communi decoctæ & ſuperpoſitæ pectini & renibus. Item ſimiliter menſtrua educunt & matricem mundificant, & cōceptum adiuuant.

e Siſymbriū duplex.

f Effectus ſiſymbrij.

g *De ſatyrione.* CAP. XIX.

SAtyrion cali. eſt & hu. in tertio gradu. Sola radix vſui medicinæ competit, ſit idem recens maximè ruberoſum & viride & quod reperitur admodum teſticuli circa radicem. Virtutem potentiſſimam habet augmentādi ſper-

g Effectus ſatyrionis.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 440 sur 459

ma, & purgat extrema, & ad incitandum libidinem. Radix conficiatur cum melle diſpumato. Cõtra artheticam detur radix cum oximelle vel cum aceto & melle, hoc tamen medicamen nociuum eſt eiuſdẽ, quod promouet libidinẽ.

a

a De *Sponſa ſolis*. CAP. XX.

Effectus ſpõſe ſolis.

SPonſa ſolis, heliotropia, intiba, cicorea, ſolſequium, dionyſia, idem eſt, cali. eſt & ſic. eſt autem viridis multæ efficaciæ, exiccata paruæ vel nullius. Virtutem habet reſiſtẽdi veneno, vnde etiam muſtelæ & quædam animalia alia à venenoſis animalibus læſa tactu huius herbæ ſanantur. Contra morſum venenatorum animalium ponatur ſuper morſum ſuccus eius, & etiam bibitus valet, herba etiam cocta & comeſta ſoluit oppillationẽ ſplenis & hepatis. Contra calefactionem hepatis ſuccus eius ſupra hepar poſitus valet.

b Quid ſit ſpodium.

b De *ſpodio*. CAP. XXI.

c Spodium ſophiſticatur.

SPodium fri. eſt in iij. gradu, & ſic. Optimum ſpodium fit ex oſſibus elephantis combuſtis. Sophiſticatur ſæpè ex radice cuiuſdam cannæ & ex marmore per aduſtionem in cinericiam ſubſtantiam mutato, ſed iſtud nimis ponderoſum eſt. Sed elephas habet oſſa ſolida vt ſunt dentes & illa non comburuntur, quæ medullam habent illa comburuntur, & illa dicuntur ſpodium. *c* Vnde illud eligendum eſt, quod valet leue eſt, & continuum. Si autem ſit valde leue habens quaſdam partes ſubnigras, bonum eſt, tamen non eſt tantæ efficaciæ. Per x. annos ſeruatur. *d* Virtutẽ habet infrigidandi, & infrigidando ſitim compeſcit, & habet etiam virtutem conſtringendi, vnde contra fluxum ſanguinis è naribus pulue. eius immittatur. Et in ſyrupis ad infrigidandum ponitur. Pul. eius cum ſucco plãtaginis datus valet. Contra fluxum dyſentericum & hemorrhoydarum, & menſtruorũ detur pul. eius cum ſucco plantaginis vel alterius herbę frigidæ. Et nota quod laudabilius eſt in præcio quàm in virtute.

d Electio eius.

e Effectus ſpodij.

f Strucium quid ſit.

e De *ſtrucio*. CAP. XXII.

g Effectus ſtrucij.

STrucium cali. eſt & ſic. in ij. gra. Idem eſt quod cauliculus agreſtis. Semen ſuccus & folia vſui competunt medicinæ. Quando inuenitur ♀. ſeminis cauliculi agreſtis ſemen caulis agreſtis poni debet, cuius ſuccus mabatematicon poni debet, quoniam ſic appellatur. Quando folia & ipſa poni debẽt, & ponitur in emplaſtris & in vnguentis. Succus præparatur ſic, folia conterantur & ſuccus expreſſus ad ſolẽ exiccetur, & ita per biennium durat. Virtutem habet diſſoluendi, extenuandi diureticam. *f* Contra paralyſim linguę commaſticetur ſemen eius, & teneat patiens diu ſub lingua. Si ſit paralyſis in ſuperficie alicuius partis corporis conteratur ſemen & ſaccello impoſitum in vino decoquatur, & patiẽs ſacelletur. Contra lithargiam pul. ſeminis eius inſuffletur naribus vt cõmoueatur cerebrum. Vel melius hoc modo fit. Succus vel ſemen eius in ſucco rutæ & forti aceto bulliant in ſaccello parumper, & inde poſterior

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 441 sur 459

capitis pars ſ. occipitiũ prius abraſo bene & inde fricentur bene nares. Contra iliacã paſſionem ſtrãguriam & diſſuriam excoquantur folia eius bene in oleo, & illa ex cocta ſuper pectinẽ cataplaſmentur, & in virga oleum immittatur, hoc remedio Plateariꝰ fuit liberatus. Fomẽtũ ex aqua decoctionis eius menſtrua educit, & matricem mũdificat, & ſtranguriam diſſoluit.

a De *Stincis*. CAP. XXIII.

STinci piſces ſunt lacertis ſimiles, in Apulia inueniũtur ſed vltramarini efficaciores ſunt cali. ſunt & ſic. in iij. gra. Sic præparantur, ſaliũtur & deſiccãtur, alioquin corrumperentur. Virtutem habẽt potiſſimam augmentandi ſperma, huiuſmodi piſces per duos annos durãt. *b* Ad prouocãdum libidinẽ detur puluis eorũ cũ vino in quantitate iiij. ʒ. vel v. cum diaſatyrion, vel cum aliquo alio electuario. Et nota quod multum poni non debet quia læſionem inferrent.

De *ſcordeon*. CAP. XXIIII.

SCordeon i. alium agreſte ca. eſt & ſic. in iii. gra. In productione florũ debet colligi per duos annos durat, floribus tantummodo vtimur in medicinis. *c* Virtutẽ habet diſſoluendi, incidendi, ex ſubtilitate ſubſtantiæ diaphoreticam. Vinum decoctionis eius vel aqua multum valet contra dolorẽ ſtomachi ex debilitate, & contra oppilationẽ ſplenis & hepatis, & contra ſtrãguriam & diſſuriam. Fomẽtum ex aqua decoctionis eius mẽſtrua prouocat matricem mundificat, ſtrãguriam & diſſuriam ſoluit.

d De *Sapone*. CAP. XXV.

a *Quid ſint ſtinci.*

SApo ca. & ſic. complexionis eſt. Sapoalius gallicus, alius ſaracenicus. *e* Sapo ſic fit, fiat lixiuia ex aqua & cinere, poſtea immiſſa calce viua ponatur in aliquo vaſe habẽte foramen ſubtile in fundo, & ſic dimittatur per triduũ, poſtea aperiatur foramen & quod liquidius eſt & primitus exit capitellũ dicitur. Iſtuc ſic colatur ſupra ignẽ ponitur, & appoſito oleo bulliat ad ſpiſſitudinem, & nigrum fit per excoctionem. Gallicus fit ex capitello & ſepo arietino, & eſt albus. Spatarenſis fit ex gallico & multis aliis. Saponis talis ſit vſus. Contra vſturam ex igne, vel aqua feruenti, fiat partibus exuſtis inunctio ex ſapone ſaracenico in principio, & ſic per diem dimittatur, vt calidæ fumoſitatis & ardoris fiat euaporatio. Nam prius apponenda ſunt ſemper actualiter calida vt excludantur calidæ fumoſitates, quia ſi frigida ſtatim apponerẽtur includerẽtur fumoſitates, & partes illæ magis exurerẽtur poſt diẽ verò adhibeãtur frigida & ſanãtia. *f* Cõtra ſciſſuras capillorũ inungãtur ſapone, inunctio eius valet ſalſo phlegmati. Quando ſanies apoſtematum propter durã ſuperficiem exire nec erumpi poteſt inunctio fiat ſuperficietenus ad relaxationẽ & euaporationem. Sapo gallicus fortiorẽ habet virtutẽ ſaracenicus ſecũdario, ſed ſuperficietenus tamẽ dealbat corpus. Sapo ſpatarẽſis valet ad impetiginẽ & ſerpiginem hoc modo, inungatur locus patiens, ſic quod ſana pars non attigatur, & dimittatur donec profunda ſit corroſio & cum patiens plus ſuſtinere non poterit, cũ calida locus ablua-

b *Effectus ſtincorum.*

c *Effectus ſcordei.*

d *Sapo duplex eſt.*

e *Modus faciẽdi ſaponem.*

Effectus ſaponis.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 442 sur 459

tur, & iterum post aliquam morã inungatur & sic fiat quotiens fuerit sufficiens, scilicet donec pars superflua consumatur.

a *Sparagus quid sit.*

a *De Sparago.* CAP. XXVI.

SParagus ca. est & sic. Est frutex habens folia minuta, & pungitiua ad modum rapinæ. Virtutẽ habet diureticam succus eius per biennium seruatur. Vinũ vel aqua decoctionis eius, vel cibus factus ex fructu eius valet contra vitium pectoris ex frigiditate. b Contra oppilationem splenis & hepatis, & contra stranguriam dissuriam & iliacam & contra vitium lapillis & quibusdam aliis confert.

Effectus eiusdem. b

De *Sauina.* CAP. XXVII.

SAuina ca. est & sic. in ii. gra. Sola folia competunt medicinæ per ij. annos durat. Virtutẽ habet diureticam & diaphoreticam & extenuatiuam. c Contra menstrua stranguriam & dissuriam cõterãtur folia & decoquantur in vino & oleo, & ita super pectinem cataplasmentur. Cõtra eadem fomentum ex ea valet. Contra vitiũ pectoris ex frigida causa & contra dolorem stomachi & intestinorũ ex ventositate detur vinum decoctionis eius. Contra tenesmũ ex frigida causa sauina cõtrita in aceto forti vel vino decoquatur, & per inferiora suscipiat patiens fumum, & in ipsa sedeat, vel fiat encatisma super nates & cataplasmentur.

c *Effectus sauina.*

d *Effectus saxifragiæ.*

e *Sal est multiplex.*

d De *Saxifragia.* CAP. XXVIII.

SAxifragia cali. & sic. in iij. gra. SRadice eius vtimur per biennium durat. Virtutem habet diureticam cõfringendi lapidem, vnde saxifragia dicitur, i. frangens saxum, vel lapidem.

Contra lapidem in renibus & in vesica, & cõtra iliacam passionem stranguriam dissuriam, valet vinũ decoctionis eius, vel pulue. eius ʒ. ij. in ouo sorbili. Fomẽtum etiam ex ea factum multum confert prędictis.

f *Effectus satis.*

e De *Sale.* CAP. XXIX.

SAl est diuersorum modorum & diuersis fit modis. Omne tamẽ sal cal. est & sic. f Virtutem habet dissoluẽdi, cõsumendi & mũdificandi. Contra repletionẽ stomachi ex frigidis & glutinosis humoribus fiat confectio ex pul. subtili salis in aceto & oleo & detur cum tepida, deinde penna intincta ori immittatur, & prouocetur vomitus, optimè purgat stomachum à malis humoribus. Contra dolorem factum ex ventositate & maximè cõtra cholericum & iliacum dolores sal calefiat in testa, & in sacello positũ supra locum dolentem cataplasmetur sæpe. Ad constipationem ventris, & maximè in acuta febre fiat suppositorium ex melle, & sale sic, decoquatur mel in sartagine, vel testa, vt denigretur. Deinde appositio sale bulliat modicum postea ab igne depositum ponatur super lignum vel ferrum, vel lapidem planificatum, & informetur magdaleon ad modum digiti & suppone prius tamen butyro vel oleo intincto ne excoriationem faciat mordicando anum. In clysteribus etiam cõpetenter ponitur cum aliis. Ad colorandum aurum quod album vel pallidum

pallidum inuenitur, ponatur aqua in testa oui ablata pellicula interius tenui immittatur sal. & pul. auripigmenti, & bulliat super carbones semper mouendo, & postquàm ebullierit parum immittatur siue sit anulus, siue sit massa, cum filo suspensus & extrahatur sic sæpe faciendo quousque optimus color adueniat, iste color bene durat per xxx. dies vel plus.

a De *sale armoniaco.* CAP. XXX.

SAl armoniacum ab armenia dicitur quia ibi reperitur ca. est & sic. in iiij. gra. secundum quosdã fit ex terra, secundũ alios fit ex terra quadam quemadmodum nitrũ est & plura alia.

b Eligendum est quòd albũ est in sapore acutum & in parte salsum. Virtutem habet incidendi & dissoluendi & abstergendi, nec debet interius recipi in aliqua medicina. *c* Contra pannum faciei & denigrationem post partum conficiatur puluis cum aqua ros. & soli exiccetur mouendo & hoc puluere & aqua ros. facies illiniatur. Contra serperginẽ & impetiginem puluis eius superponatur. Cõtra morpheam loco prius bene scarificato ex puluere eius fiat multa fricatio. Contra scabiem conficiatur puluis eius cum sapone sarracenico & inde locus inungatur, & multum valere probatur.

d De *Salegemma.* CAP. XXXI.

SAlgemma genus sal. ca. est & sic. in ij. gra. vena terræ dicitur, & salgemma dicitur quia gemmæ assimilatur. Virtutem habet dissoluendi consumendi & depurandi.

e Habet etiam secundarium effectum armoniaci, sed tamen non tantam habet virtutem. Suppositorium ex ipsa substantia salisgemmæ factum miro modo operatur, & in clysteribus posita multum confert.

De *Scabiosa.* CAP. XXXII.

SCabiosa ca. est & sic. in ij. grad. viridis valet, exiccata parum & dicitur scabiosa quia cõtra scabiem valet.

f Virtutem habet dissoluendi, consumendi & mundificandi. Cõtra scabiem succus ipsius cum aceto conficiatur & oleo nucis, & aliquantulum decoquatur & fiat vnguentum. Ad auris surditatem ex fame factam immitatur succus cũ oleo in modica quantitate. Contra hæmorrhoidas scabiosa & flos muscatæ decoquantur in aqua & vino, & fiat encatisma, & super cataplasmentur herbæ.

Contra condilomata quæ fiunt quasi glandulæ, idem fiat. Et nota quòd ficus sunt interius in ano cũ inflatione venarum, & raro sine chirurgia curari possunt. Condilomata sunt quædam superfluæ interius carnes apparentes in ano quasi paruæ glandulæ. Contra serpiginem & impetiginem trita & fricata valet sed multo magis cum aliis idoneis confecta. Contra lepram quæ dicitur allopicia, propina succi eius ʒ. quatuor vel quinque, & balneetur in aqua decoctionis eius.

a *Sal armoniacum quid sit.*
b *Electio eius.*
c *Effectus eiusdem.*
d *Quid sit salgemma.*
e *Effectus eius.*
f *Effectus scabiosæ.*

De serpentaria. CAP. XXXIII.

SErpentaria drogonrea colubrina, ca est & sicca excessus eius

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 444 sur 459

non determinatur, radix eius maximè vsui medicinæ competit, & dicitur serpentaria quia maculas habet distinctas vt serpens, vel quia venenum serpentis fugat. Radix per frustra diuisa & ad solẽ desiccata per duos annos durat.

a Virtutem habet dissoluendi & mundificandi. Interius per se non recipitur quia nimis vehemens est eius effectus. Ad dealbandam faciem & mundificandam puluis ipsius subtilissimè crispellatus cum aqua rosarum commisceatur, & ad solem desiccetur & addatur tertia pars optimæ ceruſæ & tali puluere per se vel cum aqua rosarum illiniatur facies. Puluis eius cum sapone conficiatur, & stuellum intinctum fistulæ in profundum immittatur, vel etiã tanta ex ipsa radice & sapone intincta imponatur, & vulnus mundificat & elargat, & si os interius putrefactum lateat illud elaxat vt facile extrahi possit.

Contra cancrum accipe tres partes huius puluerıs & tertiam calcis viuæ & cum aceto distempera admodum pastæ, & fiat magdaleon, & ponatur in testa supra ignem vel in furno calido decoquatur, & puluis inde factus superaspergatur, cãcrum corrodit & mundificat & curat. Ad apostema maturandum & rumpendum decoquantur folia eius in oleo & superponatur. Suppositorium inde factum menstrua educit.

a *Effectus serpentariæ*

b *Saluia duplex.*

c *Effectus saluiæ.*

d *Quid sit senetium.*

De saluia. CAP. XXXIIII.

e *Effectus eius.*

SAluia calida est in primo gradu sic. in secundo.

b Cuius duplex est maneries scilicet siluestris quæ eupatorium dicitur, & est magis diuretica & domestica quę sic appellatur. Exiccata vsui medicinæ competit secũdario folia. Quando ℔. saluię reperitur: folia domesticæ poni debẽt, quando eupatorium folia syluestris ponenda sunt. In loco vmbroso posita per duos annos durat.

c Virtutem habet dissoluendi & attrahendi, & inter herbas maximè cõfortat neruos sicut inter species castoreum, vnde & contra paralysim, & epilepsiam valet vinum decoctionis saluiæ. Nam dicitur habere secundarium effectum à castoreo, & cum deest castoreum, loco eius ponitur supra locum dolentem ipsa herba decocta contra prædictas passiones multum valet similiter & puluis eius in cibis positus. Ad excitandum apetitum cũ stomachus malis humoribus crudis & indigestis repletur, fiat salsamentũ ex saluia petroselino & aceto & modico pipere multum confert. Fomentum ex aqua decoctionis eius factum stranguriam & dissuriam soluit, & matricem mundificat.

d *De Senetionibus.* CAP. XXXV.

SEnetion cal. est & sic. in ij. grad. Senetion idem est quòd nasturtium aquaticum. Viridis multæ est efficaciæ exiccata modicè. Virtutem habet diureticam & mundificatiuam. Senetiones coquinatæ in aqua solum cum carnibus spiritualia mundificat.

e Contra stranguriam dissuriam & iliacam passionem & pectoris vitium herba ipsa decocta per se: vel cum carnibus comesta valet. Vinum decoctionis eius idem operatur. Decocta etiam in vino & oleo & pectini cataplasmata multũ

error

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 445 sur 459

confert vitio pectoris & iliorum stranguriæ, dissuriæ, fiat etiam fomentum vsque ad vmbilicum ex aqua decoctionis eius.

a De Sena. CAP. XXXVI.

SEnæ ca. est & sic. Arbor est nascens in confinis Babyloniorum & in Arabia, cuius folia medicinæ vsui competunt abiectis fustibus. Per decem annos durat. Virtutem habet dissoluendi, attrahendi, & purgandi principaliter melancholiam.

Per se datur in decoctione in quãtitate ʒ.i. dari debet cum aliis laxatiuis in quantitate ʒ ß. vel minus.

b Contra melancholiam, epilepsiam, quartanam hæmorrhoidas vitium splenis & hepatis & syncopem idem sit vsus.

Ex aqua decoctionis senæ & zuccaro fiat syrupus.

Vel aliter ex succo boraginis & eo zuccaro fiat syrupus, & hic maximè melancholiam syncopen epilepsiam purgat.

Vel ex aqua decoctionis fœniculi vel succo fœniculi & senæ & zuccaro fiat syrupus & maximè cõtra splenis vitium.

De Serpillo. CAP. XXXVII.

SErpillum vel Serpillum cal. est & sic.

c Duplex est eius maneries, domesticum quod diffũdit ramos suos super terram quasi rependo crescens. Syluestre quod in altum crescit, & grossiorem habet stipitem. In productione florum colligitur per duos annos seruatur.

Virtutem habet dissoluendi, attrahendi & repellendi venenum.

Contra catarrhum ex frigida causa faccelletur caput ex herba ipsa calefacta sine liquore.

d Contra vitia pectoris & frigiditate fiant pultes ex farina & aqua & super aspersо puluere serpilli dentur. Vinum decoctionis eius sumptum valet contra opilationem splenis & hepatis. Fomentum etiam factum ex aqua decoctionis eius soluit stranguriam & dissuriã. Matricem confortat, & mundificat, mulieres salernitanæ hoc fomẽto multum vtuntur. Contra venenum & morsum venenatorum animalium comeditur herba ipsa decocta, vel in salsamento, vnde Virgilius iussit messores vti serpillo & alio, quia sæpe in tempore messis à serpentibus punguntur. Corpus etiam serpillo inunctum ab ipsis manet illesum & securum.

a Quid sit senæ.

b Effectus senæ.

De Saturegia. CAP. XXXVIII.

SAturegia ca. est & sic. Pultes ex farina & aqua & puluere eius spiritualia mundificant. Puluis saturejæ comestus ad idem valet.

j De thamarisco.
ij De titimallo.
iij De terra sigillata.
iiij De turbith.
v De tapsia.
vj De tela araneæ.
vij De tapso barbasso.
viij De tartaro.
ix De terebenthina.
x. De tetrahit.

c Serpillum est duplex.

d Effectus serpilli.

e De thamarisco. CAP. I.

THamariscus ca. & sic. complexionis est. Secundum quos-

e Quid sit thamariscus.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 446 sur 459

dam est frutex, secundum alios arbor, secundum folia vsui competit medicinæ, & maximè secundū corticē desiccatus modicæ est virtutis. Virtutem habet diureticam, & mundificatiuam splenis & maximè contra oppilationem splenis & hepatis stranguriam & dissuriā & iliacam detur vinum decoctionis pul. corticis thamariſci, qui etiam puluis valet in cibis & potibus. a Contra eadem vinum reconditum in vase ex eius radice, vel ligno facto assiduè sumptum confert laborantibus duritie splenis, vnde Gale. vidi capellam pascentem assidue thamariscum quæ interfecta splene carebat.

a *Effectus thamariſci*

De titimallo. CAP. II.

TItimallus ca. est & sic. in iii. grad.

b Herba est cuius species sunt multæ. Est enim vna species quæ esula dicitur, alia laureola alia cataputia de quibus dictum est. Modo dicendum est de illa specie, quę anabula vocatur. Virtutem habet dissolutiuam, attractiuam & purgat principaliter phlegma, & choleram. Lac vero colligi debet in medio veris, & in principio æstatis hoc modo, frangitur secundum summitatem, & gutte lactis inde exeuntes iii. vel iiij. in vase vitreo susciptātur, & hoc cautè, ne manus colligentis à lacte inficiantur, quia exurit & excoriat, quod si contigerit fricetur locus cum succo solatri, vel alterius herbæ frigidæ. Per duos menses seruari potest in magna efficacia.

b *Titimali multa sunt species.*

c *Effectus titimali.*

c Nota quod per se non debet dari, quia vehementer operatur. Acuuntur inde pilulæ competēter aureæ, & pilulæ de quinque generibus myrobalanorum absque omni scamonea. Acuuntur etiam inde medicinæ, vt benedicta hieralogodion, & oxi. & trifera saracenica, & huiusmodi sine appositione alterius rei rei laxatiuæ. Multi enim medici vtuntur hoc acumine, neglectis aliis, tum quia facilius habetur, hoc modo præparetur, vt malitia eius reprimatur decoquatur lac cū gummi arabici vel dragagāto in testa oui, post aliquantulum bulliat supra prunas & post in medicina ponatur in quantitate iiij. ʒ. Si quis enim abhorruerit accipere medicinam si competenter decipi potest, fiat ex farina panis, & aqua hoc acumine etiam prædicta quantitate detur pro medicina.

d *Quid sit terra sigillata.*

d De terra sigillata. CAP. III.

TErra sigillata, terra saracenica, vel creta & terra argētea idem est: frig est & sic. maneries terræ est & dicitur sigilata, quia quasi effigies sigili imprimitur.

e *Effectus eiusdem.*

e Virtutem habet potissimam cōstringendi. Contra fluxum sanguinis è naribus, fiat sinapismus super tempora, & frontem ex puluere eius & albumine oui. Ad idem puluis eius cum succo sanguinariæ naribus iniiciatur. Contra fluxum vētris fiat emplastrum supra ventrē ex puluere eius & oleo ros. & aceto & albumine oui. Cōtra vomitū fiat emplastrum in furcula pectoris ex puluere eius & aceto & decoctione rosarū. Contra asperitatē capillorū cōmisceatur puluis eius cū aqua calida & post lotionē capitis hęc aqua infūdatur, & post paucū alia a-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 447 sur 459

qua tepida fiat lotura. Sic operãtur mulieres ſalernitanæ Sophiſticatur ex creta communi noſtra ſed tunc non eſt aromatica nec ſecundum colorem colorata ſatis durat.

a De Turbith. CAP. IIII.

TVrbith cali. & ſic. eſt in iij. gradu. Radix eſt cuiuſdam arboris in India & Arabia naſcentis.

b Eligendum quòd in medio ſit concauum ſecũdum longitudinẽ, non hãbens fuſtem interius, quod ſi habeat extrahi debet cũ in medicina ponitur, & quod non facile pulueriſatur. Per biennium durat. Per ſe non datur propter malitiam eius vehementem, ſed quia competenter acuuntur medicinæ vt benedicta, hieralogodiõ abſque alio laxatiuo.

c Virtutem habet diſſoluendi attrahendi humores ab extremis, & maximè phlegma. Valet cõtra iliacam paſſionem artheticam podagram chiragram in quantitate iiij. ℈. confectus cum alia medicina cõpetente his membris Fiat cõfectio ad eadem competens de eo cum modico oleo rõ. ad reprimandam eius malitiam addito gummi arabici, & melle bene diſpumato & ita mortuam carnem corrodit & conſumit.

a *Quid ſit turbith.*

b *Electio.*

c *Effectus turbith.*

d *Effectus tapſiæ.*

d Cum teritur tere, bene faciem & oculos cooperiat, parum vel nihil videat, etiam in eſticulos, quia cito inflantur. Quod ſi ita euenerit inflatio infundatur panus in aceto & fiat inde partis inflatæ, confricatio, vel commiſceatur cetum cum populeon & inungatur, & vix in tertium diem diſſoluitur inflatio. Virtutem habet diſſoluendi & attrahendi humorem ad ſuperficiem corporis, & reſoluendũ ingroſſam ventoſitatem. Mixta cũ aliis rumpentibus ſatis rumpit apoſtemata & ſimilia.

De Tapſia. CAP. V.

TApſia calid. eſt & ſic. in iij gradu. Radix vſui medicinæ competit per tres annos durat nũquam per ſe dari debet principaliter ducit per vomitum, ſecundario per ſeceſſum in medicinis vomitiuis maximè ponitur.

De tela araneæ. CAP. VI.

TEla araneæ frigida eſt & ſic.

e Virtutem habet conſtringẽdi & conſolidandi vnde vulneribus recentibus appoſita ea conſolidat & competenter inde in vulneribus mortificata ſupponatur.

e *Effectus telæ araneæ.*

De tapſo barbaſſo. CAP. VII.

TApſus barbaſſus & floſmus & ponſilogos idem eſt fri. eſt & ſic. viridis valet, ſicca minime.

f Virtutem habet conſtringendi & conſolidandi. Contra hæmorrhoïdas & cardiacam paſſionem ex vino decoctionis eius & vinum etiam ano infundatur & herba cataplaſmetur, aliter abſtergat ſe patiens ſemper ex illa herba poſt aſſellationem hoc conſtringit, & etiam hæmorrhoïdas ſanat. Contra teneſmum ex calida cauſa & cõtra fluxum ventris, fiat fomentum & encatiſma ex aqua decoctionis eius circa ventrem & inferiora & multotiens.

f *Effectus tapſi.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 448 sur 459

a *De tartaro.* CAP. VIII.

a *Quid sit tartarum.*

TArtarum calid. est & sic. in tertio gradu. Vinum in dolio positum per motum ebullitionis terrestres partes in talem essentiam mutat cum dolio adhæret. Per trigita annos durat.

b *Effectus tartari.*

b Virtutem habet dissoluẽdi attrahendi & exiccandi.

Et nota quod in meliori vino melius fit & purius. Ad scabiem & serpiginem, & ipse conficiatur pulvis lithargirij per noctem, mane super ignem ponatur oleum muscelinum, & pul. tartari subtilissimus in quantitate ʒ.i. vel iij. addito puluis masticis, propter eius violentiam cum aliquo electuario delicato vt cum diapenidiis & similibus detur & hoc puluere cum aliquo electuario sic confecto vtuntur saraceni, sicut laxatiuis medicinis.

Semen staphisagriæ in aqua diu bulliat ex aqua illa & tartaro fiat commixtio furfures capitis tollit, capite inde loto vel inuncto.

Puluis eius in cibis exhibitus pinguem extenuat, & hic consumendo eius pinguedinem.

c *De terebenthina.* CAP. IX.

c *Quid sit terebenthina*

d *Effectus tetrahit.*

e *Modus faciendi syrupum violarum.*

TErebebenthina calid. est & sic. Gummi arboris est abietis vt quidam dicunt. Eligenda est alba vel citrina in substantia valet clara & non fœculenta. Per c. annos durat. Virtutem habet dissoluendi, laxandi, & maturandi.

Ad frigida apostemata maturãda conficiatur terebenthina cum farina ordei & cataplasmetur. Cõtra tenesmum super carbones ponatur & emboto impositio accipiat patiens fumum inferius, Contra suffocationem matricis accipiat fumum per os. Ad præcipitationem matricis suppositorium etiam factum ex bombice intincta matricem mundificat, & hoc sæpius probatum est.

De tetrahit. CAP. X.

TEtrahit vel herba iudaica calida est & sic. in secundo gradu. Viridis bona est., sicca parũ valet.

d Virtutem habet calefaciẽdi, abstergendi, & depurandi & etiã virtutem diureticam, & maximè confert mulieribus, ad matricis & vrinalium viarum mundificationem & confortationẽ naturalis caloris. Mulieres faciunt pilulas ex ipsa herba contrita, & farina, & aqua, & eis vtuntur. Contra stranguriam & dissuriam herba in vino decocta & pectini cataplasmata multum confert.

j De viola.
ij De vitro.
iij De virga pastoris.

De viola. CAP. I.

VIola frigid. est in primo gradu. hu. in fine ij. Per duos annos durat.

Vis durat de ipsis viridibus, zuccarum viol. & oleum viol. & de viridibus, & de siccis fit sed quod de siccis fit minus est efficax. Zuccarum viol. sic fit vt rosatum.

e Sed syrupus viol. sic fit violæ in aqua coquantur, & ex colatura & zuccaro fiat syrupus. Vel sic & melius est, violæ dimittantur in aqua per noctem & fiat syrupus. Si au-

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 449 sur 459

tem ex ſucco & zuccaro tanto melius.

a Oleum violatum fiat hoc modo violæ decoquantur in oleo & colentur vel fiat decoctio in duplici vaſe, vel etiam ſic quod melius eſt, decoquantur & colentur & colaturæ recentes addantur & ſic dimittantur per quindecim dies ad ſolem & coletur & ſic ſecundo & tertio fiat & erit optimum. Quodlibet iſtorum cum alio condimento interius receptum valet contra diſcraſiam totius corporis valet & exterius inunctum.

b Contra hepatis calefactionem valet. Inunctum ſuper tempora & frontem dolo, ex calore remouet Herba ipſa contrita ſuper calidum apoſtema poſita in principio valet Fomentario ex aqua decoctionis ipſius circa pedes & frontem in acutis ſomnum prouocat. Et nota quod ſyrupus violis magis debet decoqui quam roſ. aliter enim corrumperetur. Nota etiã quod viol. virtutem habet liniendi & humectandi refrigerandi & relaxandi.

a *Modus faciendi oleũ violatum.*

b *Effectus olei viol.*

c De vitro. CAP. II.

VItrum frig. eſt in primo gradu ſic in ij. Ad ſcabiem ſic valet pi cula ad ignem reſoluatur & coletur, & addatur oleum nucis, tartarum & vitri pul. & immittatur. Ad ſerpiginem & impetiginem. Gummi prunorum in aqua ad ignem reſoluatur & fortiter exprimatur, & addito vitri puluere fiat vnguentum. Ad morpheam cum flore vitri, & oleo roſ. & capitello conficiatur puluis, eius, & locus inde fricetur præcedente ſcarificatione. Pul. eius ſubtiliſſimus cum ſucco fœnic. & in oculo poſitus corrodit panum. Vitrum fit ex terra fit etiam ex herba.

c *Effectus vitri.*

d De virga paſtoris. CAP. III.

VIrga paſtoris frig. eſt & ſic. Sola folia viridia medicinæ c petunt, per annum ſeruantur, viridia tamen meliora ſunt.

Virtutem habet conſtringendi replendi & infrigidandi. Ex pul. eius & aceto & albumine oui ſupra pectinem & renes poſitum valet contra fluxum vẽtris. Valet etiam pul. eius datus cum ouo ſorbili.

Ad idem valet datur cum ſucco plantaginis.

Ad idem contra fluxum fomentario ex aqua decoctionis. Ad idem valet trita. Valet ad calida apoſtemata in principio vt eriſipilã & huiuſmodi. Caput cataplaſmatum, pilis abraſis phreneticis valet.

d *Effectus virgæ paſtorũ.*

j De zinzibere.
ij De zuccara.
iij De zeduar.

e De Zinzibere. CAP. I.

ZInziber calid. eſt in iij gra. humidum in primo. Quidam dicunt eſſe radicem arboris: alij de ramuſculis arboris: alij dicunt eſſe radicem cuiuſdam herbæ creſcentis in tranſmarinis partibus & in montibus Sclauoniæ. Eſt autem domeſticum & ſylueſtre. Karopos eſt coloris vehementer acutũ ac ſolidæ ſubſtantiæ eſt. Domeſticum ſubalbum eſt: acutum habet ſaporem, ſed non adeo vehementer: nec ſubſtãtiam ad eo ſolidam vnde cum frãgitur partesſibi

e *Quid ſit zinziber.*

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 450 sur 459

cohærent cum quibusdam ramusculis in sylue ſtri hoc raro cõtingit, vel nunquã. Per bienniũ ſeruatur, cum pipere autem multo melius.

a Effectus zimzibe-ris.

a Vinum vel aqua decoctionis eiꝰ & ficuum ſiccarum & paſſularum valet ad tuſſim ſiccam & ad ſpirituum frigiditatem. Vinum decoctionis eius & cumini valet ad dolorem ſtomachi & inteſtinorũ ex ventoſitate & indigeſtionem. Puluis etiam incibis exhibitus ſyncopizantibus confert, Pul. etiam eius cum bombice ſuppoſitus contra frigidum teneſmum valet.

b Modus faciendi zuccara.

b De Zuccara. CAP. II.

c Quid ſit zeduar.

ZVccara cal. eſt & hu. temperatè in j. grad. Habet virtutem humectandi & relaxendi, & cum frigidis infrigidandi ſyrupis: & ſi duæ ℔. ſunt de zuccaro vna ſit de aqua, & ſi ibi ſit de aqua plus non eſt peccatũ niſi propter hoc, quia diuturnior fit decoctio eius. Zuccara ſic fit cannæ illæ in quibus creſcit radicitus cum ſunt maturæ earum ſummitates abiiciantur ad menſuram j. vel ij. palmarum, & ſtatim infiguntur terræ in ſpecie graminis, reliquum inciſum per fruſtula terunt in mola & liquorem cum fruſtibus recipiũt in vaſculis, & totum miſſum in caldarium cogunt, & videtur totum tranſire in ſpumam & haurientes ponunt in vaſculis rotundis, & ſic ponunt in angulis domorum, ſtatimque cooperiunt palia, & ſupra aſpergunt aquam frigidam: & inde fortius ebullit, & quanto plus excoquitur & depuratur, ſed tantomagis minuitur ſubſtantia, & magis dealbatur. Illud verò cui modicum aquæ aſpergitur remanet citrinum, & illud valde calidius, vnde neque in acutis debet dari, & dicitur zuccara mellita. In eodem curcello circa fundum quandoque tale eſt, ſuperius verò album & laudabile. Item cum aceto coque donec exuratur, & forma inde magdaleones. Optima ſuppoſitoria ſunt in acutis cõtra ventris conſtipationem.

c De Zeduar. CAP. III.

d Effectus zeduarius.

ZEduar ca. eſt in ij. gra. ſic. in primo radix eſt cuiuſdam herbæ per x annos ſeruatur.

d Vinum decoctionis eius contra frigidam tuſſim valet, & ad doloré ſtomachi, & inteſtinorum ex ventoſitate vel frigiditate. Suppoſitoriũ & trifera magna & ex pul. eius matricem calefacit, & mundificat. Salſamentum ex eo factum & rore marino & aceto & pane aſſo ſimul mixtis appetitum irritat, & digeſtionem confortat.

Finitur Platearius.

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 451 sur 459

INCIPIT TABVLA PLATEARII DE SIMPLIci medicina. Et primo de litera. A.

A.

DE Alœ, 149
De ligno alœs idem
De Auro 151
De Assa fœtida idem
De Argento viuo 152
De Agno casto idem
De Alumine idem
De Apio 153
De Amido idem
De Antimonio 154
De Acatia idem
De Agarico idem
De Anetho 155
De Aphodilo idem
De Allio idem
De Acoro 156
De Amoniaco idem
De Anisо idem
De Absinthio 157
De Anacardis idem
De Amygda. amaris idem
De Aristologia 158
De Ambra idem
De Arthemisia idem
De Aceto idem
De Alcanna 159
De Auripigmento idem
De Aspalto 160
De Arnoglossa idem
De Auena idem
De Abrotano idem
De Assaro idem
De Ameos idem
De Aaron idem
De Anagalidos 161
De Apio cerfolio idem

De litera B.

De Balsamo 161
De Bolo 162
De Balaustia idem
De Boragine idem
De Baucia idem
De Borace 163
De Bethonica idem
De Bernice idem
De Branca vrsina idem
De Berberis idem
De Belliculis marinis idem
De Bistorta idem
De Bdellio 164

De litera C.

De Ciclamine 164
De Camphora idem
De Coloquintida 165
De Casiafistula idem
De Cuscute 166
De Cardamomo idem
De Ceruſa idem
De Capparo idem
De Calamento 167
De Centaurea idem
De Casialignea 168
De Castoreo idem
De Cubebe 169
De Capilli veneris idem
De Cupresso idem
De Cinamomo idem
De Camedreos 170
De Camepitheos idem

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 452 sur 459

De Carui idem
De Cumino idem
De Croco 171
De Cicuta idem
De cypero idem
De Calamo aromatico 172
De Corallo idem
De Cataputia idem
De Creatno 173
De Coſto idem
De Cantabro idem
De Colophonia idem
De Cucurbita 174
De Chelidonia idem
De Coriandro idem
De Celtica idem
De Calce 175
De Cepis idem

De litera D.

De Diagridio 175
De Dragaganto 176
De Dauco idem
De Draganto 177
De Dictamo idem

De litera E.

De Endiuia 177
De Enula 178
De Epithymo idem
De Euphorbio idem
De Epatica idem
De Aere vſto 179
De Elacterio idem
De Elleboro idem
De Efula 180
De Eruca idem
De Ethematite idem
De Ebulo idem
De Eupatorio 181
De Emblicis idem

De litera F.

De Flammula 181
De Ferro idem
De Fumoterræ idem
De Phu 182
De Filipendula idem
De Fraxino idem
De Fœniculo idem
De Fœnugreco idem

De litera G.

De Gariofilis 183
De Gentiana idem
De Galanga idem
De Galbano 184
De Gummi arabico idem
De Gariofilata idem
De Git 185
De Grano ſolis idem
De Galitrico idem
De Galla idem
De Geneſtula idem
De Gallia muſcata idem

De litera H.

De Hermodactylis idem

De litera I.

De Iuſquiamo 186
De Iſopo idem
De Iaro idem
De Iri idem
De Ipoquiſtidos idem
De Iunipero 187

De litera L.

De Laudano idem
De Liquiritia. 187
De Lapide lazuli idem
De Lilio 188
De Licio idem
De Linochive idem

De Lingua auis. idem
De Lapacio. idem
De Lithargirio. 189
De Lactuca. idem
De Lupino. idem
De Lauro. idem
De Lentiſco. 190
De Lenticula. idem
De Laureola. idem
De Leuiſtico. idem
De Lapide magnetis. idem

De litera M.

De Myrto. 191
De Manna. idem
De Melliloto. idem
De Malua. idem
De Maſtice. 192
De Menta. idem
De Margarita. 193
De Munia. idem
De Mandragora. idem
De Meu. idem
De Malo citonio. 194
De Malis granatis. idem
De Malis matianis. idem
De Marrubio. 195
De Malabatro. idem
De Melle. idem
De Muſco. idem
De Myrobalanis. 196
De Macis. 197
De Myrrha. idem
De Maiorana. idem
De Meliſſa. idem
De Moris. idem

De litera N.

De Naſturcio. 198
De Nitro. idem
De Nenufare. idem
De Nigella. idem
De Nuce muſcata. 199
De nuce Indica. idem
De Nuce vomica. idem

De litera O.

De Ozimo. 199
De Oppoponaco. idem
De Opio. 200
De Origano. idem
De Oxifenicia. idem
De Ordeo. idem
De Oſſe de corde cerui. 201
De Oſſe ſepiæ. idem
De Olibano. idem

De litera P.

De Pyrethro. 201
De Pipere. 202
De Peonia. idem
De Papauere. idem
De Paucedano. 203
De Petroſelino. idem
De Policaria. idem
De Pinea. idem
De Prunis. idem
De Penidiis. idem
De Pſylio. idem
De Polypodio. 204
De Petroleo. idem
De Parietaria. 205
De Portulaca. idem
De Pulegio. idem
De Piris. idem
De Pomo citrino. idem
De Paſſulis idem. idem
De Piſtaciis. 206
De Plumbo. idem
De Polio. idem
De Pice. idem

De litera R.

De Roſa. 206
De Raphano. 207
De Radice. 208

Dispensarium Nicolai Praepositi ad aromatarios infinitis penè mendis ... - page 454 sur 459

De Reubarbaro. idem.
De Reupontico. idem
De Rubea. idem
De Ruta. idem
De Rore marino. 209
De Rubo. idem

De litera S.

De Spica. 209
De Solatro. 210
De Storace. idem
De Squilla. idem
De Sambuco. idem
De Sumac. 211
De Sandalis. idem
De Staphisagria. idem
De Serapino. idem
De Semperuiua. idem
De Syselei. 212
De Sulphure. idem
De Sanguine draconis. idem
De Squinanto. idem
De Sinapi. idem
De Sarcocolla. idem
De Sticados. 213
De Sisymbrio. idem
De Satyrione. idem
De Sponsa solis. idem
De Spodio. idem
De Strucio. idem
De Stincis. 214
De Scordea. idem
De Sapone. idem
De Sparago. idem
De Sauina. idem
De Saxifragia. idem
De Sale. idem
De Sale armoniaco. 215
De Sale gemma. idem
De Scabiosa. idem
De Serpentania. idem
De Saluia. idem
De Senetionibus. idem
De Sena. 216
De Serpillo. idem
De Satureia. idem

De litera T.

De Thamarico. idem
De Tithymallo. idem
De Terra sigillata. idem
De Turbith. 217
De Tapsia. idem
De Tela araneæ. idem
De Tapso barbasso. idem
De Tartaro. idem
De Terebenthina. idem
De Tetrahit. idem

De litera V.

De Viola. idem
De Vitro. 218
De Virga pastoris. idem

De litera Z.

De Zinzibere. idem
De Zuccara. idem
De Zeduar. idem

FINIS TABVLAE PLATEARII.

ECOLE SUPERIEURE DE PHARMACIE DE PARIS BIBLIOTHÈQUE